

Ayuntamiento de Madrid

B
1995
15277

CLAVD. MINOS
IVRISC. LECTORI, S.

QVOD ſolet iis liberis contingere, qui extra nuptias nati non ſic audenter patrem ciere poſſunt, ne pudorē eius onerent, ſi tamen ea ſint indole & iis moribus vt non indigni ſuorum conditione videantur, poſtmodum à patre vel agnoſcuntur, vel adoptionis iure aliquo eos librorum in numerum aggregant, nec naturales modo, ſed & legitimi aut certè ciuiles appellantur: Idem de meo hoc qualicunque libello non temerè dixerim, quem cum primis meę pubertatis annis inchoaſſem, & ex amicorum arbitratu edi eſſem paſſus, volitare ita ſæpe per manus hominum cœpit, & famam neſcio quam auctori ſuo ac parenti quærere, vt iam ſepties vel eo plus Antuerpiæ primum apud Chriſtophorum Plantinum nobilem Typographum, tum Lutetiæ cuſus ac recuſus, & aliquoties per me illuſtratus, nondum tamen ſuis omnibus numeris abſolutus (quod non niſi homini otio abundanti licuit) ſi non placere omnino ſaltem non diſplicere primum viſus ſit, nec alio ſanè nomine quam quod eruditis viris non planè improbaretur. Sic itaque tandem ex communis famæ calculis me eo pellexit ac flexit, vt ſe agnoſcerem haberemq; liberorum iure ac numero, quaſi qui paterno nomine ſe non prorſus indignum prętaret. In quo tamen ne me communis decipiat φιλαυτία, velim ex fide bona hoc

Ayuntamiento de Madrid

temperamentum & quasi cautionem adiici vt quandiu studiosis literarum proderit habeatur pro meo, meisque in sacris maneat : sin autem vilitate sua vel (quod ita dixerim) inertia videbitur ad piper vel scōbros amandandus, aut conquiescat aut lateat, vel quod de suo Aiace olim Cæsar Augustus sub spongia hęreat, ne quid hac mea scriptione horis studiosorum melioribus præiudicium afferatur. Licet enim, si consultis credimus quod noceat nemini & aliis prosit, facilè condonandum videatur si quid tamen vel incuria vel humana parum cauit natura hac vel superioribus editionibus, quas ego quidē polire melius nondum contigit aliis atque aliis negotiis auocatus, spero me breui nouam & postremam editionem adornaturum cum multis fortéque non pœnitendis accessionibus quas ad vmbilicum penè iam perduxissem, si vacui temporis vsura paulo benignior mihi permissa esset. Cuius rei fidem sum tibi propediem facturus Lector, si modo ea quam non semel pro tuo candore sum expertus tua æquanimitas mihi, ad perficiendum quod incœpi augeat industriam. Vale.

VIRI

Ayuntamiento de Madrid

VIRI DOCTISS.

NICOLAI GVLONII LITERARVM GRÆCARVM LVTETIÆ PROFESSORIS Regij, de his in Alciati Emblemata commentariis.

Ἐννέωρ᾽ μεγάλου Διὸς ἦν Μίνως ἀριστῆς,
Τῆς ἡμῶσου βασιλεύς, ὥσπερ Ὁμηρ᾽ ἔφη, Odyss. τ.
Τοῦ παρὰ νηὶ μῆτιν ἐδαὼς ἠὲ ἰπφρονα βουλὴν,
Ἀγχομαχέοις ὁσίοις Κρησὶν ἰθυνε νόμοις.
Τὸν δ᾽ ἡμὲν Μίνω μοῦσα θρέψατο, ἠὲ καὶ αὐτὰ
Δῶκεν οἱ δάφνης ἱερὸν ὄζον ἑλεῖν,
Ἐκ δὲ πιεῖν κρήνης ἑλικωνίδ᾽ ἐνθεον ὕδωρ,
Τοῦ δὲ λοιοσάμην᾽ μοῖραν ἄειρε θεάν.
Οὕνικα ῥητήρων ἐπ᾽ ἐνθυμήματα φαίνει,
Ἐκ χρυσέων στομάτ᾽ νάματα λαμπρὰ ῥέει.
Εἴτι παλαιστέρων ὑπομνήματα φθέγγεται ἀνδρῶν,
Οὐ νέο᾽, ἀλλὰ νόο᾽ γηραλέο᾽ φρονέει.
Εἴτι σαφηνίζει κρυφίων αἰνίγματα μύθων,
Μαίνεται ἀληθείης Οἰδίποδ᾽ κρατέει.
Αἱ δὲ παρεμβολαὶ Αλκιατῶ εἰς δαίδαλα ἔργα,
Ἀτρεκέως τ᾽ ἐμὸν μαρτυρέουσι λόγον.

Ayuntamiento de Madrid

D. GVLONII EPIGRAMMA LATINIS EXPRESSVM NVMERIS.

TER ternos Iouis auditor rex Gnossius annos,
Maeonidæ vt cecinit Musa verenda, fuit:
A quo consilium, sacros mentisq; recessus
Percipiens, leges Cretibus ille tulit.
At nostrum Musæ Minoem aluere benignæ,
Cuius Apollinea tempora fronde tegunt.
Dantq; Heliconiadum sacros haurire liquores,
Inde satur retulit munera læta Deûm.
Oratorum igitur siue enthymemata torquet,
Aureus ex sacro defluit ore lepos:
Seu reserat nobis veterum monimenta virorum,
Mens cana illius nil puerile sapit:
Siue etiam abstrusas res prorsum ænigmata pandat,
Oedipoden vates veridicus superat.
Explanata quidem Alciati hæc Emblemata, passim
Testantur me nunc omnia vera loqui.

Vertebat P. Pinellus Vindocinensis.

Stephani

Ayuntamiento de Madrid

Stephani Pasquier, in supremo Senatu Parisiensi Patroni.

QVAESITOR Minos vrnam mouet: hoc tibi, Claudi,
Emblema in prima fronte notato libri.
Atque hic augusta sedeat sub imagine Minos,
Omnia qui iusto temperet imperio.
Hoc autem cur te sortiri schema velimus,
Si petis, in promptu plurima causa subest.
Nam si Lethæo reuocas Emblemata ab Orco,
Alciatum campis reddis & Elysiis:
Si veterum laudas laudanda, errata repurgas,
Pro merito tribuens præmia cuique suo,
An tu non isto es Minos Emblemate dignus,
Qui cum Minois nomine, nomen habes?

Germani Andeberti, Aurelij Indict. Reg. Præsidis.

An tibi, an Alciato plus, Minos docte, pararis
Nominis & famæ, qui neget ambiguum?
Sic ænigma facis, nodosa Emblemata soluens:
Vis solum hoc? tu te vincis, & Alciatum.

Nicolai Quatersolidi præfecturæ Columerien sis Vicelegati.

TE semel vt vidi, facilem doctúmque repentè
Agnoui, verbis mellifluumque tuis.
Vt vidi, haud deceptus ego, neque me abstulit error,
Nam bene conueniens tu tibi nomen habes.
Nimirum (ignoscant Charites, Musæque polutæ,
Et, si quid peccem, parcat Apollo mihi.)
Nominis hoc anagramma tui & cognominis ère est,
OANIMVS DVLCIS, què tua scripta probant.

BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid

CLAVD. MINOS DIVIONENSIS.

LECTORI STVDIOSO ET CANDIDO.

PROTOGENEM pictorem sua ætate nobilem, tam improbo fuisse studio, tamque indefessa pingendi cura diligentiaque memoriæ proditum est, vt Apelli parem in omnibus futurum dicerent, si manum de tabula tollere potuisset: adeò vtile in omni vitæ humanæ instituto vulgatum illud, μηδὲν ἄγαν, vt Isocratea in compositione cura diligentior à plerisque reprehendatur. Quod ideò à me dictum volo, amice Lector, vt planum tibi faciam, quis meæ commentationis in hæc Emblemata modus à me sit adhibitus: in quo nimirum è multis quæ facilè cogere citra negotium poteram, ea duntaxat in suos locos contuli, quæ ad rem præsentem magis accommodata viderentur. In quo malui, breuius omnia persequi, & leuiter attingere, quæ nemini esse ignota suspicabar, quam quasi ῥαψῳδεῖν, perque locos communes identidē exspatiari. Sed ne te pluribus morer, nō erit alienum, si re ab ouo ducta, quod aiunt, huius meæ lucubrationis consilium explicem, vt eadem via compertum habeas, quid quantumque in literis contenderim, quòsque labores hactenus incredibili facultatum penè omnium inopia laborans in ipsis pueritiæ meæ rudimentis sum perpessus. Quo tempore cùm sperarem me liberatum in difficultatibus, & pœnè dicam, miseriis, quibus exerceri & interdum obrui pupillus solet omni parentum ope destitutus, manendum quasi aliqua in vigilia mihi statuebam, neque

Ayuntamiento de Madrid

neque animum ita deijciebam, vt à liberalium artiũ studio penitùs auocaret: tametsi neque fortũna, neque alia mẽlior occasio hunc mihi fructum, quẽ Dei beneficio videor cõsecutus, haud quaquã polliceri videretur. Nam me (anno ætatis duodecimo) per septennium fermè ad inferiores relegatum scholas, & nodis quibus me expedire non nisi serò admodum potui, detentum constrinxit inimica & certè molesta sortis conditio, quæ studia mea nescio quo veterno quasi sopita & fermè extincta reddidit. Quibus tamen in ærũnis sic animus occalluit, vt septem anni citiùs elapsi sint, quàm meum me otiũ tam malè collocasse senserim. Quæ quanquã vera sint, tamen cum exantlatos à me labores in memoriam reuoco, & certè quod summo & præpotenti Deo immortales habeã gratias, qui me hoc veluti gyro includi primùm voluerit: atque me, quanquam ea ætate nimium rudem, nec dum satis cõfirmatum, prouinciam suscipere concessit, ad quã partim ætatis imbecillitate, partim etiã ingenioli modulo ac captu omninò erã ineptus. Postquam enim linguæ Latinæ & Græcæ, Mathematiũ & Philosophiæ peripateticæ rudimenta delibassẽ, earumque disciplinarum cognitionem aliquam certè mediocrẽ percepissem in palestra viri literatissimi L. Baezæ, Hispani hominis (cuius in Logicis & Arithmeticis cõmentationes in lucem editæ à doctis commendantur) opportunitatem aliquã sum nactus ea omnia recoquendi seduliùs, quæ per triẽnium & eò plus in Philosophico stadio primùm hauserã. In quo quidem diuturna certè, parumque vtili meditatione retexendo, hærendũ mihi diutius fuit quàm vnquã cogitassem, vt quasi scopulum Sisyphium toto fermè septennio effractis penè viribus voluerem. Quæ tamen à me dicta, nolim à quoquã sic accipi, ac si quas in studiis ærumnas pertuli, tam molestè ferre debeam: nihil enim est quod tanti faciam labores nescio quos, aut spõtaneas illas molestias, quæ studiosos comitari solent: quanquã tamẽ (vt id ingenuè ac liberè) dubius sim

Ayuntamiento de Madrid

an ratione aliqua conqueri mihi liceat, quòd fortunam non tam iniquam habuerim, quàm ingenium inani admodũ & ruſticano quodã pudore præpeditũ. Dei enim optimi maximi beneficio (cuius munere ac dono ſum id quod sũ) recreari paululũ occepit ingenij mei languor: & ita hucuſque peruenì, vt nunquam me pœnituerit tantillis laboribus adeptum ſtudiorum fructus vberiores quàm vnquam cogitaſſem: non quòd ingenio me valere iactẽ (quod in me quàm ſit exiguũ, planè ſentio) ſed quòd mihi naſci cõtingerit tẽpore feliciore, quo inciderim in præceptorem cordatiſſimum, multiplici rerũ cognitione locupleteẽ, & quod in maximis duco, cui meũ ſtudium probari haud dubiè perciperem. Ex eo itaque cũ exceſſi, quantum in me fuit, bonorum auctorum Græcorũ Latinorũque pomœria libero, & quieto animo peruolutaui, erat enim mihi otij ſatis: bibliothecas virorum aliquot eruditorũ adij, quantũ mihi conceſſum fuit, & eruditiones alicuius cõparandæ inſtrumenta quamplurima perquiſiui, eaque auidè arripui, quaſi diuturnã ſitim explere cupiens, vt ea mihi nota eſſent, quorum poſtea vſum aliquẽ, quanquam admodum mediocrẽ ſum diligentia & ſtudio conſectatus. In his itaque cum mihi viderer aliquantò implicatus, deque multis multa conſultarem, commodè incidit in manus meas Alciati liber Emblematũ, quem recens nobis Lugduno aduectum, & aliquot annis antè, Pariſiis excuſum, nouerã à philologis omnibus non nimiùm commendari. Quem cùm de manibus ferè non deponerem, & multa in eo perobſcura deprehenderẽ, in quibus hærebam diutiùs, & in multis nitendo ſudans, quòd tunc quos vellem imprimis libros non haberẽ, ſciſcitabar ex Leodegario Agathochthonio, Benedictino Diuionẽſi, homine verè pio, & in Hebræa, Græca, Latinaque lingua nõ mediocriter verſato, vnde mihi omnes nodi & ſcrupi diſſolui poſſent. Ille quidẽ de nõnullis me liberè admonuit, ſed hoc maximè, vt fontẽ ipſum, ſi fieri poſſet, adirem, ex quo nimirùm

Emble

Ayuntamiento de Madrid

Emblema quodque sumptum esse constaret: & Alciatũ Alciato interprete, quoad eius maximè fieri posset, enarrarem: id est, Alciati scripta alia, quòd id præstarem cõmodiùs, sedulò & accuratè voluerẽ: vtque ingenij vires periclitari paterer, meque nihilo segnius exercerem, cùm studia mihi alia grauiora non suppeterẽt, ipsa omnia Emblemata scholiis & cõmentarijs illustrarem. Cuius viri consilio primùm nõ leuiter inflammatus, primas lineas (quantum per ætatẽ certè tenellam & cõsilij inopem licebat) ducere incepi: in quo primo impetu satis mihi suum conscius, me non secus atque vrsinũ fœtum incõditum planè & informem peperisse. Quòd enim mihi hic auctor impẽsissimè placeret, eũ summa perlegi auiditate: cuius opes admirabiles vt accuratiùs & meliùs aperirem mihi, alios pleroſque qui ad hoc argumentũ tam plausibile facere videbãtur, deuorau i: perque multas Philologiæ areas locupletissimas summa cum voluptate exspatiatus ad extremum id mihi lucrifeci, quod nũquam fuissem consecutus, nisi animum ad hanc rerum explicandam difficultatem applicuissem. Et quidẽ non potuit hic liber vel ob argumenti splendorem varietatemque vel auctoris nomen clarissimum apud omnes qui nõ sunt alieni à Musarum amœniorũ choro, non gratissimus esse: cuius lepores & concinnitatem eò pluris facio, quò video maiorem cum voluptate vtilitatẽ in eo coniunctã, quàm aliis penè innumerabilibus qui quotidie manibus teri consueuerũt. Quis igitur mihi iure succenseat, aut panlò etiam iniquiùs frontem corruget, quòd aliquas horas in eo explanando collocarim? Non enim meã qualẽcunque industriam & studium ab hoc genere scriptionis putaui vnquam alienum esse debere, quanquam non parũ in eo esse difficultatis agnoscerem, quæ nisi ab homine & otio & litteris abundãte, vix solui posse videretur. Quod si quis, vt sunt tui, cõsci & iniqua ferè hominũ iudicia, animo reputet cõmentariũ nullo labore à nobis absolutum, censeatque id operis

quibus

Ayuntamiento de Madrid

quibuſlibet aut etiam Grammaticulis committi non minus quam mihi potuiſſe, vehemẽter errat. Quotus enim quiſque eſt (abſit arrogantia dicto) qui vel Ethicæ diſciplinæ aut phyſiologiæ ignarus, ne dicam hiſtoriæ aut linguæ Græcæ prorſus inſcium, qui vnũ aut alterum Emblema pro dignitate enarrarit? At vt iſthæc miſſa faciam quis noſter in eo explicãdo & illuſtrando libello conatus fuerit & induſtria, vt eruditos non latuerit, ita imperitis non poteſt non eſſe perobſcurum & valde ignotum, qui non plus ea de re quam cæci de coloribus iudicent. In quo ſi non ingenij dexteritas aliqua vel rerum peritia melior eluceſcat, certè diligentia quædam obſeruari non obſcurè ab iis poteſt qui ſunt æqui rerum æſtimatores. Id verò maximè, niſi fallor, perſpicuum erit in obſeruando fonte & origine cuiuſcunque Emblematis, in comparandis vtriuſque linguæ auctoribus, qui magnum videbantur adferre adiumentum ad ſingulas notas & explicationes, vt denique in cumulandis iis locis, qui ſparſim apud Alciatũ in ſcriptis aliis prolixiſſimis habeantur. Quæ cùm dico, ſcio equidem quid mihi obiici hoc loco poſſit: quaſi qui velim diligentiam ab omnibus approbari meam, vt nihil omninò cõcedam iis qui in eo libello primùm enarrando elaborarunt, ſuamque nobis induſtriam probauerunt. Certè, vt verum fatear, modeſtius de me ſentio, quam vt velim incidere in minimam arrogantiæ ſuſpicionem: ſed vt aliorum ingeniorũ ſum candidus æſtimator, ita velim hoc mihi tribui concedique, vt de me nõ falſa iactanti mihi credatur. Ne enim diſſimulare videar, ſcio ante annos octodecim, Sebaſtianum Stokameriũ Germanum in aliquot Alciati Emblemata ſcripſiſſe commẽtariola (ſic enim appellat) familiariter admodũ & ſtudio facili conomnata: ſed an fuerit auctoris mentem, & argumẽti ſplenderem ſecutus, aliorũ eſto iudicium. Loquor de Torneſij Lugdunenſis Typographi editione, non de alia quad. nimirum ante aliquot annos adornauit Plãtinus hac noſtra ætate emble-

Ayuntamiento de Madrid

gentissimus Typographus: ea enim aliquot accessionibus longè alia est quam prior: quod non erit obscurũ ei qui editionẽ vtramque conferre volet: at vel posterior, vtut sit, ea est tamẽ, vt eruditorũ oculis non satis digna videatur. Sed esto: scripsit Stokamerus ille in aliquot Emblemata, non tamẽ attigit omnia: si quidẽ fortè diuinare nõ potuit quid in aliis auctor sibi vellet: ita quædam perobscura sunt, vt vel multa rerũ cognitione, vel Delio natatore sit opus ei qui ea cõmodè velit explicare. Adhæc, etiamsi Bartholomæus Anulus vir eruditus, breuibus verbis, omnium ferè Emblematum sententiã complexus sit, eum tamen non puduit aliquot intacta omninò præ termisisse, quã ob causam nescio, nisi quod verissimũ esse video quod vulgò dicitur, Docti est etiam quædam ignorare: vel, vt cũ Poëta, Non omnia possumus omnes. Nihil enim moror Iesuitanæ familiæ sodalem aliquem, quẽ accipio ante annos sex in hac Academia publicè interpretatum hæc eadem Emblemata: sed tamẽ quædã, nõ omnia attigit: quàmnam ob causam nescio, nec vt sciam sum admodum sollicitus: me tamen non fugit, si persecuturus esset quod inceperat, aliorũ quorundã industria ei fuisse vtẽdũ, aut certè vigilias maximas eũ impensurũ in explanandis rebus tã varijs tanque ingeniosè ab ingeniosissimo Iureconsulto excogitatis aut efformatis. Quod tamen dictũ nolim, vt Iesuitæ illi quicquã detrahi velim (quãdoquidè lubens faueã literatis omnibus, cuiuscũque professionis & instituti habeantur) non hoc dico, inquã, vt mihi canere videar, qui nihil aliud possim de me asserere, quàm quod ingenio pœnè nullo sim: & si quid sit, illud diligẽtiæ cupiã velim tribui potius quàm acumini aut dexteritati. At si ad iustã carminũ tam lepidorũ explicationẽ multa deesse obiecerit aliquis, dico, nihil esse quod omnib. numeris absolutũ dici & perfectũ possit. Sũ equidẽ, vt verè dicã, quod potui, cõsecutus, nullũque vnquã laborẽ in bonis auctoribus euoluẽdis, qui in hoc mihi posset esse cõmodiores, effugi, vt ipsam

auctο

Ayuntamiento de Madrid

auctoris mentem elicerem: quam si nondum assecutus omni parte videar, tamẽ quantum à me fieri potuit, ornatus sum, vt eo nomine nostram qualemcunque diligẽtiam doctis non nimium morosis probatum iri confidam. Quam si gratã studiosis, vt vtilẽ spero, & aliqua dignam approbatione intellexero, efficient profectò, vt qualiscũque nostra industria excitetur ad eam commẽtationem non modo illustrandam, sed etiam locupletãdam. Quid enim desperẽ studium eiusmodi gratum fore, cùm res per se iucunda & fructuosa mirabiles amores in animis eorũ qui sunt ingenui & liberales, excitet? Laudatur à nobis Orator, Poëta, Historic⁹, Philosophus: aut aliquis alius scriptor, si γνώμαις insignioribus tanquã stellulis effulgeat & splendescat: quæ cùm alicubi leguntur, digito aut trãsuerso calamo notari solent, vt memoriæ commodiùs infigantur, & citiùs occurrant, cùm iis opus erit. Atqui has sententias non passim, nec semper, nec vbivis reperire est facile, cùm nullum sit Emblema, quod præter sententiã non afficiat animũ rei nouitate, & egregia quadam antiquitatis cognitione. Adhæc γνῶμαι sunt interdum obscuriores, neque omnibus peruiæ esse possunt: Emblema aut subiectæ picturæ causa, aut carminis ἑρμηνείας aut ἐπιγραφῆς, aliquã facilitatem habet, in qua possit animus conquiescere. Proinde nõ mirum videri debet si hoc scribendi genus & Alciato, & viris plerisque grauibus admodum placuerit, vt aliquid eiusmodi ludis eruditis consequi possent, quod studia grauior dulci (vt ita dicam) lenimento reficeret. Id enim simile præstitere post Alciatum Gulielmus Perrerius Tholosas, qui Morosophiam centum Latinis & totidem Gallicis tetrastichis conscripsit. Hinc pegma Costalij habuimus, hinc Bartholomæi Anuli pictã Poesim egregiè & sollerter elaboratam: mitto enim Bocchij laudatum ingenium, qui in hoc genere summũ se artificem præstitit: postremoque omnium optimè post Alciatum, si quid mihi credendũ sit, Ioannes Sambucus, & Adrianus

Iunius,

Ayuntamiento de Madrid

Iunius, sua nobis Emblemata cuderunt, quibus nihil ingeniosius aut accuratius adinuentum, nihil diligentius elucubratum aut absolutum esse constat. Sed vt superior ætate Alcia tus fuit, ita, ni fallor se priorẽ & ingenij sollertia, & doctrina laude præstitit: quem cùm hoc in genere primas tenere dicam, quas suo iure mihi repetere videatur, non est quòd quis suspicetur me nonnihil famæ doctissimorũ huius seculi virorum Iunij Sambuci, Achillis Bocchij detraxisse. Id verò studij genus nisi fuisset liberale censendum & docto homine dignum, noluissent ipsi profectò viri tanti suam industriam contulisse, aut bonas interdum horas collocasse in iis quæ nihili facienda esse duxissent. Sed de his iam satis. Consilium & methodus horũ Commentariorum.

Superest vt breuiter tota nostræ commentationis rationẽ explicẽ, iisque respondeã quos ad obtrectãdum citiùs quàm imitandum paratos fore præsentio. In hac tota ineunda ratione nihil magis obseruandum esse duxi, quàm scrupos omnes & mæandros difficiliores, vt locos etiã obscuros enarrare, & Emblematum pænè omnium origenem ex suo fonte ductã repetere, postremoque vsum cuiusque loci & sententiæ facilem pro virili parte adiicere. Quàm verò perspicuè & comodè id à nobis tentatũ sit nõ dico perfectum, alij viderint: aliquid certè laboris & diligentiæ obseruari nõ obscurè potest, doctrinæ nullã mihi tribui dariue laudem postulo: in quo tamen ab iis qui seriò docti sunt & literis politioribus exculti, facilius aliquam gratiã impetrare mihi videbor, quàm imperitis & quibusdam nebulonibus, qui omnia nõ modò temerè vellicãt, sed, quod ait Comicus, nisi quod ipsi faciũt, nihil rectũ putãt. Nullum adhuc scriptorem legi, qui cuilibet in omnibus satisfecerit. Nã in multis cura aut labor desideratur, in aliis ingenij dexteritas, aut Græcæ linguæ peritia, vel Latinæ proprietas: in aliis deniq; multorũ auctorũ lectio, aut historiarũ cognitio: quasi verò virtutes hæ omnes singulæ in singulis tam facilè deprehẽdi possent. Non enim me latet in Virgilij poëma

Ayuntamiento de Madrid

mate, Seruij Grãmatici diligentis & accurati operam ſæpenumerò deſiderari: quemadmodũ nec deſunt, qui itidem in Porphyrionis & Acronis commentariis in Horatiũ obſeruent: ſed certè hi mihi videntur moleſtiſſimi cẽſores, qui cùm nihil faciant, nulloque ſe labore nobis cõmendent, importunè tamen de aliorum ſcriptis conqueruntur. Nõ tamen vt mea qualicunque commentatione præiudicatũ alicui velim, quaſi mea tam vnicè probem, vt nolim aliquãdo vel emẽdari, vel caſtigari. A qua ſuſpicione quãtum abhorream, qui me propiùs agnouerũt facilè liberabunt: qui nihil aliud à doctis requirã, quàm vt haſce minutias ſua reprehenſione in quibus erratum fuerit, aliquando dignentur: vt in iis recognoſcẽdis parem diligentiam atque operam impertiã. Non enim noſtros errores emendari feremus impatienter, neque nos vllo modo piguerit audire potiora ſuggerẽtem & meliora: vt nec moleſtum erit priorẽ ſententiam commutare, ſi quid minùs accuratè tractatum aut expenſum à nobis quiſpiã cõgeratur. Quod dum facio, videri nolim in publica literarũ cauſa prænaricari, & ea docere quæ aliquando putem dedocenda. Quod tamen nec ſine exẽplis nec rationibus me præſtaturũ intelligẽt, ſi modo adſit aliqua in iudicãdo æquitas, cùm nemini dubiũ ſit, poſteriores cogitationes meliores eſſe: & in monumentis veterũ legamus, Hippocratẽ artis medicæ principẽ quædã à ſe non ſatis diligenter tradita, primùm emendaſſe, ne cæteri etiã in idẽ impingerẽt. Idẽ factũ à M. Tullio memi nimus, qui cùm Rhetorici libri, quos adoleſcẽs ſcripſerat, nõ ſatis placerẽt, vt min⁹ elucubratos dãnare magna parte maluit, quàm corrigere, ſcripſitque accuratiùs libros alios oratorios, quos tãti fieri à doctis agnoſcim⁹. Sed & Fabius duos libros à ſe primùm De arte dicẽdi ſcriptos, quòd non ſatis probarentur, expũxit, & duodecim illos vtiliſſimos nobis magno ſtudioſorum omnium applauſu dedit, in quibus videtur & priores emẽdaſſe, & perfectius aliquid reliquiſſe. Quod illis

igitur

Ayuntamiento de Madrid

V. C.

ANDREÆ ALCIATI I. C. MEDIOLANENSIS VITA.

PER CLAVDIVM MINOEM IVRISC. CONSCRIPTA.

ANDREAS ALCIATVS in pago Alciato seu Alzato Mediolanensi natus, è nobili Alciatorum familia, Iurisconsultorum & politorum hominum gloriam incredibili studio ac virtute longo post se reliquit interuallo. Is adolescens cùm primum ingenij cultum caperet, non pœnitendos institutores à quibus edoceretur, nactus est, sed maximè Ianum Parrhasium, quo Romæ ac Mediolani litteras humaniores summo omnium applausu docuit. Eas primas artes Alciatus auidè arripuit, séque iis non leuiter tinxit, earum tamen vsum omnem ad peritiam iuris, cui se totum addicebat, optimè referendum esse duxit, vt ea studia, in quibus alij, tanquam apud Syrenios scopulos consenescunt, huic vni ancillarẽtur. Ille itaque quod seriò & percupidè eam iuris scientiam persequeretur, breui admodum spatio temporis ita promouit, vt dignus existimaretur, qui Doctoris insignibus cohonestaretur. Eo primùm honore donatus sic ab omnibus suspiciebatur, tantámque de se admirationem concitabat, vt de rebus etiam grauissimis, & quæ non nisi veteranis, & longo vsu exercitatis viris proponi solitæ essent, argutè politéque responderet. Rogatus enim à Quæsitore, quem appellant, hæreticæ prauitatis de re admodum perplexa & dubia, quæque iam antè multos sanè doctos, tum Theologicæ rei peritos, tum iuris professores exercuerat, ita satisfecit, vt Quæstor ille non tam ab homine, quàm ab ipso edoctus oraculo abierit: agebatur de supplicio Lamiarum, & earum mulierum quæ veneficæ aut sortilegæ vulgato vocabulo nominantur: sed cùm Lamiarum seu strigum non esset vna species, ex iisque aliæ dicerentur in Crucem imminxisse, CHRISTVM Deum abnegasse, præsentes ipsas & vigilantes, veneficiis atque deuotionibus infantes ex-

Ayuntamiento de Madrid

tinxisse : aliæ nonnullæ aliquando matribus interminatæ, noctu ad earum filios, quamuis foribus obseratis, valuisque occlusis irrepsisse, eos fascino pressisse : quos pueros constabat morbo repentino captos & medicis non cognito decessisse. Respondit in has illasque Quæstorem debere suo fungi munere. Quanquam enim (dicebat) ex iis aliæ reuera, & vt vulgus loquitur, personaliter non accessissent, tamen id Lemuribus suis videri mandasse. Quædam etiam nihil vltrà egisse arguebantur, nisi quòd sub arbore Tellina choreas duxissent, quod tamen hæ negabant. Et ea quidem vna suspicione, quamquam solo vulgi rumore vagaretur, eas tamen volebat Quæstor tormentis subiici, eo quòd in fauorem fidei, conscíorum & conscleratorum testimonium admitteretur. Alciatus, contrà, id verum de iis quæ vigilantes vidissent, non quæ dormientes & in somnis: multaque alia præclarè, quibus totam hanc quæstionem soluit, vt nihil ad eam dubitationis relinqueret. Ergo Mediolani per triennium moratus, sese foro parabat, munusque aduocationis cum aliqua laude, certè magna fide ac religione sustinebat, cùm nomen cœpit eius ad cæteras nationes, nedum suos Italos propagari. Accitus enim est ad publicum profitendi munus ab Auenionensibus, proposito ei stipendio sexcentorum cùm nunquam ad eum diem cathedram, quod ipse ait, cõscendisset, qua in vrbe per aliquot annos ita ingenium suum & industriam probauit, vt vnus penè inter laudatos iuris interpretes, solusque egregiè doctus prædicaretur. Ea hominis fama excitatus FRANCISCVS I. ingeniorum follers & munificus æstimator, Alciatum ad Biturigum Academiam vocauit, anno Christiano 1529. honorario illi duplicato, adeò vt pro sexcentis, secundo sui aduentus anno, mille & ducenti præstarentur. Qua in vrbe Galliæ celebri, & qua nobilium auditorum frequentia, quantum ille laborum summa sua laude pertulerit, idque quinquennium explerit quo fuit in Gallia. Supersunt etiam hodie testes longè multi, laudati viri, qui Alciatum docentem audiuerunt: testes etiam libri editi æterna digni memoria, quos ille succisiuis horis summo studio, parique ingenio reliquit. Cùm enim ad laborem, non ad otium se vocatum à magno principe, & in Academia Galliarum florentissima intelligeret, ne quid de ea laude, quam multis magnisq; vigiliis consecutus erat, imminui pateretur, initium duxit ab ea Constitutione, quæ est De quinque pedum præscriptione, magna omnium, sanéq; doctorum hominum admiratione, eóque successu laudis, vt

Ayuntamiento de Madrid

is labor, vel potius indefessi animi contentio, ianuam famæ nunquam intermorituræ aperuerit. Non est mihi animus singula percurrere quæ magna doctrinæ laude, pariqúe dignitate toto eo quinquennio perfecit, eius orationem vix possum trãsilire quam ille habuit ex tẽpore cùm FRANCISCVS Rex auditorium eius ingressus, præsens interesset. Eam vnam laudem è multis non vltimam fuisse censemus, tanto principi placuisse, eius auditoris animum demulsisse, vt quasi Régia illa maiestas Iurisprudentiæ in suo sedenti solio fasces submittere videretur. Ea viri ad publicam vtilitatem nati virtus, cùm in dies incrementum caperet, FRANCISCVS SFORTIA Mediolanensium Dux, sui popularis amore ac gloria captus, eum moras nectẽtem, penéque tergiuersantem ad patriam reuocauit: vtque omnem excusationis remoram interciperet, senatoria dignitate ornauit, & vt Ticini docendi partes sustineret ab eo impetrauit. Oratione ea quam publicè Ticini habuit fatetur ipsemet se de longinquis regionibus à principe Sfortia sola virtutis commendatione agnitum, fuisse reuocatum, & summæ dignitatis codicillis ornatum, amplo etiam donatum honorario vt professionis munus obiret. Paulò post certis de causis Bononiam, studiorum omnium altricem petiit, in qua toros quatuor annos ea celebritate ius ciuile docuit, vt nullus satis doctus è scholis redire putaretur, nisi qui Alciatum audiuisset. Quod quoties animo complector, succurrit illud Homericum de Tiresia,

Οἷος πίπνυται, τοί δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Nam præter eloquentiam, qua ille vnus sua ætate prudentiam iuris illustrabat, linguæ vtriusque cognitionem, qua suos æquales omnes anteibat, ingenio adeò felici & vbere historiam omnem vetustatis hauserat & expresserat, vt nihil penitus ignorare videretur: iuris labyrinthos ita ingeniosè penetrabat, ea mysteria purè disertéque tractabat, vt veterum laudem penè adæquaret, recentium industriam facilè superaret. Ticinum reuocatus, ita iubente CAROLO IMPERATORE, per annos aliquot illic resedit, nihil de incœptis laborib' remisit, gloriam quam tot vigiliarum impensis mercatus erat, auxit, vt putaret sibi exemplar propositum Herculis, cui apud Tragicũ, finis vnius laboris, ad sequentem gradus pararetur. Ferrariam deinde inuisit, Ducis HERCVLIS honorificis adductis cõditionibus, & prostratam Academiam ea sollertia extulit, qua cæteras euexerat, penéque excitarat. Ea in vrbe, vt in aliis

Ayuntamiento de Madrid

quas incoluerat, non modò viua voce profitendo, sed & permulta variáque scribendo id effecit, ne viuis & præsentibus modò consuleret, sed & posteris idem multò cumulatius præstaret. Post multos tandem peregrinationum labores, Ticinum repetiit, in eáque vrbe suarum fortunarum tabulas postremò collocauit; docuit tres, quatuórve ad summum annos, vir qui nullis ætatis difficultatibus, neque quietis alicuius, quam capere poterat, blanditiis delinitus, à cœpto opere ac studio cessauit. De qua tamen adeò frequenti concursatione, quam plerisque suspectam præsentiebat, seipsum publicè ita purgauit, vt non temerè rationem probabilem reddiderit. Quid enim si Auenione primùm, quid si Ticini, Bononiæ, Biturigibus professus sit, tanquam qui nusquam posset consistere? prompta enim excusatio hæc illi fuit: nam dum bellicos furores subterfugeret, tutámque suis quietem studiis perquireret, diutissimè peregrinatum, principúmque iussionibus huc atque illuc agitatum certam sedem tenere non potuisse dicit: enimuerò meminerat Plautini verbi, Di nos tanquam pilas, homines habent: ita se raptum instar lignorum, quæ pro fluctuum impetu feruntur, varièque agitatum: quicquid tamen erroris hoc fuerit, in publicam semper vtilitatem cessisse. Aliis etiam rationibus inconstantiæ huius culpam deprecabatur neminem esse dicebat qui Solem vituperaret, quòd dum radiis & calore suo cuncta viuificet, ambitum terræ omnem circumquaque percurreret, nec quemquam, qui eo animo fixas stellas laudaret, vt errantes improbaret. Celebratum Homeri carminibus Vlyssem, quod mores hominum multorum & vrbes viderit, sed & philosophos veteres, vt Pythagoram, Platonem, Apollonium, aliósque multos, doctrinæ causa, peregrinationes maximas suscepisse Dionem Prusiensem, quod ad Celtas & Sarmatas se cõtulisset, tanti à Traiano Imperatore factum, vt reuertentem aureo curru exceperit: & Aristotelem, ei qui ciuilis administrationis studia profiteretur, admodum conuenire peregrinationẽ, existimasse, idque Hippodami Milesij exemplo, qui diu per multas vrbes errauit, priusquam aliquid scribere sit aggressus, idem de Lycurgo, Solone, Zaleuco, Philolao, multísque præterea aliis proditum, hinc illud Sophoclem, οἶκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς ἠσκημένον, domi manendum cuncta cui sunt prospera, sapientes de iis intelligere dũtaxat, qui priuatim vitam agerent, quiq; domi & in otio marcescere citra publicum incommodũ possent: alioqui publico litterarum professori, qui versaretur

in

in hominum luce & frequentia, haudquaquam conuenire, linguam quæ plurimis Academiis prodesse possit, intra vnius loci cancellos, in quo propter bellorum strepitus & horrores gymnasium nullum sit, concludere multùm profeciſſe hac ratione professores alios: sibi peregrè agēti firmissimum semper fuisse in doctrina præsidium: legalem hanc professionē sibi tanquam Palladis ægiferæ clypeum, quo superatas Gorgones, id est monstra omnia fabulæ prodiderunt. Et hæc quidem ille, vt passim multa de sua peregrinatione: quam tamen tam crebram locorum mutationem nihil moramur, quin potius eximiam hominis sollertiam admiramur. Ille disciplinarum liberalium, historiæ omnis, Græcæ & Romanæ linguæ fretus subsidiis, iuris studia nitori pristino fœliciter restituit, æmulatus veteres quosdam magni nominis Iurisconsultos, Herennium, Modestinū, Antistium Labeonem, Atteium Capitonem, aliósque, qui pares fuere in vtriusque linguæ cognitione, artiumque meliorum facultate. Iam verò si quid aliquando inter disputandum pronunciarit aduersus receptas à maioribus opiniones, hoc nō eo animo fecit, vt lectorem etiam reluctantem in suam sententiam pertraheret, sicuti obiectum illi fuit à quibusdam maleuolis, qui omnia eius consilia sinistrè acciperent. Multa enim dum doceret, varia quasi fercula, vt in apparatissimo conuiuio solitus erat apponere, ex quibus quod magis saperet, vocati conuiuæ pro suo arbitratu eligerent. In qua tentanda iudiciorum alea, quàm se prudenter & circumspectè gesserit, id argumento est, quod se ad vtrunque comparārit: vt si fortè populari aura exciperetur, non ideò tamen exsultaret: didicerat enim ex Biante plures esse malos, & non quicquid continuò multis placeret, id sapientibus arridere: contra si paucis probaretur, non ideò remittendum animum, cùm, deserto ab omnibus auditoribus, discipulo, Antigenides, mihi cane & Musis, dixerit. Sic enim aduersus insanam hominum, quorundam petulantiā, adeóque caninam facundiam sese obfirmabat, vt neque cauillis moueretur, neque conuiciis ab incœpto cursu reuocaretur. Qua de re tamen maturiùs paulo post. Duodecim post annos, cùm ciuilis & Pontificij iuris professoriis insignibus donatus esset, Paradoxa & dispunctiones in publicum emisit, opus, vt ipse dicit, elaboratum horis succisiuis, & à candidato adhuc & tirone. Quoties enim ea quę à suis doctoribus acceperat, studio ipse secum perpēderet, si qua essent quæ probabilibus argumēntis digna refutatione viderentur, ne quod occurrebat memoria

Ayuntamiento de Madrid

protinus excideret, quibusdã quasi aduersariis describere consueuerat: quę omnia tũ in manus accepta, cũ paulò accuratius expolisset, in codicem veráſq; tabulas referenda duxit, tandémque studiosis omnibus communicauit. Quod opus non tam vt gloriam, cuius illa ętas solet esse auidissima, captaret, à se fatetur editum, quàm vt ratione aliqua Doctorum, qui tum studia iuris profitebãtur, iudicium cõuelleret, qui bonarum literarum cognitionem non modò Iureconsulto non necessariam vbiq; asseuerabant, sed contrariam potiùs, & seriis omnibus studiis blãda quædam & illici voluptate repugnãtem: quapropter non secus quàm à nauigãtibus Homericas illas Sirenes, euitãdam, Vlyssisq; sequendum exemplum, qui se malo nauis illigasset, sociisq; aures cera illeuisset, ne vocum modulatione capti à cœpto cursu aberrarent. Quæ tamen quia dici fieriq́ue hominum more agnoscebat, qui ea facilè aspernarentur quæ assequi ipsi non possent, à suo proposito non discedebat, nihiloq́ue secius industriam suam excitabat. Interdum tamen eorũ conuicia non ferebat, qui quòd elegãtiùs quàm cæteri disputaret, pro obscuro incessebatur vulgò, adeò vt imperiti auditores ceu noctuæ ad Solem caligarent: quinetiam aliquando inclamarent, *Indoctiùs loquare, sed apertius.* Quod tamen nõ tam auditorum, quàm Professorum iudicium fuit, qui crescenti gloriæ Alciati apertè inuiderent. Ex iis Doctoribus neminem in pretio fuisse habitũ constat (vno aut altero exceptis) qui non omnium aliarum artium rudis esset. Satis igitur sibi factum eo tempore arbitrabatur, si suum litteris humanioribus honorem seruasset, iungiq́ue eas sua ætate sapientiæ studiis posse docuisset. Quod dum viua voce, & scriptis conatur, iuris Doctores tanquam transfugam eum insectabãtur, libidemque libris editis lacessere non desinebant, apud humanitatis verò professores, tanquã omninò alienus esset, nec sibi locus, nec ratio vlla constabat: quorum alij eum tãto æri soluendo non esse, alij prædiis prædibusq́ue non satis idoneum: alij alia cõminiscebantur, quo factum, vt maximam apud omnes inuidiã, gloriæ loco, adeptus sibi videretur, & huius incassum cœpti conatus tęderet, vel potiùs malo edoctus laboris eũ pœniteret, donec paulatim libri quos emiserat in publicum, & docẽdi ratio quam sequebatur, in multis gymnasiis sese insinuarint. Nec verò ipse, quoties occasio fert, dissimulat se reiecta seculorũ aliquot ante lapsorum consuetudine, quã iuuenis erat amplexatus, ad imitationẽ & præscriptam veterum iuris explicandi rationem omni conatu studióque reuocasse. Sed quod obseruaret esse qui barbaras & impolitas interpretationes

Ayuntamiento de Madrid

pretationes elegantioribus præferrent,& tritico neglecto cum atauis vesci mallent glandibus, cumprimùm hanc disciplinam profiteri cœpit,eo quod nondum sibi tantùm auctoritatis comparasset,seruire scenæ ac tempori cogebatur,quantumque fieri poterat,studia sua discipulorum auribus accommodabat. Interea tamen de trita vulgatáque docendi ratione identidē querebatur,suosque monebat,ad vtilitatem publicam valdè pertinuisse Iustiniani edictum obseruari, & eam studiorum sequi methodum,quam ipse præmio Digestorum præfixisset. Humana quadam curiositate deceptos iongè multos modum non tenuisse, & eò planè deuentum,vt Alciatus ipse, quique in eodē studio versarentur, dare manus consuetudini pridem receptæ cogerentur,non enim æquales,non auditores,non gymnasiorū præfectos omninò permissuros antiquatum & obsoletum morem in vsum reuocari, pluris eos facere cœptam ducentis ab hinc annis docendi viam,quàm legislatoris ipsius iussum. itaq; se ea de re secutum fore posthac, neque moturum eo nomine controuersiam, id nihil esse aliud quam aduersus torrentem natare,eique se discrimini permittere,vt qui

Fertur equis auriga,neque audit currus habenas.

In quo cùm diutiùs hæsisset, non destitit tamen quin se totum componeret ad veterum imitationem:non tamen,in tanta opinionum varietate ac dissensione,alicui sectæ nomen dedit, aut in alicuius magistri verba iurauit,quòd optimè censeret, vt in omnibus aliis artibus,sic in ea maximè quam profitebatur, primas partes tenere sanum iudicium,vixq; fieri posse,qui natura dubiæ sanitatis esset,idem legalis sapientiæ certus doctor euaderet.Nec verò est quod quis existimet κυθαδίαν aut etiam αἱρεσιάρχην eum studio captum quædam suo tempore innouasse, aut secus docuisse quam qui superiore seculo floruissent,si quibus locis errasse veteres doctores animaduerteret, eorum nominibus parcebat,sed tanquam aliud agens ostendebat quatenus eis standum esset,in quo suū candorem certè laudandū exhibuit.nouerat enim tributū fuisse vitio Aristoteli, quod quæ cōpilasset,eis accepta nō referret à quibus acceperat:cōtrà vbi eos peccasse animaduertisset,nominatim carperet atq; insectaretur.sibi Iuris interpreti agendū esse modestius, quia moralis quam profitebatur sapientia, hoc ceu inhumanum & inciuile non admitteret,altercandi studium eiusmodi ad nihil conferre aliud quàm artis opprobriū,nec cedere in laudem altercantis. Eo consilio Alciatus sua studia publicæ vtilitati prodesse voluit, & citra omnem ambitionem bona fide suos auditores

Ayuntamiento de Madrid

docuit. Videbat hominum varia esse iudicia, & quot capita tot sensus: esse qui breuitatem eam affectarent quam veteres Dynus, Oldradus, Rainerius ætate sua secuti sunt, alios qui copiam maiorem vellent, etiam citra acumen vllum; qualis in Barbatio, Felino, aliisque nonnullis agnoscitur, quosdam subtilia perquirere, & cum Aretino, Socino, Ruino imaginari malle, vel ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον, per aëra incidere, & citra Solem satagere, quod de Socrate Aristophanes ait. Sed ipse longo vsu didicerat, neminem vnum sequendum esse, at optima quæque de singulis decerpenda: quod prudentiæ opus planè singulare ab eodem persecutum, nedum tentatum, quo suum Iurisprudentiæ lumen redderet. De elegantia vero & polito genere dicendi, quam in ius Doctores non ferebant morosi quidam veterani, vt qui à suis magistris persuasi errorem vsu confirmatum mordicus tenebant, ille quædam disputauit, idque suis vigiliis consecutus est vt vincta barbaries à philosophiæ iuris latifundiis ablegaretur. Quod cùm faceret, non tamen veterum, doctorum sane hominum, auctoritatem eleuauit: de iis semper candidè sensit: eorum doctrinam magni fecit, quanquam sermonis elegantia caruerint: id enim vitium non hominum, sed tẽporum fuisse perspicebat. Conuenire quidem Iurisconsulto oratoriæ artis facultatem censebat: faciliorẽ enim aditum ad ius Quiritium præstare, non tamen corpus efficere, solam eius superficiem colorare, maximos fuisse Iurisconsultos Bartolum, Baldum, Castrensem, Accursium, quos constat ne summis quidem labiis politiores artes attigisse, eorũ non ferendam censuram qui supercilio grauissimo in eos inuehuntur eo vno nomine quod bonarum litterarum rudes extiterint: id enim perinde esse ac siquis minoris Astrologum faciat, quod Musicam ignoret: Galenum præstantissimum medicum nullo habeat in numero, quod Euclidis geometræ nunquã circinũ in manus sumpserit. Eos itaque summos iuris Doctores euoluebat, quos propter insignem peritiam colebat imprimis, neque ob linguæ minus politæ horrorem dedignabatur: interea tamen quicquid ex eorum fertilibus areis ad suum excolẽdum studium colligebat, puræ Latinæque locutionis fluuiis irrigabat. Quod apertius quàm anteà sibi faciundum censuit accitus in scholam Biturigum, cum tertius Pandectarum tomus pro lege Academiæ esset explicandus: titulum enim de verborum obligationibus ad explicandum est aggressus, in quo non prætermittebat, quæ à Bartolo & recẽtioribus copiosius & acutius

Ayuntamiento de Madrid

uius ob materiæ subtilitatē explanata fuerant, qualia sunt quæ ad moræ purgationem, quæ ad pœnalis stipulationis commissionem, quæ ad renuntiationem fideicommissorum pertinent. Et profitēti frequentes aderant nobilissimi ex Gallia, Germaniaque adolescentes, qui eius doctrinæ illicio capti, eaque Suadæ medulla non leuiter allecti, vna cum viris doctissimis, qui ei frequentes aderant, mirati tamen eum tritā in scholis & nimium patienter approbatam docendi rationem consectari, stimulos illi admouerunt, ne id quod sciret meliùs & politiùs eos ita celaret, vt inuidere videretur. Cum ergo incusabant illi, vt qui ceu Plautinus Euclio, quos in pectoris penu thesauros haberet, occluderet, nec in apertum referret, dicebant nihil absurdius, quàm qui optima quæque haberet in manibus, ad imitandum ea non proponere, obseruabant eum aduersus legum scita quæ tractaret ipse, non solùm facere, sed & recentiores alios iussisse Iustinianū κατὰ πόδας interpretationes fieri, nihilque magis semotū ab antiquorū vsu & cōsuetudine, quàm toto anno decē leges magno apparatu explicare, verbosēq; cōmentarios conficere, cœpisse quidē Pyleum, Acursium, Azonem, & glossematum scriptores alios, quod in se fuit, leges ad litteram explicare, nec id eis infeliciter cessisse negotiū: subsecutos Bartolum, & qui didascalici rectè nominantur, vt sunt Castrensis, Alexander, Iason, qui certis doctrinæ limitibus & cancellis ius concluserē, hos non parua laude dignos, suoque seculo principes habitos, non putabant esse sequendam nouissimam opiniosorum sectam non multis antè annis enatam, quæ modum omnem excessisset, quæque iam in studiorum perniciem retineretur hos esse vt viperinos fœtus parentibus exitiales, vt qui ætate posteriores seniorum sententiis aduersarentur, omnemque horam quam doctrinæ impendisse debuerant, contradicendo insumere, de Bartoli verbis, aiebant, non debere Doctorem ita anxiè sollicitum in multis & à proposito alienis immorari, satis esse quod sentiret intelligi, & breuiter admoneri, clarioréque ordine quam fecisset ipse: non illius tantum, sed cæterorum sententias, si quæ ad rem facerēt, adducendas videri, se minimè probare fatebantur Doctores eos qui suggestus passim occuparent, quatuor aut sex ad summum leges toto anno interpretari solitos. Alciatum centum posse: & quot illi constitutiones, eum totidem integros cum suis titulis tractatus illos, viros quidem bonos, sed non satis eruditos, sola in rubrica tres menses insudare: qua ex lectionum pompa neminem ferè doctiorem redire

Ayuntamiento de Madrid

domum : multos sed ignaros Doctorum laborem admirari paucos qui inde aliquid præficerent. Et ea quidem sanè vehementi & acuta auditorum oratione permotus Alciatus , vt qui se omnibus vtilem & morigerum doctorē prestare cuperet,postea non nisi perspicua & luculenta oratione docuit , non nisi quæ optima essent proposuit, immò iudicio & ratione suis ea conuiuis apponi voluit quæ conferrent ad valetudinem , non quæ cuique facerent ad stomachū. Iam verò cùm ipse suo munere defungi posset vnius horę spatio,maluit tamen clepsydras duplicare:nēpe vt viua voce,integra hora doceret : altera verò dictaret,quò qui possent aut etiam vellent exscribere , id ceu auctarium ab eo consequerentur. Opportunè id quidem & ingeniosè cogitatum ab erudito homine, qui citra fucum omnē doceret.intelligebat enim Iurisconsulto memoriam esse maximè necessariam , quam non parum obtunderet aut etiam imminueret anxia illa cogitatio,quæ circa iuris subtiles quæstiones implicaretur. Post auditionem ideo assiduam & diligentem non posse leuari meliùs,quàm scriptione obseruabat:quāquam enim essent aliqui qui valerent excellenti illo naturæ bono,memoria,tamen & temporis interuallo, & curis interdū hebetari quædā in ipso orationis cursu minus ab auditore percipi,quæ ex commentario facilè intelligeret. Quam præclaram sanè & commodam docendi rationem plerique postea sunt omni conatu persecuti,sed nescio an ex multis pauci sint assecuti.Ex hoc flagranti studio summaque animi contentione ad id gloriæ peruenit quam nunquam antè sperauerat, id non semel fassus est,vt ad idem studiorum iter ingrediundum adolescentes excitaret.Bellica primùm clade,afflicto censu,cùm nusquam in patria pedem figere tutò posset,ad professionem iuris, quam sacram anchoram vocat,se confugisse ait:ab ea salutem, honorem,opes,summum denique decus esse consecutū. vtque Zenonem dixisse ferunt,cùm naufragus enatasset, se nunquam feliciùs nauigasse, quàm cùm rebus amissis vacare philosophię cœpisset:sic Alciatū,cùm in patria nimio otio marcesseret,atrocitate bellorum tandem excitatum cœpisse peregrinari , & ad disciplinam confugisse,quæ illi fuerit vt Myrtili clypeus. fuisse illum ingentis animi militem , scuto dimicare solitum , quem, cùm ad expeditionem maritimam nauigasset , submersa fortè, naui,eidem clypeo innixum,in tutum se recepisse. De hoc legitur epigrāma Græcum , quod ipse retulit in classem Emblematum.Id eiusmodi est. ---*Bina pericla vnis effugi Myrtilus armis,*

Cùm

Ayuntamiento de Madrid

Cùm premerérque solo, cùm premerérque salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit, idem
Naufragum apprensus, littus ad vsque tulit.

Profectionis autē ad alias nationes occasio quanquam non vna esset, eam tamē à multis exteris approbari voluit, non se vltrò, vt omnis egentem opis, erronem, & ignotum obtruderet. hìc ne quidem possum transilire sanè lepidum ea de re carmen Albutij Aurelianensis ad Alciatum, quo eum monuit, vt de tumultibus Italicis se subduceret, in Galliam concederet, illicque profiteretur, in quo materiam sumpsit à pomi Persici translatione, quod suo in solo noxium, in exteris consitum tandem haberi cœpit in pretio. Sic ergo ille:

Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe priùs:
Translatu facta est melior, qua noxia quondam
In patria, hìc nobis dulcia poma gerit
Fert folium linguæ, fert poma simillima cordi,
Alciate, hinc vitam degere disce tuam
Tu procul à patriâ, in pretio es maiore futurus:
Multùm corde sapis, nec minus ore vales.

Sua quædam correxit ætate maturior quæ sibì adolescenti fatetur excidisse, ex eo à quibusdam reprehensus, id se feciſſe maxima ratione nec sine exemplis innuit. Cùm enim famę suæ consuleret, noluit in publica studiorum causa præuaricari. idem factum ab Hippocrate, Medicorum Principe, qui ne posterì errarent, quædam malè à se tradita primus correxerit. fecit M. Tullius, qui cum libri Rhetorici, quos adolescens emiserat, parum probarentur, alios oratorios adornauit, & à se antè tradita damnauit, & earum rerum occasione in quibus lapsus esset, nouis libris editis suam gloriam permultum auxit. Eodem etiam modo Fab. Quintiliano qui duobus à se scriptis libris de Rhetorica, quod nec sibi, nec aliis placerent, duodecim illos magna cura elaboratos, singulari doctrinæ laude confectos edidit. Quod ergo aliis gloriæ datum est, fraudi non debuit esse Alciato. dandam hanc scriptoribus veniā, hócque præmio ad studia illustranda, vel etiam quoquo modo esse alliciendos, in quibus emendatio sit erranti concessa, & noua, quod dicitur, permittenda lima, qua niteant & poliantur ea quæ aut incuria fuderit, aut humana natura parum cauerit, vt ait Flaccus. Nec verò inficiatus est rectè ab eodem suasum, vt in nonum annum

scripta

Ayuntamiento de Madrid

scripta premantur,quæ diutius durare velimus:sed ferè nullum esse ex omnibus, qui sit præceptum hoc ad vnguem seruaturus,quosdam enim,qui ex tempore, quàm à cura præstantiores habeantur,alios qui sic ingenio suo indulgeant vt compescere nimiam licentiam non possunt, nonnullos etiam reperiri qui à se conscripta semel approbent, corrigendi tædium non ferant dixisse Ouidium decentiorem esse faciem cui næuus inesset aliquis.

Hac celebritate famæ notus Alciatus,vt à viris solidè doctis cultus est (missos lubens facio exteros , imprimisque Iacobo Minutio, Ioanne Selua, Petro à Stella, multisque aliis qui verè sanéque de ingeniis iudicare poterant,sic quibusdam certè maleuolis & inuidis obtrectatoribus malè acceptus, & numquam exagitatus est) Longouallium infestum habuit,hominem interdum sine mente ac sine iure tumultuantem, Alciato detrahentem , alios etiam in eam contentionis rabiem velis remisque perrahentem. Fuit etiam illi æmulus, & σύνδρομος in Italicis academiis, doctor quidam iuris,nomine Alexandrinus, à quo non semel prouocatus, sæpéque conuiciis impetitus nihil respondit : vt tamen interdum solet esse acrior viri boni iracundia, indignè tulit eum quasi sibi opponi, & in eodem suggestu successorem nominari,quod ostendit hoc carmen.

Altiuolam miluus comitatur degener harpam
Et prædæ partem sæpe cadentis habet.
Mullum prosequitur,qui spretas Sargus ab illo
Præteritásque auidus deuorat ore dapes:
Sic mecum Oenocrates agit:at deserta studentum.
Vitur hoc lippo curia tanquam oculo.

Ita læsus sibi temperabat , sed tamen ne foro cedere prorsus videretur,iniuriam acceptam interdum vlciscebatur : quod idē fecit prouocatus intolerabili planéque indigna Francisci Floridi maledicentia, qui Zazium, Budæum , Alciatum , viros incomparabiles fuerat ausus lacessere , postquam enim hominis insaniam , petulantiam , orisque duritiam pertulisset, ipse qui stili acumine facile confodere Floridum poterat, satis habuit hoc vibrare satyricon, nomine paululum immutato , versóque in Ranciscum Olidum.

Audent flagriferi metulæ.stupidique magistri
Bilem in nos olidi pectoris euomere,
Reddemúsne vicem opprobrijs?sed nonne cicadam
Ala vna obstreperem corripere istud erit

Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flagris?
Negligere eſt ſatius quod nequeas regere.

Relictis Biturigibus Italiam repetens, vrbem eam in ſe veneficam, hoc tetraſticho, grati animi teſte donauit.

Vrbs Biturix inuitus amans, te deſero amantem,
Quinque per æſtates terra habitata mihi:
Nunc opus ad vitulos eſt à vernecibus ire,
Ergo vale & felix ſit tibi Ianicium.

Quod tamen ab homine candido candidè ſcriptum carmen maledicus quidam nugator, Alciati nomini neſcio qua cauſa infenſus, ita ſuggilauit, vt totidem numeris ei calumniosè oc-
cineret.
Non nos, ſed noſtros nummos Alciatus amabat,
Qui tacitus ſpretis vanuit hoſpitibus.
Ergo valeat vitulos paſturus: at illum
Ille noſtra vel horrentem frigore lana teget.

Non illud verum intelligimus vſurpatum iam olim, feli-
Ex qui mnem inuidiæ obnoxiam: ſolam miſeriam carere in-
citatem o tamen nugacitate minimè deterritus Alciatus, per-
uidia. Qui lit vt Hercules ille in ruſticum Lyndium, cuius in-
inde ſe ge contumeliarum plenas non magis curabat ac muſ-
ſanas voces eate, quæ canum latratus nihil moratur. Ea ratio-
cas: aut vt He imus ſcriptum Emblema aduerſus inanem quo-
ne facilè coniic m.

rundam impetu *vt ſpeculum canis inſpicit orbem,*
Lunarem noctu lium credidit eſſe canem
Séque videns, a i agitur vox irrita ventis;
Et latrat: ſed fruſtr. ſurda Diana ſuos.

Et peragit curſus m nouus, & Ciſalpinus profectus in vni-
Sed & Doctor quida (ea eſt Tholoſa) in ea peregrinatione
uerſitatem Tectoſaguma, qui quorumdam mos, ſed & virtutes
non ſolum Italorum viti uiuſdam legis aggreſſus explicatiõ
ſe addidiciſſe gloriatus, c vt diceret aliter à ſe legum nodos
in eum ſermonem incidit i nihil apud nos inquit, facit, quam
intelligi quã ab Alciato, qun quidã aderant, qui his auditis, ſeu
quod florettat iura. docti tu ſeu riſus captandi cauſa, dixerunt,
hominis arrogantiam peroſi te oletat. Ea fuit magnæ & præ-
quæ Alciatus florettat iura, lia, quæ virum omni genere lau-
ſtãtis ſanè virtutis comes inuid nis tempore continenter exer-
dis admirabilem toto profeſſio que habitu corporis à natura
cuit. Is quanquam ſano, viuid nuendis laboribus, quos mul-
conformatus, quo tempore de tos

Ayuntamiento de Madrid

tos grauéſque pertulerat, ob ætatem ingraueſcentem cogitaret neque dum excederet annum octauum & quinquageſimum dolore pedum primùm leuiter correptus, deinde paulò grauiùs & crebriùs adeo vt continuę febris ſymptoma illi morbo adiungeretur, paulatim confectus intra decem & quatuor dies, integris ſenſibus, animam Deo reddidit, ineunte anno Chriſtiano, ad Romanæ curiæ calculum, 1559. Ticini ſepultus honorificè in baſilica vrbis, vir cui (anſim dicere) plus ſua patria, quam ipſe patriæ debeat: vnus qui multis annis obſitam & occupatam quibuſdam quaſi opinionum ſenticetis, & vinctam barbariæ laqueis Iuriſprudentiam aſſeruit, vindicauit, perpurgauit, quem qui perſtrinxerunt, aut inuidi aut etiam maleuoli qui parcus laudarunt, parum candidi; qui pro dignitate co[l]lii: runt, eiuſque doctrinam ſanè vtilem ſunt amplexati gra[u]e- & probos nec leuiter etuditos præſtiterunt. [t]os ſę

Hìc ſymbola hominis omni laude poſteritatis digniſſ[i] prætermittam, quæ ad rarā illius doctrinam virtutem, [u]ni non dicandam non parum pertineant, vnum fuit gentil[i]que præipſe in Emblematis teſtatus eſt, ad nomen Alciatori[u]itium, vt alludens, in ſcuti planitie depicta conſpicitur Alce im familiæ manica, quæ vnguibus tenet epigramma, μυδὲν ἀν[ὰ], fera Gercuius ſymboli explicationem ipſemet edidit Er[a]ναβαλλόμενος & hunc modum. [E]blemate, ad

Alciate gentis inſignia ſuſtinet Alce,
Vnguibus & μυδὲν fert ἀναβαλλόμενον,
Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti
Qui tot obiuiſſet tempora geſta breui?
Nunquam, inquit, differre volens: quod & ipſa
Fortior hæc dubites, ocyor amne fiet. [I]udicat Alce:

Alterum ſymbolum ſibi ipſi propri[u]me pridem Paulus Iouius docuit, [e]um & præclarè fecit, vti quem de ſymbolis armorum & amo[r] eo libello ſanè venuſto caduceus eſt Mercurij inter duo A[m]oris lingua patria ſcripſit, ſcriptione hac, ἀνδρὸς Ἀμαλθείης κερα[ὸς] malthęæ cornua, cum inſententia: [ἐ]ὸν ἀπέλασσαι, huius hæc

Vnguibus implicitis geminis caduce
Inter Amaltheæ cornua rectus is alis
Pollentes ſic mente viros, fandique adeſt.
Iudicat, vt rerum copia multa peritos

In ea tamen icone Alciati, [h]abeet:
donauit A[n]d viuum expreſſa, qua me nuper
[C]oſmographus Regius

Ayuntamiento de Madrid

gius vir lectissimus, subtus expressa ostenduntur insignia familiæ Alciatorum: quorum alterum gentilitium est, cuius sic se planities habet à læua, turricula, qui erecta stans aquila corona insignita summo in apice conspicitur: à dextra, repagula quatuor, supra sicuti planitiem, galea (signum dignitatis equestris) superius etiam ceruinum caput, porrectis & eminentibus anterioribus animalis pedibus, in apice, sententia est de qua dixi, μηδὲν ἀναβαλλόμενον: Quæ singula si quis attendat accuratè facilè percipiet, ab ingenioso & sollerti homine nihil aut cogitatum aut prætermissum quod ad illustrandum nomen suum (vt optimi cuiusque gloria ducitur) aut augendam rei literariæ dignitatem conduceret.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

SYNTAGMA DE SYMBOLIS: STEMMATVM ET SCHEMATVM *ratione, quæ insignia seu arma gentilitia vulgò nominantur: Deque Emblematis.*

DE Symbolis & rerum notis nonnulla plerique scripserunt; eorum tamen nemo est adhuc, quod sciam, qui eam rationem & argumentum sit accurata disputatione persecutus. Id vt præstare quodammodò possim, quòd videam eas partes hoc loco mihi demandatas, de inuentione symbolorum, eorumque vsu & fine quædam, si non accuratè, at certè breuiter dicenda mihi videntur, ne subinde cogat anxiè repetere quæ semel dixisse satis erit.

Quæ fuerit inuentio prima Symbolorum.

Compertvm quidem nobis est vel sola coniectura primos illos homines, sed potissimum Ægyptios & Chaldæos, qui in schola Memphytica philosophati sunt, imò ante expressam notarum aut characterum inuentionem & scripturę vsum, reperisse symbola quædam rudia, vt animalium, vel siderum, vel rerum aliarum, quæ ἱερογλυφικὰ, id est, sculpturas sacras appellarunt: quod primùm ab his factum esse constat, ne ab imperita multitudine mysteria & arcana sapientiæ, quam colebant puris animis ac manibus, facilè profanarentur, sed ab iis duntaxat intelligerentur, qui sacris iisdem initiati essent. Quarum rerum initia prima fuisse admodum rudia & simplicia nemo ambigit, qualia solent esse rerum penè omnium principia, quæ à rebus minimis orta tandem progressum ampliorem, & certè maiorem consequuntur. Quod nobis planum esse poterit, si eam inuentionem, quam Ægyptiis & Chaldæis acceptam tribuimus, conferamus cum ornatu, & accurata expolitione, quam huic præclaræ inuentioni Græci adiecerunt, tanta profecto cum venustate & apparatu, vt posteriores Græcorum cogitationes prioribus his, & fermè incultis Ægyptiorum signis præferre nō dubitemus. Eo enim factum esse crediderim, quod

Ayuntamiento de Madrid

etiam inuento scripturæ vsu à curiosis quibusque ingeniis, sed maximè philologis, Imperatoribus, ducibus, & aliis etiam, quibus politior quædam literarum cognitio, rerumque meliorum elegans & culta natura placuit, auctus sit & asseruatus non sine litterarum politiorum ornatu is ἱερογλυφικῶν vsus. Ad quam philologiæ partem quodam modo hoc Syntagmate declarandam (non enim mei pudoris est magnum quidpiam de me polliceri, quicquid sit, velim studiosi æqui consulant: nam aliis fortasse trado lampada, qui perficient quod hîc à me inchoatum potiùs quàm perfectum) fingamus primum nobis aliquem ordinem familiarem, vt eruditos homines, & maximè rerum antiquarum studiosos hac qualicunque; sed tamē familiari commentatione iuuemus.

Quid Symbolum & quotuplex sit huius vocis acceptio.

SYMBOLVM ita Græci definiunt: σύμβολον ἐστὶν ἐξ οὗ ἐστὶν ἡμᾶς συμβάλλειν καὶ γνῶναι; est id quo aliquid coniectamus & cognoscimus. Vocabuli huius multæ significationes occurrunt: ex quibus hæ sunt in primis. Symbolum accipi vulgare est pro signo quod epistolæ, vel vasi, aut dolio, aut ceteris eiusdē generis imprimitur, ne resignentur à quibus minimè oporteat: idque nos vulgari lingua Marquam nominamus. Deinde pro bellico signo, quam Tesseram vocant, Gallis *Mot du guet*. Tertiò idem sonat ac collatio vel pecunia, qua plures in vnum conferunt ad epulas & conuiuia celebranda: quo sensu plerique viri eruditi etiam Symbolum & Symbolam vsurpant neutro & feminino generibus, & quibusdam rationibus confirmant, Symbolam dedi, apud Terentium, non Symbolum dedi, esse legendum. Quartò, Symbolum nuptiarum annulum significat. Quintò, coniecturam seu indicium, quo prænoscimus aliquid, vel coniicimus, vel obseruatione dignum putamus, quo sensu ad res varias transferri testātur auctorum monimenta. Sextò, pro Principis numismate sumitur. Septimò, pro argumento, seu etymo, sen denique vaticinio aut nota quadam qua quidpiam occultatur, sed tamen doctis auribus intelligendum proponitur; quo sensu postremo nos Symbolum ad Emblematis naturam accommodamus, & veluti ad finem nostri huius Syntagmatis explanare conamur.

De Symbolis Ægyptiacis.

OBSERVAMVS itaque à sapientibus Ægyptiis Symbola

Ayuntamiento de Madrid

bola primùm fuisse vsurpata illa, quæ ἱερογλυφικὰ nuncupabant; quibus suam raram illam quidem & reconditam sapientiam solis iis agnitam esse volebant, qui ea se dignos præstarēt. Ab ea enim consultò & prudenter hisce ingeniosis & eruditis Symbolis, vti iam admonui, profanum vulgus arcebant: eóque modo arcana illa doctrinæ reuera primæ & arduæ, castis beneque rotundis auribus & præparatis animis excipi volebant. Insignis est apud Clementem Alexandrinum locus 5. Strom. quo loco ait, Ægyptios & Hebræos Symbolis vsos fuisse reconditis, vt sapientiæ diuinæ eos participes efficerent; qui rebus sacris initiati essent. Addit etiam nefas existimatum Platoni, eum qui minimè purus esset, ad purum quidpiam attrectandum accedere: quam ob causam sacra vaticinia ænigmatis reddita olim fuisse constat, nec vera mysteria ostendi iis solita, qui temerè & impudenter accederent, sed qui primùm purgati essent, seseque diligenter præpararent. Obseruat idem eos, qui ab Ægyptiis docerentur, primùm quidem arripuisse viam & rationem, quæ vocabatur ἐπιστολογραφικὴ, id est, ad epistolas scribendas comparata methodus: alteram, qua sacerdotes vtebantur, id est, ἱερογραμματεῖς; tertiam & postremam ἱερογλυφικὴν nominabant, id est sacram quandam sculpturam vel cælaturam: ex quibus maximè celebris fuit ea quæ συμβολικὴ dicebatur. Longior essem, si exempla Clementis vsurparem, quæ eadem penè sunt apud Orum Niliacum. Sed vnum id duntaxat. Omnes quotquot vetustis temporibus de rebus diuinis aliquid scriptis mandarunt, tam Barbari quàm Græci, rerum principia occulta esse voluerunt, & ipsum verum (τ' ἀληθὲς) ænigmatis, signis, symbolis, & allegoricis quibusdam figuris tradiderunt. Eadem fuere celebrata illa Græcorum oracula: quæ causa est cur Apollo Pythius cognomen λοξίας habuerit, eò quòd obscurè ac obliquè responderet. Cum Clemente illo polyhistore vnà coniungam Plutarchum, qui disputatione περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος idem omninò docet, interque alia ostendit hoc veterum Ægyptiorum institutum fuisse, vt ab iis legerentur reges; vel ex ordine sacerdotum, aut eorum qui militiæ nomen darent: eò quòd illi ob fortitudinem, hi verò ob sapientiam magni ac celebres haberentur. Si quis è bellicosis rex crearetur, statim se sacerdotibus eruditendum dabat, idemque sapientiæ particeps efficiebatur, eius inquam sapientiæ quæ fabulis pleraque occultabat,

Ayuntamiento de Madrid

& obscuro quodam verborum inuolucro veritatem complectebatur. Hæc eius verba: ἐνδὺς ἐγίνετο τῶν ἱερέων, καὶ μετεσχε τῆς φιλοσοφίας ἐπικεκρυμμένης τὰ πολλὰ μύθοις καὶ λήγοις, ἀμυδρὰς ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας καὶ διαφάσεις ἐχούσης. Quod certè ipsi notant, cùm Sphinges ad templorum limina locant: innuunt enim eam, quam de rebus sacris doctrinam profitentur, ea sapientia constare, quæ obscura sit, & inuolucris quibusdam lateat.

De Pythagoræ symbolis.

CERTE antiqua illa Pythagoræ symbola huius Philosophiæ vsum non minimum præbuere; quæ cùm à Tyrrheniis (apud quos fuit educatus, teste Plutarcho) aut ab Ægyptiis, vt relatum est ab Iamblicho nobili Philosopho, accepisset, ita excoluit, vt magnam suæ doctrinæ partem hisce mysteriis occlusam esse voluerit. Tradit enim idem Iamblichus, eos olim designasse per nauis gubernatorem, supremum Deū, primum motorem, & primam illam causam rerum omnium; vt ostenderent omnia Dei prouidentia curaque administrari: vt per mundi lutum, materiam aptam ad generandum, ipsumque corpus intelligi volebant. Atqui & interdum non alio symbolo Deum designabant, quàm oculo depicto, cui & baculum seu sceptrum substituebant: quandoquidem Deus vnus est, qui omnia videat, & penes quem sit præcellens & regia dignitas. Nonnulli tamen stantem baculum ad aliud referunt, nempè ad naturā diuinam ἄφθαρτον καὶ ἀκινήτου, id est, mutationi minimè obnoxiam, & quæ nunquam labefactari aut imminui vllo vnquam pacto possit. Hanc Ægyptiorum Philosophiam Chæremon complexus est, vt & Orus Apollo Niliacus: auxit Pythagoras, illustrarunt excellentes quidam Philosophi & scriptores nobiles Athenæus, Clemens & Cyrillus Alexandrini, Pausanias, Porphyrius, Plinius, Apuleius, Plutarchus: quámque nostra ætate penè intermortuam magno labore ac industria, imò verò admirabili penèque diuino ingenio excitauit, suisque perfecit numeris Pierius Valerianus, magnis illis Hieroglyphicôn Commentariis. Cuius primæ sapientiæ vsum, ne id dissimulare videar, retinuerunt multò ante Pythagoram Moses, Salomon, aliique Hebræorum sapientes: sunt & qui de Chaldæorum symbolis ex Psello commentariis, quibus magica oracula seu Chaldaica Zoroastres exequitur, nonnulla posteris reliquerunt. Sic enim ex figura plantarum, florum,

Ayuntamiento de Madrid

florum, animalium, stellarum, rerumque aliarum pleraque inuoluebant; vt minimè putem commodius sapientiæ veterum quasdam reliquias ad nostra vsque tempora transmitti potuisse. Id verò si quis velit ostensum esse aliqua exemplorum farragine, statim colliget, pro fertilitatis symbolo Papauer vsurpatum, Cupressum pro morte, Oliuam signum pacis, Laurum & Hederam ingenij semper virentis, Malum cotoneum connubij, notam iisdem habitam fuisse, vt Satyrum vel Capram libidinis, Leonem terroris, iracundiæ, dominatus: Solem anni, Lunam mensis, & cetera alia longè multa, quæ immenso labore parique doctrina idem Pierius executus est.

Vnde profectus Stemmatum vsus.

EX QVO factum esse constat, vt sapientes quique posteri inuentioni huic tam ingeniosæ multum ornamenti adiecerint suis tum libris, tum disputationibus: sic etiam permulti nobiles & generosi, viríque principes, qui bellicis olim negotiis præfecti sunt, vt etiam hodie, qui eundem dignitatis gradum obtinent, quo sui nominis atque familiæ splendorem quam latissimè propagarent, stemmata quædam & symbola sibi vsurparunt. Et certè omnibus penè gentibus in more positum fuit, vt speciale aliquod signum militare haberent, quo facilius cogi possent, & in vnum conuocari locum milites, qui vel sparsi vel fusi extra castra essent. Occurrit mihi quod Diodorus Siculus 1. βιβλιοθ. retulit, quo loco initium eiusmodi schematum videtur repetere à temporibus Osiris, his planè verbis: τὰ δ' οὖν Ὀσιριδι συνστρατεῦσαι βούλεσθαι Ἀνυβίν τε ἡρὰ Μακεδόνας, διαφέροντας ἀνδρείᾳ, ἀμφοτέρους χρήσασθαι τοῖς ἐπισημοτάτοις ὅπλοις ἀπὸ τινῶν ζώων ὧν ἀναιρεῖν τὴν περὶ αὐτὸν δυτολμίαν. Pindarus enim testis est Amphiaraum in expeditione Thebana pictum draconem in clypeo circũtuliſſe: Statius Capaneum hydræ: Polynicem Sphingis imagine, vsos in scutis fuisse. In bello Troiano Agamemnon pictum habebat in scuto Leonem vnà cum epigrammate, ἄντ' μὲν φόβον ἐστὶ βροτοῖς: Vlysses delphinem: Typhonem Hippomedon ore fumos efflantẽ: Perseus Medusæ vel Gorgonis caput. Neque enim dubium potest esse quin & ceteri nobiles suæ insignia familiæ, seu symbola quædam propria sibi vendicarint. Homerus alter 8. Æneid: id minimè sibi prætermittendum putauit, cùm Turni auxiliares copias memorat, quorum hominum arma signáque

Ayuntamiento de Madrid

diligenter & ſtudiosè perſecutus eſt. Cimbrorum & Teutonum bello illo horribili, quod in Mario Plutarchus deſcribit, id memoria dignum notat, eos populos, quanquam immanitate barbaros, ſuis in peltis, ſcutis, aliiſque id genus bellicis inſtrumentis, non modo nitorem armorum fuiſſe, ſed & depictas ferarum imagines. Nonnulli putant Marium primum Aquila pro ſchemate vſum, vt præter ceteros teſtis occurrit Val. Maxim. Primis enim imperij Romani temporibus, in expeditionibus bellicis, cùm educenda eſſet acies, aut etiam manus conſerendæ, pro ſigno, fœni manipulis vtebantur: vnde legiones manipulares primò appellatas eſſe conſtat. Sed cùm incrementum aliquod cepiſſet imperium, ſigna alia ſibi finxerunt, qualia fuere Lupi, Equi, Capri, Minotauri, pro vario Principum arbitrio, qui militibus præficiebantur. Sed vt ea demùm Aquila vſurpari cœpta eſt pro publico & perpetuo imperij Romani ſymbolo; ſic vſus inualuit, vt quæcunque legio diſtinctas inſignium notas haberet. quod poſteris ita tranſmiſſum eſt, vt eius rei memoria, quanquam longa temporum intercapedine, longoque ſpatio, & penè vetuſtatis obliuione demerſa, ſcriptorum beneficio tamen nondum intermori potuerit. Dio tradit in Pompeij Magni annulo expreſſa fuiſſe tropæa tria, vt antè idem Sylla dictator fieri ſibi curarat. Plutarchus verò ait in eo ſummi pretij lapillo, qui Pompeij fuit, quique poſt mortem eius, Cæſarem coëgit ad lacrymas, Leonis conſpicuam fuiſſe imaginem enſem tenentis. Quod genus doctrinæ reconditioris quanquam plerique ludicrum eſſe cenſeant, auſim tamen dicere id ſapientibus olim hominibus familiare habitum pro certo conſtare: quod declarant erudita & literata illa ſympoſia: quo maximè nomine Principibus digna videri debet ea exercitatio, quos ſi verè Principes agant, literatis colloquiis ſuas epulas condire par eſt: non vt inertes quidam aulici, & (quod dicebat ille) arietes in aureo vellere, qui lapillis & teſſeris, qui cubis & foliorum luſu non modò totos dies terunt, in quibus luditur quidem, ſed interea permultum otij & pecuniarum impeditur, multóque plus temporis inſumitur, quàm neceſſe eſſet, cùm in ea ſymbolorum doctrina exercenda, & liberis hominibus digna cognitione, non mediocris vtilitas capiatur, ingenium intendatur, iudicium augeatur, exerceatur memoria, mirifica oblectatio capiatur. Sed hæc miſſa faciamus. Quàm enim ſuperioribus anteactis ſeculis

Ayuntamiento de Madrid

culis hic symbolorum vsus magnis quibusdam viris attulerit, exemplis innumerabilibus testatum habemus: Quin id antiquarij & studiosi longè antè, & hoc nostro seculo diligenter obseruarunt in quibusdam priscorum temporum numismatis æreis & argenteis, tum saxis & ædificiis, longa seculorum caligine, & quasi senio ferè omninò collapsis, ex quibus illorum veterum hominum studium agnoscunt in obseruandis familiis, vel gentis alicuius stemmatis, aut effingēdis iis quę ipsi suo arbitratu conceperant, quæque vel multis, vel certè paucis, & quidem eruditis atque ingeniosis proposita esse cupiebant. Siquidem, vt è multis pauca sublegam, Alexāder Magnus Serpentis imagine vsus est, quòd se à Ioue Ammone patre sub forma serpentis esse natum credi vellet. Augustus Cæsar magnam sui animi moderationem, alienúmque ab omni temeritate iudicium, id est maturitatem in rebus gerendis ostensurus, in altera numi aurei parte, quod cudendum ea maximè causa iusserat, Papilionem vnà cum fluuiatili Canero ęlari voluit, altero quidem tarditatem, altero verò celeritatem intelligebat. Eundem & Sphingis imagine in sigillo seu sphragidio sumpsisse memorant: quo plerique coniiciunt eum designasse suam in rebus obscuris illustrandis, & conficiendis negotiis alioqui perplexis admirabilem solertiam, quod tamen signum commutauit Repub. primùm composita, & imagine Alexandri Magni postea fertur vsus, fortasse vt Monarchiam, qua se dignum putabat, intelligeret: quam vbi magna, planéque inaudita felicitate consecutus est, non alia delectatus est imagine quàm sua. Mæcenas eques Augusto familiarissimus, Ranam vsurpauit, fortasse Seriphiam, vt quibusdam placet, ad arcani fidem, quam vnicè obseruabat ille, designandam. Titus Vespasianus Augustum æmulatus, proprium sibi ac peculiare schema vel symbolum habuit, quo maturandum esse præcipiebat, Delphinum anchoræ alligatum. Narratur historiis Ecclesiasticis, & D. Hieronymi Commentariis, literam Hebraeam T A v, salutis fuisse olim signum etiam Paganis ipsis habitum, quod parietibus templi Serapidis passim visum fuit. Nullus est ex nostris, quin audierit aut legerit memorabilem illam Constantini Magni expeditionem aduersus Maxentium, qua maximè signis militaribus signum Dominicæ Crucis tùm primùm cœpit. Et certè Crux meritò pro salutis nota vsurpari cœpta est, quòd T literæ, quod fuit olim absolutionis si-

Ayuntamiento de Madrid

gnum, videatur respondere, si picturam & lineas spectes.

Quid enim vt externa illa quæ innumerabilia sunt, transiliam, vt quæ leguntur de Athenienſium Noctua, Perſarum Aquila aurea, vel Solis effigie, aut igni ſacro, Thebanorũ Sphinge, Oſiridis cane, Cyri Gallo aureo, & aliis etiam pluribus, de quibus fidem ſcriptores faciunt? Sed neſcio quo modo nos magis delectant & afficiunt domeſtica, vt eſt Natiſ illa, quam pro ſtemmate habuerunt Franci veteres, ſicuti Sidonius Appollinaris & Panegyriſtes ille Pacatus teſtantur: quod idem ſignum Pariſiorum eſſe adhuc apertè videmus: vt tria illa Repagula rubea ſeu vectes, quibus in publico ſtemmate Burgundiones vſi ſunt, vt Vrſi, quibus Heluetij: vt Leones, quibus Germani quidam duces: vt Ignitarium vnà cum ſilice, quo equites illi torquati, qui à Burgundo duce primùm inſtituti ſunt? longum enim eſſet in ſingulis immorari, & ad ea omnia explicationes adiicere. Quid, inquam, nunc memorem veterum illorum Gallorum ſtemmata & inſignia, quæ ſibi vel ingenioſi finxerunt, aut aliqua nacti ſunt occaſione, vel tanquam hereditario iure poſteri vſurparunt? Quia tamen multus eſſem, imò verò fortaſſe nimius in ea rerum veterum commemoratione, quas ſubinde fateri cogimur longa vetuſtatis obliuione nobis pœnè deletas & obliteratas: facilius videtur, meo quidem iudicio, ih iis pedem, vt ita loquar, figere, quæ non tam priſcorum hominum libris, quàm ipſo noſtrorum patrum, & quidem huius ætatis hominum exemplo, planè attinguntur. Itaque præter publicum & ſolenne imperij Germanici ſtemma, quod Carolus quintus ſuperioribus annis pro imperatorio iure habuit, ſymbolum etiam peculiare ſibi vendicauit, duas Herculis columnas, vnà cum ſymboli anima VLTERIVS: Lodoïcus XII. antequàm ad regnum euectus eſſet, aliqua ratione Hiſtricem, quem Porcum ſpicẽum vulgus appellat: Franciſcus I. felicis memoriæ Princeps, tria lilia, quibus alij Reges regio nomine fuerunt vſi ad hæc noſtra vſque tempora, & Salamandram aliqua cauſa propriam ſibi fecit: Henricus II. eius filius, creſcentem Lunam, vnà cum hemiſtichio, DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM: Margaris Nauarræa Regina, magni Franciſci ſoror, heroïna verè illuſtris, Heliotropium non ſine cauſa ſibi legit: Carolus IX. duas columnas in ſe complicatas vnà cum, PIETATE ET IVSTITIA, deſcripto epigrammate: Catharina Mediçea,

Ayuntamiento de Madrid

dicea, Regum mater, Iridem seu cœlestem arcum, adiecto symboli argumento, φῶς φερόνδε γαλήνην: Annas Mommorancius, militum magister, nudum Ensem, vnà cum verbo ΑΝΑΑΝΟΣ: Mareschallus Santandreus nodum Gordium: Plerique idem tribuunt Regi Catholico, vt Iouius ipse: Cardinalis Borbonius, pastoriciæ dignitatis notam, Ensem seu gladium flammeum habuit; quo verbi diuini vim intelligi aiunt: Carolus Lotharenus Cardinalis Hederam altæ pyramidi hærentem, vnà cum versiculi parte altera TE STANTE VIREBO: Franciscus Turnonius Cardinalis cæleste Manna: Christophorus Madrucius Cardinalis Tridentinus, Phœnicem se in igne comburentem, vnà cum sententia, PERIT VT VIVAT: Ferrariensis denique Cardinalis Hesperidum mala ab insomni non custodita dracone, quo virtutes significari constat. Alphonsus Arragonum rex libro aperto, ad libertatem designandam, vti maluit. Franciscus Sforcia cùm ducatum Mediolanensem obtineret, Cæli sibi symbolum pingi fingíque curauit, vnà cum epigrammate; NEMO QVIETVM IMPVNE LACESSET. Duo inter cætera Principũ Italorum symbola, eruditis hominibus placuerunt, nempe vnum Laurentis illius Medicei, & alterum Prosperi Columnæ: Ille quidem tres plumas habuit colore triplici distinctas, albo, viridi, rubeo, vnà cum SEMPER adiecto vocabulo, quod eruditi homines ad virtutem triplicem, Fidem, Spem, Charitatem, retulerunt. Hic verò Columna, quo tempore Rauennati Reipub. præfectus, vrbem obsessam defendebat, duplicem ramum complicatum pro symbolo circumtulit, alterum è Cupresso, è Palma verò alterum, vnà cum sententia adiecta ab eloquenti homine Antonio à Casanoua, ERIT ALTERA MERCES. Illum quidem ramum, mortis; victoriæ hunc esse notam volebat: vt significaret in ea expeditione sibi certissimum esse mori, vel vincere. Quibus profectò notis & signis illustribus magni illi heroës ac Principes excellentem aliquam suorum animorum cogitationem obscurè ostendi voluerunt.

De qua quidem philologiæ parte, ne cogar singula percensere, cùm quosdam viros excellenti doctrina, & antiquitatis vel maximè studiosos aliquando disputare audiebam, memini vltrò citróque habitos ea de re sermones eruditos, ex quibus tamen ad extremum, vt vno dicam verbo, nihil ferè præter coniectanea mihi comparaui. Nam vt prisca illa

Ayuntamiento de Madrid

& externa præteream, quidam auctores sunt non omninò mali, à quibus accepimus priorum Galliæ Regum, qui à Pharamũdo profecti sunt, insignia fuisse tres Bufones aut Rubetas: nonnulli tres Coronas malunt: alij Leonem qui Aquilam ad caudam habeat. In quo illi boni scriptores temerè interdum & sine iudicio caligant: quippè qui quod Regum quorundam peculiare symbolum fuerit, ad alios etiam tãquam commune omnium referant. Videri autem certius potest, tribus Liliis primum Clodoueum fuisse vsum, cùm primùm suadente Clotilde vxore lectissima, religioni Christianæ nomẽ dedit: quod liliorum trium stemma posteri etiam Reges ad nostra vsque tempora retinuerunt.

Polydorus Virgilius in Anglica historia, quo loco vitam Gulielmi Nothi persequitur, auctor est Reges Anglos ad eam vsque regis illius ætatem certas insignium notas minimè habuisse: sed pro regum varia successione, etiam signa illa fuisse varia. In quibus omnibus primò excogitãdis, effingendis, exornandis, aliqua ratione pingendis vel sculpendis, non video quid veri certúque statui certò possit, nisi dicamus pro animorum & opinionum varietate miram semper peneque incredibilem symbolorum eiusmodi varietatem extitisse. Esset quidem imperiti hominis, parumque in rerum veterum historia exercitati, qui auderet affirmare nullam subesse sententiam in ea ingeniosa inuentione stemmatum, schematum, insignium & symbolorum, quæ veteres ipsi non tam studiosè affectassent, nisi suæ doctrinæ solertioris, suæ laudis & gloriæ, suarúmque cogitationum aliquam non minimam partem aliis notam esse voluissent.

Symbolorum tria genera.

Ceterum ne hoc quidem prætermissum velim symbola & Emblemata, de quibus hoc agitur libro, multiplicia esse & varia: quorum tamen rationem multiplicem ad quosdam quasi cancellos reuocare possumus. Quædam enim historica sunt, alia physica, alia ethica, & certè allegorica, quibus aliquid petitum à fabulis aut rerum natura, ingeniosè ad mores vt plurimùm traducitur. Historica sunt ea, quæ ducuntur ex historiis, vt Leænæ statua ærea in acropoli Athenienſi posita, de qua 13. Emblem. Triumphus M. Antonij triumuiri de M. Tullio interfecto. 29. Emblem. Hunni Scythici descriptio. 37. &c. Physica verò, vt Bacchi & Palladis simulacris eadem ara erectis. 23. vt de Ciconiæ ἀντιπελαργίας

Ayuntamiento de Madrid

λαγίας, 30. quæ tamen ad mores omnia mihi reduci posse facilè videntur, quia ex iis omnibus, quanquam non semper ita perspicuè, moralis sententia eliciatur.

Differre inter se schemata, imagines, seu insignia, symbola.

QVOD cùm fortasse pluribus ostendo, nolo mihi quispiam succenseat, vt qui nullum planè discrimen constituam inter schemata illa seu insignia vel arma, quæ vocantur gentilitia, imagines, & peculiaria hominum vel publica nationum aut ciuitatum symbola. Scio equidem vt primò de schematis, id facilè vel tacente me intelligi ab iis qui omninò non sunt obtusi: nullum stemma esse puto, quod symbolo & nota non constet: sed tamen non omnia symbola stemmata esse possunt. Alterum enim, nempè symbolum, latiùs: strictiùs verò & specialius alterum accipi compertissimum est.

Alia verò imaginum ratio, quamquam ad eundem fortassè finem olim Romani sumpsisse videantur imagines, vt posteri, & hodie Nobiles sua illa stemmata. Ij certè nobiles erant, qui sui generis imagines poterant ostendere, teste M. Tullio; quæ causa fuit, vt sæpè imagines pro nobilitate vsurpari familiare sit auctoribus. Eas Romæ patricij in primis sibi tribuerunt, & qui soli maiores magistratus, nempè Ædilitatem maiorem, Præturam, Censuram, Consulatum obtinebant. Quæ imagines quales fuerint, libr. 6. Polybius me docuit, Plinius 35. vt etiam M. Tullius permultis locis. Erant enim simulacra quædam oris similitudinem artificiosè fictam, coloribus & pigmentis adumbratam referentia, quas in insigniore domus parte positas armaria lignea includebant. Eas autè imagines diebus festis exornabant apertis armariis: cúmque aliquis è propinquis aut affinibus mortuus elatus esset, in funere circũ ferebantur, addito, vt magnitudine quam simillimi apparerent, reliquo corporis trunco. Eas demum cereas fuisse me locus admonet Plinianus, quam citaui proximè: vt indè appareat maiorum imagines posteris etiam temporibus nominatas: sed non ita tamen vsurpatas. Nam insignia Nobilium imagines habent illas quidem, sed non humani vultus, vt fuere olim Romanorum. Pro quibus certè imaginibus posteriora secula cœperunt habere sua illa, quæ vulgò Arma vocitantur, id est insignia gentilitia: quæ vt ad honorem & gloriam veteribus vsurpata sunt, sic certè vti credibile est, fuere postea virtutis

præmia

Ayuntamiento de Madrid

præmia,& rerum præclarè gestarum aperta testimonia.

Quæ spectentur in symbolis.

AD extremum itaque quid ad conficienda symbola in primis obseruandum sit,adiiciam, vt tandem (eorum gratia maximè, qui hanc liberalem & ingeniosam cognitionem colunt) formulam quandam apponam symbolorum conficiendorum, expeditam illam quidem & facilem iuxta Iouij doctrinam, qui non modò notas heroïcas Principibus multis excogitauit, sed & artem quandam apertam & compendiariam admodum inchoauit potiùs quàm perfecit.

Symbolorum id proprium & peculiare est, vt gyris quibusdam & Mæandris, nempè obscuris sententiarum inuolucris obtegantur. Si enim tam aperta & popularis esset inuentio,nihil doctrinæ aut gratiæ in iis esse videretur, quod symbolis Ægyptiorum, Chaldæorum, Pythagoreorum, Græcorum, & aliorum,vt iam antè quadam ex parte demonstratum est.

Deinde, in eo vel maximè sita est Symbolorum ratio, vt cum grauitate breuitatéque quadam plurimum sententiæ contineant:quod obseruandum notat auctor grauis & acutus Demetrius Phalereus.

Id præterea obseruatur vt plurimùm, vt symbolum habeat aliquam cum adagio seu parœmia similitudinem. Et quidem sæpenumerò fit, vt symbolorum & adagiorum eadem natura esse appareat, quanquam inter se ratione quadam differant. Quod Plutarchus diligenter obseruauit in quibusdam: & præter eum Apuleius, qui etiam exemplum apponit, vt cùm olim diceretur, Ex quocunque ligno Mercurium non fieri, significabant omnia & quæuis ingenia minimè ad doctrinam capessendam idonea; neque cuiusque animum ita esse à natura informatum, vt ingenij cultum tam commodè capere possit.

Quæ tamen fortasse magis attinent ad ea symbola, quæ oratione viuáque voce vsurpatur, non ea quæ παράσημα & ἄφωνα σύμβολα nominantur. Certè inter vtraque magna potest intercedere similitudo, vt nusquam esse non possit inter res & verba non minima cognatio:aut si magis placeat,vt ænigmata, sic symbola sunt alia in verbis,in sententiis alia;quædam etiam in vtroque,imò interdum literis atque syllabis. Quod pluribus illustrarem, si putarem id studiosos aliquo tandem modo remorari.

Ari

Ars quædam inueniendorum & excogitandorum symbolorum.

Ei itaque, qui symbolum aliquod vel schema commodè volet effingere, spectanda hæc primùm proponuntur, vt iusta sit animi & corporis analogia (per animum, sententiam vno, altero, vel certè paucis comprehensum verbis intelligo: nomine corporis, symbolum ipsum designari placet.) Deinde, ne ita tenebricosum sit & obscurum, vt Delio natatore opus habeat. Tertiò, vt facilè conspici & diiudicari possit, si fortè aliquid interiectum habeat: vt interdum sunt sidera, stellæ, luna, sol, ignis, vnda, nubes, siluæ, rupes, speluncæ, & alia innumerabilia. Quartò, ne qua humana forma, nisi admodum rarò, depingatur. Postremò, adhibeatur interdum anima illa symboli lingua quadam nobili minimèque vulgari, vt id παρὰ κοσμον καὶ ἄγαλμα, ingeniosaque inuentio, quæ cogitationem requirat, & eam quidem eruditam, multò plus dignitatis habeat & grauitatis. Id autem fieri ab eruditis, vel iis qui à liberali & polita literarum cognitione auersum animum non habeant, Græcè aut Latinè commodè solet: aut denique, si magis placeat extera quadam lingua, idque sententia breui, arguta, graui, vel adagio, aut etiam hemistichio, integro versu nonnunquam, qui vel recens natus, vel aliundè petitus sit, dummodò argutiarum aliquid & salis contineat. De symbolis, schematis, & stemmatum ratione iam satis: nunc tandem de Emblemate quædam commentemur.

De Emblemate.

Plerique sunt non satis acuti, qui Emblema cum Symbolo, cum Ænigmate, cum Sententia, cum Adagio temerè & imperitè confundunt. Fatemur Emblematis quidem vim in symbolo sitam esse: sed differunt, inquam, vt Homo & Animal: alterum enim hîc maximè generaliùs accipi, specialiùs verò alterum norunt omnes qui aliquid iudicij habeant. Emblema ænigma non est, quanquam interdum cum ænigmate aliquam similitudinem habeat: Ratio enim quædã est apertior in Emblemate, propter notas quæ apertæ & perspicuæ sunt: Ænigma verò in verbis ambiguum est & obscurum, vt etiam viros alioqui solertes & ingeniosos interdum longua mora teneat. At Symbolorum & Emblematum, de quibus maximè

Ayuntamiento de Madrid

ximè hîc agimus, ratio debet esse clarior & apertior: vt quemadmodum ab iis imperiti arcentur, sic docti homines aliquid habeant in quo ingenium exerceant. Neque Emblema est γνώμη seu sententia, quanquam sæpè Emblemata sententias in se contineant: nisi fortasse qua ratione Emblema sumitur μιτωνυμικῶς pro epigrammate seu explicatione Emblematis. γνώμη enim verbis exprimitur: & nisi fallor, aliter γνώμη esse minimè potest, nisi pro eo vsurpetur, quod ἐνθύμημα diceremus. Emblema enim sæpenumerò est ἄφωνον nec semper necesse est in Emblemate esse adiectum epigramma. Denique, vt vno verbo, Sententia & Emblema videntur mihi differre vt verba & res, seu signa quædam rerum, & res signatæ. Denique non est adagium vel paroemia: quia Emblema est aliquid ingeniosè ab ingeniosis excogitatum, vt ita dicam: adagium verò sermo sit in ore omnium versans. In quo aduertendum an ij acutè viderint, & non potius aberrarint, qui quascunque sententias, adagia, similia, apophthegmata, historias ad Emblemata posse reuocari censuerunt, quasi ex re quauis Emblema cudi & confici deberet.

Superest itaque Emblematis nomen explicemus, si priùs Alciati verba ex Commentario in tit. De rer. & verborum signific. apposuerimus. Verba significant, inquit, res significantur: tametsi & res quandoque significent, vt Hieroglyphica apud Orum & Chæmeronem, cuius argumenti & nos carmine libellum composuimus, cui titulus est Emblemata. Hæc ille.

Emblema quid, vnde dicatur, & quomodo id nomen propriè, quomodo figuratè accipiatur.

DICITVR Emblema, quicquid interseritur ornatus causa, non modò parietibus & pauimentis, sed & rebus aliis permultis, vt vasis, pateris, vestibus: cuiusmodi sunt clauiculi, aut imagines aureæ vel argenteæ, vniones & gemmæ, ceteráque generis eiusdem. ζωστὴν vel διάδλημα dicitur Eustatio, nempè ornamentum exemptile quod innoxiè demi potest vasis aureis vel argenteis, idémque reponi. Id enim nominis deductum esse constat παρὰ τῶν ἐμβάλλεσθαι, aut ἐπιβάλεσθαι, quod est inserere, interponere, vel iniicere. Antiquitùs enim lapillis quibusdam quadratis & minutè sectis politísque, in quibus icones quædam intertextæ essent, ædes magnatum & Principum regiæ vt plurimùm ornabantur, vt colligere est ex Pausania, Plutarcho, Apuleio, Philostrato, & aliis plerisque: cuius etiam rei vsum aliquem videmus in quibusdam templis, tum ædibus publicis

& pri

Ayuntamiento de Madrid

& priuatis, vt noſtra hæc ætas antiquitatis æmula pridem eſſe cœpit. Itaque μεταφορικῶς hic Emblemata vocantur carmina, quibus imagines, agalmata, pegmata, & id genus alia ſcitè adinuenta, variè & eruditè explicantur. Sed & oratio variis verborum rerúmque pigmentis & lenociniis Rhetoricæ artis elaborata Emblematis referta dici figuratè poteſt. Notum enim illud M. Tullij ex Lucilio;

Quàm lepidè lexeis compoſita vt teſſerulæ omnes
Arte, pauimento atque Emblemate vermiculato.

Verba ſunt Lucilij Poëtæ Comici, apud quem Scæuola exagitabat Albutium, qui nimis eſſet in ornatu & ſtructura verborum: in quo non vitabat affectatum dicendi genus doctis auribus odioſum. Non poſſum ſubticere à M. Tullio Verrem reprehendi acerrimè, quòd Emblematum vim, quæ eſſet in Siculorum vaſis, abſtuliſſet: quódque Suetonius ait Tiberium reprehendi acerrimè, quòd Emblematum vim, quæ eſſet in Siculorum vaſis, abſtuliſſet: quódque Suetonius ait Tiberium elegantiæ verborum ſtudioſiorem, emblematis vocem aſpernatum in quodam patrum decreto: commutandum enim verbum cenſuiſſe, & pro peregrino Romanum conquirendum.

Ceterùm plerique vel ſuſpicari vel obiicere poterunt hîc ab Alciato Emblemata impropriè dici: cùm ea carmina videantur potiùs expoſitiones eſſe & explicationes Emblematum, id eſt eorum ſymbolorum vel ſimulacrorum, quæ ab antiquis petita hic magna parte repræſentat, & horum rationem tradit. Sed dicimus adiuncta non temerè aliquando ſubiectorum habere rationem metonymicãs, & ſententiam vel epigramma dici poſſe, quod Emblema in ſe complectatur.

GLA

Ayuntamiento de Madrid

CLARISS. VIRI ANDR. ALCIATI IN LIBRVM EMBLEmatum Præfatio, ad Chonradum Peutingerum Augustanum.

DVM pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes charta picta viros,
Hæc nos festiuis Emblemata cudimus horis,
Artificum illustri signáque facta manu:
Vestibus vt torulos, petasis vt figere parmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.
At tibi supremus pretiosa nomisma Cæsar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo vati chartacea munera vati,
Quæ, Chonrade, mei pignus amoris habe.

Ad Chonradum.] De Chonrado illo Peutingero, cui hoc opusculum dicatum constat, tantùm ea dicam & huc referam, quæ scriptorum nostri temporis lectione consequi potui. Andræas Cratander in Epistola quadam, quam editioni omnium Ciceronis operum præfixit, hæc habet: Chonradus Peutingerus, eximium illud Augustanorum Vindelicorum decus & specimen, qui cum incomparabili auctoritate, quam in gnauiter sustinendis molibus Reipubl. magna nominis celebritate adeptus est, egregiam humanorum studiorum peritiam coniunxit. Pro quibus quo animo depugnet, vel inde satis apparet, quòd mihi aliquot Ciceronianarum orationum reliquias, & venerandæ vetustatis exemplaria transmisit, tanquam auxiliatrices copias, &c. Hæc quidem ille. Sed expressius Henricus Pantaleon Prosopographiæ parte 3. eiusdem Chonradi vitam, laudésque perstrinxit. Sic autem: Chonradus ille, Augustæ Vindelicorum ex honesta familia natus, & in omni genere virtutum ibidem educatus est. Is cùm felici ingenio esset præditus, à teneris annis literis incubuit, & in primis legum lectioni diligentem operam impendit. Hinc

Chonradus Peutinger.

factum,

Ayuntamiento de Madrid

factum, vt iuris doctor omnium acclamatione creatus fuerit. Accedebant multæ heroicæ virtutes,& rerum agendarum dexteritas. Itaque patriæ vtilis ciuis & singulare ornamentum extitit,atq; à Maximiliano Cæsare inter suos consiliarios cooptatus fuit. Quinetiam hunc Erasmus Roterod. plurimum ob eruditionem dilexit,& inter summos amicos habuit. Scripsit is anno 1506. Sermones conuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus referuntur: præterea de gētium quarundam emigratione Epitomen, quæ Procopio,& aliis historicis in editione adiecta. Erat enim Chonradus rerum antiquarum singularis æstimator, qui eiusmodi indagare, & posteris proponere magna delectatione erat solitus: tandem ætate confectus obiit, & apud suos honorificè sepultus est. Hactenus Pantaleon, quæ omnia pænè mihi videntur sumpta ex 18. Epist. Erasmi.

Dum pueros.] Dissimilitudine suum negotium cum aliorum otio conferens, tria lusorum genera ponit, ex adiuncto tempore quo hoc opusculum scripserit. Pueri nucibus delectantur: hinćque vulgò trita prouerbia, Relinquere nuces; &, Ad nuces redire. Adolescentes & iuniores tessera delectantur, quod est aleatorum. Segnes autem, quíque corporis motum refugiunt, chartulis pictis oblectantur.

Iuglans.] Nux.

Tessera.] Dicitur tessera, quicquid ex omni parte quadratū est. Gel. lib. 1. c. 20. & Cæl. Rhodig. lib. 20. c. 14. & 27. Cubus à Græcis dicitur: estq; corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierum per quadratum. Is cùm est iactus, quam in partem incubuit, immotam habet stabilitatem, vt sunt etiam tesseræ, quas in alueum ludentes iaciunt. Budæus 5. De asse.

Emblemata cudimus.] A fabris aurificibus, vel aliis sculptoribus ἀλλαγορίαν.

Festiuis horis.] Diebus genialibus, quibus animum remittebā à seuerioribus studiis. vel, festiuis horis. l. subciuo tempore. Sic enim Mar. Tullius, cùm dies aliqui dabantur ad rusticandum, vt etiamnum dantur iustitiorum dies nostris Senatorib. ad eorum numerum accommodabat quæ scribebat, testis est ipse 1. de Legibus.

Artificum illustri.] Hic versiculus descriptionem continet τῶν ἐμβλημάτων, qua de re iam satis, sed hic aduerte materialem causam.

Vestibus vt torulos.] Finalis causa, & vsus Emblematum. Torulos

Ayuntamiento de Madrid

autem appellat eminẽtias quaſdam in veſtibus,corollis, & aliis ſimilibus. Cicero in Oratore perfecto, de mediocri genere dicendi loquens,Addit,inquit, aliquos vt in corona toros, omnémque orationem ornamentis modicis verborum ſententiarúmque diſtinguit. Sunt itaque toruli, ornamenta ex auro vel argento,quæ petaſis.i.pileis, aut penulis veſtibúſque adiici ſolent. Palam eſt illud ex Amphitruone Plauti: Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo.

Petaſis.]pileis,galeris,&c.Petaſum, Arcadicum pileum ſignificatione primaria eſſe,didici ex Heſychio.πέτασος τὸ τῶν ἱππέων φέρυμα,ſic enim legendum in Heſychio,non φρένυμα, vt in vulgatis.Suetonius ait, Auguſtum non niſi petaſatum, hoc eſt velato capite ſub dio ſpatiari ſolitum.Certè & Poëtæ & petaſatum Mercurium faciunt.Id nominis à πετάννυμι,pandere, vel extendere deflectitur: quod pilei genus galero non abſimile volunt.Prudentius 2.in Symmachum:

Nec petaſo inſignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſeruare ſuas de clade palæſtras.

Parmas.]Parma,ſcutum breue peditum, pelta etiam dicta à Plinio.Nonius in dictionibus Parma,& Veles.Martialis:

Hæc quæ ſæpè ſolet vinci,quæ vincere raro,
Parma tibi ſcutum pumilionis erat.

Varro De lingua Latina,& Alexander ab Alex.6.c.22.

Tacitis notis.] Sic ſe habent Ægyptiorum Hieroglyphica, vt etiamnum hodie ſymbola ea,quæ armis,ſcutis,ſignis militaribus,& cæteris id genus apponi ſolent. De quibus lepidum & eruditum ſcripſit Dialogum Paulus Iouius, nos in noſtro syntagmate quædam adduximus.

At tibi ſupremus.]Optatio ex diſſimilibus. Idem ferè diſſimilium locus eſt apud Horat.Ode 8.lib.4.Carmin.

Donarem pateras gratáque commodus,
Cenſorine,meis æra ſodalibus:
Donarem tripodas,præmia fortium
Gratorum:neque tu peſſima munerum
Ferres,diuite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit,aut Scopas.
Sed non hæc mihi vis:non tibi talium
Res eſt,aut animus deliciarum egens
Gaudes carminibus:carmina poſſumus
Donare, &c.

Huius autem diſſimilitudinis hæc mihi videtur germana ſenten

ſententia:Poſſum ego tibi,Chonrade, Emblematum quorundam ſiluam & cumulum ex veterum auctorum bibliothecis aggregare:at magnus Imperator (cui ſis à conſiliis) poteſt tibi commodè & munificè ſuppeditare veterum artificum manupretia,ſtatuas, imagines ingeniosè pictas, ſolerter expreſſas, ſculptas,efformatas:ipſiſſimas inquam imagines, non picturam quandam nudam aut deſcriptionem, qualis mea hæc eſt chartacea.

Supremus Cæſar.] Maximilianus Imperator, cuius conſiliarium fuiſſe Peutingerum paulò antè meminimus ex Eraſmo.

Ipſe dabo.] Τὸ πρέπον in libro Poëtico Poëtæ conſecrato.Non enim modò videndum quid, ſed & cui des,Seneca De beneficiis:Vide ne mittas munera ſuperuacanea,vt fœminæ arma, ruſtico libros,& ſtudioſo retia.Id enim eſt ac ſi cani des paleas,& oſſa aſino.Sic Martialis 14.lib.ſed non eodem tamen ſenſu:

Non ſunt munera quæ putas puella,
Cùm donat vacuas poëta chartas.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

AD ILLVSTRISS. MAXIMIL. DVCEM MEDIOLAN. SVPER insigni Ducatus Mediolanensis.

Emblema I.

Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,
Est gentilitijs nobile stemma tuis.
Talia Pellæum gessisse nomismata regem
Vidimus, his suum concelebrasse genus:
Dum se Ammone satum, matrem anguis imagine lusam,
Diuini & soboles seminis esse docet:
Ore exit, traduntque sic quosdam enitier angues.
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

Proponit schema gentilitium siue insigne Ducatus Mediolanensis, in quo serpens cæruleus in aureo æquore infantem,

Ayuntamiento de Madrid

tem, vel anniculum puerum rubore tinctum euomens, conspicitur. Cuius quidem schematis rationem adferam, si priùs huc transtulero, quod idem noster auctor ea de re scripsit cap. 43. De singulari certamine, vt Alciatus ipse Alciatum enarret hac in parte. Sic enim ille: Celebre est in Annalibus Othonis Vicecomitis cum quodam Sarraceno in Asia certamen, quem ille manu captum confossumque galeæ ornamento priuauit, idque gentilitiis insignibus suis addidit, hoc est, vipera vix natum, & adhuc manantem sanguine infantem ore euomens: nimirum ab Alexandro Magno acceptum Emblema. Siquidem in eius antiquis nomismatis idem sigillum reperire est, quo Ioue se natum rex ille per ambages ostendebat. Etenim serpentis forma pluribus Græciæ locis Iupiter colebatur. Súntque in Asia genera serpentum, quos ore parere hominum opinione receptum est. Hactenus ille celebratur itaque stemma eiusmodi à diuina & antiqua origine, perennique nobilitate, è sano Sapientiæ capite, promanante. Sed instituenti mihi commentaria integra, quoad eius maximè fieri potest, occurrit præter alia, quæ de hoc stemmate Ducum Mediolanensium retulit Franciscus Petrarcha, Rerum memorabilium libro 4. ad finem: cuius hæc pœnè verba sunt: Azo Vicecomes, qui deinde Mediolani Principatum obtinuit, magni animi iuuenis, patris iussu cum copiis transmisit Apenninum. In ea expeditione cùm fortè descendens equo requiescit, ingens vipera, nullo aduertente comite, in galeam Principis iuxtà positam irrepsit: quam cùm mox capiti reponeret, famoso quidem & horrifico, sed prorsus innocuo lapsu, per genas Ducis interriti fluxit. Eam à nemine lædi passus adolescens ille animosus, ad omen geminæ victoriæ traxit, hincque factum tandem, vt ipse pro signo bellico vipera vteretur. Et hæc quidem Petrarcha, magni nominis raræque eruditionis auctor: quam narrationem, cùm adolescens Bononiæ studiis operam daret, se sæpe audiuisse scribit. Idem pænè Gabriel Simeon Italus retulit, eo Compendio, quod lingua patria edidit de Ducibus Mediolanensibus; cuius tamen verba huc conferre minimè attinet. Paulus autem Iouius, nostra patrumque memoria historiæ scriptor insignis, cum Alciato conuenit, eo nempè libro, quo Mediolanens. Principum Vicecomitum vitam est complexus. Ait enim Othonem (sacro in bello contra Turcas & Sarracenos, Bulionio Godofredo duce) insigni pietate & magnitudine

Alciati locus.

Franc. Petrarcha.

Gabriel Simeon.

Paul. Iouius.

Ayuntamiento de Madrid

animi virum, nihil territum Volucis Sarraceni ferocitate, qui medio in campo ad singulare certamen fortissimum quemque ex acie Christiana prouocabat, cum eo fuisse congressum, tandémque eum non minore fortitudine quàm felicitate deuicisse: déque confossi hostis galea opimum plenúmque immortali gloria spolium retulisse, auritam scilicet, viperam inexplicatis spiris minaciter à cono cassidis erectam, & puerum passis manibus deuorantem, quod vnum auspicatæ virtutis argumentum, non modò gentilitiæ laudis gestamen fuit, sed & posteris id insigne audacter vsurpantibus, & imperia, & opes, & latè gloriam portendit. Fuere qui existiment Volucem ex stirpe Alexandri Magni progenitum, tulisse pro insigni viperam, ex Olympiadis fabula, puerum parturientem, quod ea à draconе se compressam fuisse, Iouis imagine, prædicaret. Sic Iouius. Ceterum id stemma nobile & antiquum videtur. Si quis enim veterum Ægyptiorum notas, quas Hieroglyphicón nomine appellabant, obseruari ex Oro maxime Niliaco, facilè discet eos imagine serpentis, Imperatorem regémque designasse. Quid enim dominium orbis, quid prouinciæ Principem, quid regem optimũ & tutelarem siue custodem, quid heroem, quid nominis & famæ amplitudinem figura serpentis exprimebant, nisi quòd spectato huius animalis admirabili genio, conditionem & dignitatem Principum eo schemate ingenioso eruditis hominum oculis proponi volebant? Iactatum enim fuit olim Græca libertate in potentiores, qui populi dispendio suas opes adaugerent Anguem, nisi anguem deglutierit, draconem non fieri. Sed & proditum memoriæ est, serpentes olim adiunctos leonibus, qui Opis Deæ simulacris apponi erant soliti, quo significabant orbis Principatum. Anguis enim circularis orbem, Leo verò fortitudinem virésque repræsentabat. Quòd autem serpens ita sæpe depictus conspiceretur, qui sibi caudam mordicus ore retineret, pauci sunt qui explicuerint. Ea verò mihi perplacet eruditorum quorundam hominum coniectura, qui aiunt eo intellectum, & quasi ob oculos positum fuisse Regem eum, qui finem sibi actionum omnium & consiliorum prudenter & accuratè proponeret, cuique vltima, imò verò minima etiam curæ essent. Eo enim nomine Augustus, Antoninus Pius, Traianus, Hadrianus, Pertinax, Seuerus Alexander ad cælum euecti sunt: contrà malè cessit Heliogabalo, Caracallæ, Commodo,

Quid per serpentem Ægyptij de signabant.

Quid per serpentem qui caudam mordicus teneat.

Ayuntamiento de Madrid

modo, Domitiano & aliis permultis Reipub. Romanæ pestibus, quòd simul atque ad summum illum Principatum conscenderunt, abiecta cura publica, sibi tantùm seruire, suasque persequi cupiditates, quo iure, qua iniuria, voluerunt. Ceterum Anguis imagine, Rex custos & tutelaris indicabatur: nam in bonorum Principum monumentis, populus suum in Regem studium (cuius beneficentiam grato animo agnoscebat) non alio modo posteris commendabant, quàm serpente vigili, surrecto vertice, & elato pectore, quod Homericum illud declarat, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα: Non decet virum consultorem, qualis Princeps esse debet, tota nocte dormire. Apud Horatium eo quidem sensu, serpens Epidaurius appellatur, vt apud Græcos ὄφις ἐγρηγορώς, ad vigilantiam designandam. Denique tam fuit insigne & celebre id Hieroglyphicum serpentis, vt non temerè Imperator clarissimus Epaminondas vsurparit extremo ad Mantineam confecto bello: cuius memores posteri columnam erexerunt, appenso clypeo, in quo sculptus draco esset. Eius monumenti rationem affert Pausanias, quia is Imperator laudatissimus ex Spartiatarum genere, quod Thebis antiquissimum fuit, ortum duxisse putabatur, quorum id gentilitium insigne esset, vt qui ab anguineis illis dentibus à Cadmo telluri mandatis essent oriundi. Nondum mihi tempero, quin alia quædam ad huius magnifici stemmatis arcanum illustrandum adiiciam. In ostentis enim & præsagiis, Angue summa nominis dignitas & amplitudo portendebatur, non modò iis, qui ad regij dominatus, aut etiam regni fastigium expectabantur, sed & iis, qui arte quadam vel ingenio celebritatem quandam sibi compararunt. Vt enim retulit I. De diuinatione M. Tullius: Cùm Roscius in cunabulis esset, educaretúrque in Selonio, qui est campus agri Lanuuini, noctu lumine appositò experrecta nuttrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu, quo aspectu exterrita clamorem sustulit. Pater autem Roscij ad aruspices retulit: qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & Archias expressit versibus. hæc Cicero. Spartianus auctor est, Seuero imperium præmonstratum: ei enim in stabulo dormienti serpens caput cinxit, & sine noxa expergefactis atque acclamantibus familiaribus, abiit. Ferunt & Anguem portendisse imperium Aureliano, quamquam ille me-

Serpens Epidaurius.

Anguis quid significabat.

Roscius.

Seuerus Imp.

Ayuntamiento de Madrid

Aurelia. Imp.

diocrium fortunarum & parentum esset. Nam cùm eius pueri peluim serpens cinxisset, neque vnquam potuisset interfici, postremò mater eius anguem occidi noluit. Mulier hæc templi Solis sacerdos erat, diuinationum minimè ignara, quippè quæ familiarem hunc serpentem, tanquam genium agnosceret. Tyberius Cæsar serpentem draconem in deliciis habuit, eique sua manu cibum ministrauit: quem cùm is corrosum à formicis obseruasset, monitus est cauendam esse sibi vim multitudinis: formicis enim populum significari. Maximi Iunioris, qui à patre regni particeps factus est, dormienti caput serpens circundedit, futuræ dignitatis præsagium. Idem pænè, quod de Alexandro Magno, refertur de Pomponia Africani Scipionis matre, & Actia matre Augusti Octauij, quæ in templo Apollinis somniauit se cum Dracone congressam, indéque factum, vt macula picti Draconis in corpore constanter hæreret, quæ nunquam postea eximi potuit. Sed hæc satis.

Tyberius Cæsar.

Maximinus Iunior.

Augusti mater.

Sinuosi è faucibus angius.] Fauces sunt gulæ partes interiores. Plinius: Summũ gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. Sinuosus autem epitheton serpenti conueniens: sinuosum enim dicimus à longo sinu, & μυταφορικῶς apud eundem nostrum auctorem postea, sinuosi in faucibus antri.

Fauces. Sinuosus anguis.

Stemma.] Nobiliores erant, qui sui generis imagines & stemmata proferre poterant. Budæus Annotat. in Pandectas. Vsurpatur plerunque pro corona: deductum enim est id nominis à στέφω, vt illud Homericum,

στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Alciat. refert 2. Parerg. c. 30. Lege 6. Miscellan. P. Nannij.

Stemma.

Gentilitia.] Pro imaginibus posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ arma vel armaria vulgò dicuntur: quæ ipsa quoque primùm, vt simile est veri, virtutis fuere præmia: rerum præclarè gestarum decora. Budæus.

Gentilitia stemmata.

Pellæum regem] πελλαιογενῆ pro Alexandro, vt apud Iuuenal. 10. Sat.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Ausonius Paulino:

Ocyus illa iugi fatalis soluere lora
Pellæum potuisse deum reor.

Sic autem dictus à Pella vrbe Macedoniæ. Pompon. Mela lib. 2. quam etiam Plin. Alexandri patriam appellat. 35. lib.

Pellæus Alexander.

Suum genus.] Iustinus lib. 12. ait Alexandrum, virum supra humanam potentiam magnitudine animi fuisse præditum.

Præclarus Alexandri ortus.

Qua

Qua nocte cum mater Olympias concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari, nec Dei decepta somnio. Nam profectò maius humana mortalitate opus vtero tulit, quàm cùm Æacidarum gens ab vltima sæculorum memoria, & regnum patris, fratris, mariti, & deinceps maiorum omnium illustrauerit: nullius tamen nomine quàm filij clarior fuit. Plutarchus auctor est, quòd cùm Ammonis sacerdos Alexandrum salutaturus, linguæ vitio præpeditus, pro παῖδιον, filiole, dixisset παῖ Διός, id est, Iouis fili, hinc cælestis originis gratiam captatam, cui initia dedisset error. Apud Lucianum in Mortuorum dialogis, Alexander fatetur vtile sibi fuisse ad res gerendas, quòd Iouis Ammonis filius crederetur. Formidandum enim erat, ne aliquis sibi repugnaret. Id cur factum sit, lege Augustin. De ciuit. lib. 3. cap. 4. Præclara extat Alexandri laudatio apud Apuleium primo Floridorum.

Dum se Ammone satum.] Iupiter Ammon ab arena dictus, quòd sub arietis forma coleretur in templo à Libero patre in arena condito, qua de re multa Lilius Gyrald. Syntagmate 2. hist. Deor. Politian. cap. 52. Miscellan. Lege & Hygin. lib. 2. De signorum cæleſt. historiis. *Iupiter Ammon.*

Tradunt sic quosdam enitier angues.] Plinius lib. 8. capitul. 23. & Solinus cap. 30. Polyhist. Amphisbænas ore parere tradunt: his enim caput est geminum, hoc est, & ad caput & ad caudam. Neminem quidem studiosorum latère velim, id commodè atque perspicuè relatum scriptis à Pierio 15. Hieroglyph. ne quis me ingrati animi arguat, qui ex tam fœcundo ac copioso rerum selectissimarum pomœrio tot flores & fructus collegerim. *Amphisbænæ.*

Enitier.] pro eniti παραγωγὴ. Enixæ dicuntur feminæ, nitendi, hoc est conandi & dolendi labore perfunctæ. Nexum enim dicimus arctum & colligatum. Nonius. Id quidem ad zonæ solutionem referri non inconcinnè potest, qua partus describitur à poëtis, nempe quòd omni nexu oportet mulier soluatur, vt commodiùs enitatur & patiat. Callimachus Hymno in Iouem: *Enitij.*

ἐπὶ τῇμοῖ δὲ † γείνατ' ἐλύσατο μήτερ', id est, quando peperit. quod & admonet Græcus scholiastes Alcimede apud Apollonium Argonaut. 1. filij discessum lugens, † γείνατο.

— ὦ ἐπὶ μόνῳ
μήτηρ πρῶτον ἔλυσε καὶ ὕστατον. quo loco scholiastes ab altero non dissidet, quin & adiicit, ἔθος καὶ λυσιζώνους αὐτὰς μι-

Ayuntamiento de Madrid

δ' ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. Quorum locorum mihi copiam pro suâ humanitate fecit Ioannes Frater, Baiocensium gymnasij hac in Parisiorum Academia primarius, vir vtriusque linguæ peritissimus, & cum quo, literarum nomine, mihi nuper amicitia intercessit.

Cur Pallas è Iouis nata cerebro.

An quia sic Pallas, &c.] Testis est Pindarus Olympode 7. cuius rei rationem (sed aliam atque aliam reddunt Fulgentius Mythologic. 2. Phornutus De natura deorum, Gyraldus Syntagm. 11. Ouid. Fastor. 3. epimythia etiam sua tradit, sed longè aliis diuersa. Ex his enim alij speculationem Physicam, alij ethicen, alij alia considerant. Themistius oratione 10. σὺ δὲ προσκαλεῖς τὸς φιλοσόφας (alloquitur Imperatorem Valentem) καὶ ἀποκνῶσι, καὶ ὁπόσον σὺ χρόνον ἔτης ἐπιχώρας μελέτης, ἀνάγκης χωρὶς περίεσις τῶν λόγων. τοῖς τρυφῶσι γὰρ οἱ φιλοσοφοῦντες ἐν ἴσῃ περιδρασία, γυμνὸς ἅμα καὶ δυνάμεως οἱ θεραπεύοντες. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς κεφαλῆς γεγωνᾶσιν οἱ ποιηταὶ τῷ Διὸς, ἐνδηλοῦντες καλῶς ὅτι πρόσκειται τῶν βασιλέων μήτε λίγον ἀπρακτον, μήτε πρᾶξιν ἄλογον ἐκφοιτᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν νοῦν ἐνεργὸν ἔτεκεν γέμειν τῶν δραστηρίων. Existimo autem cum Pindari scholiaste ad 7. Olympior. figmentum id esse referendum eò, vt dicamus omnes artes & disciplinas, è Iouis cerebro, id est summi & præpotentis Dei mente & sapientia prodiisse. Perspicuum enim nobis esse debet, vt alia omnia bona, sic ipsas quoque ingenuas artes à Deo nobis esse communicatas. Et quanquam Dei beneficio nobis hæc Minerua generetur, ductore tamen & magistro plurimùm opus est. Nemo enim est, qui doctrinæ laudatissimam ipse comparare sibi queat, qui non bonis præceptoribus sese tradiderit instituendum. Hinc enim à minuendo quod neruos minuat, Mineruam dictam putant. Pallas autem vel ἀπὸ τῶ πάλλειν τὸ δόρυ, ab hasta vibranda, vel à Pallante occiso: qua de re postea fusiùs.

De capite orta Iouis.] Imitatus videtur illud Propert. è lib. 3.

Semina curarum de capite orta tuo.

Martianus Capella initio libri v 1. de Pallade,

Hinc de patre ferunt sine matris fœdere natam,
Prouida consilia quòd nescit curia matrum.

Postremum hunc versum (quod obiter moneam) vna voce corruptum, Beroaldus emendat annotat. in Caligulam Suetonij, ac pro, consilia, legi mauult, consilium. Ego cum meo Iureto ita melius & commodiùs, nisi me coniectura fallit:

Prouida consilij quòd non sit curia matrum.

Ayuntamiento de Madrid

MEDIOLANVM.

EMBLEMA II

BITVRICIS *veruex, Heduis dat sucula signum:*
His populis patriæ debita origo meæ est.
Quam Mediolanum sacram dixere puellæ
Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerua fuit, nunc est vbi numine Tecla
Mutato, Matris virginis ante domum.
Langer huic signum sus est, animalq; biforme,
Aeribus hinc setis, lanitio inde leui.

NIhil mihi videtur hic affingere, quàm quod Mediolani, vrbis Insubrum notissimæ, notationem eliciat ex diuarum Galliæ ciuitatum schematibus publicis. Ait enim Heduos porci, Bituriges arietis habuisse signum, memineram qui

Ayuntamiento de Madrid

Heduorum & Biturigũ schemata.

quidem Alciatum Parerg. iuris 5. c. 13. alterius meminisse: Huius hæc verba : Habebant & ciuitates sua signa, quibus originem aut cultum testarentur. Hinc in nomismatis Atheniensium plerunque vidimus noctuas. Sic Claudian.

—ad mœnia Gallis
Condita lanigeræ suis ostendentia pellem.

Mediolanũ vnde nominatum.

Quò fortasse pertinet quæ de Mediolani iactis fundamentis refert Liuius 5. ab vrb. cond. Ex Heduorum itaque & Biturigum schematibus publicis hîc constituit Mediolani τύπον. Mediolanum autem à sue mediatim lanato denominationem sumpsit. Dum enim prima vrbis huius fundamenta iacerentur (vt præter alios retulit D. Ambrosius) aper est repertus media parte lanatus : Alij à Medo Insubrum duce nominatum Mediolanũ malunt. Vrbs est metropolis Galliæ Cisalpinæ, à Gallis Insubribus condita 359. annis ante Christum natum: quanquam Olanum ducem Tusciæ primùm eandem excitasse testetur Cato fragmento 7. Origin. Hinc docti plerique prodiêre, inter quos non infimum, sed merita gloria certè insignem Alciatum iure adscripserim, qui hoc emblemate Mediolanum natale solum non illepidè celebrat. Hoc obiter aduertendum, Imperio in Orientem translato, veteri quasi senescente Roma, Imperatores, Mediolano capi & delectari cœperunt, vnde in tantum excreuit ea vrbs, vt à Procopio 2. Gothici belli, prima inter Occidentis vrbes post Romam dicatur, & facilè ceteris anteire, vt magnitudine, ita & hominum frequentia, reliquisque fortunæ bonis. Ausonius Catalogo illustrium vrbium:

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro
Amplificata locispecies, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, palatinæque arces, opulensque moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaque in vallis formam circundata limbo:
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec iuncta premit vicina Romæ.

Ad id illustrandum multa suppeditabunt Geographica Volaterrani & Munsteri : ille quidem lib. 4. hic verò 2. longè plura retulit. Quædam etiam petenda ex historia Liuiana lib. 5. ab

Ayuntamiento de Madrid

5, ab V.c. vt iam admonui.

Biturica vervex:] verueccm hîc pro ariete fortasse posuit κατ' ἀντίφρασιν, sed parum refert. Bituriges autem (quorum ciuitas metropolis est Biturix) Aquitaniæ populi sunt, quorum fines ab Heduis Ligeris diuidit fluuius, de qua lib. 8. belli Gallici Cæsar. Vrbs est Academiâ florentissimâ celebris, in qua per quinquennium magna cum laude ius ciuile docuit Alciatus: quod ex aliquot suorum operũ locis colligere est facile, tum vel maximè his versibus (quorum mihi copiam fecit ante aliquot annos, vir eruditus, qui Alciatum doctorem illic audîuit) quibus Biturigem donauit, cùm Italiam repeteret: *Bituriges.* *In Academia Biturigum professus est Alciatus.*

Vrbs Biturix inuitus, amans te desero amantem,
Quinque per æstates terra habitata mihi.
Nunc opus ad vitulos est à vervecibus ire.
Ergo vale, & felix sit tibi lanicium.

His autem alludit ad Biturigum stemma, quod non nihil adiuuat huius loci enarrationem. Quibus Alciati versibus contumeliosè respondit nescio quis: quo iure, qua iniuria, non est meum disquirere, nisi quòd existimem nihil tam bellè fieri dicive posse, quin malè interpretando possit deprauarier. Huius anonymi hoc est maledicum tetrastichon,

Non nos, sed nostros nummos Alciatus amabat,
Qui tacitus spretis vanuit hospitibus.
Ille ergo valeat vitulos pasturus: at illum
Nostra vel horrentem frigore lana teget.

Ceterum cum ait vitulos, porrò Italos intelligit: cuius rei causam ex Gellio petas licet, lib. nempè 11. cap. 1. quæ tamen à me obiter dicta sint.

Heduis dat sucula signum.] Hedui, qui & Augustodunenses, Galliæ populi, in Ducatu Burgundiæ & in Francorũ regno siti, olim fratres & consanguinei à Romanis appellati. Cæsar Comment. belli Gall. lib. 1. *Sucula.*] pro sue, diminutiuum. *Hedui.*

Vetus hoc Gallica lingua sonat.] Nimirum Gallicè, Milan, dicimus, à mediatim lanato sue. Sidonius Apollinaris lib. 7. epi. 1. *Et quæ lanigero de sue nomen habet.* Veterem linguam Gallicã ait, vel propter Gallos Insubres à quibus Mediolanum excitatum iam docuimus: vel propter veterem linguam, quam longè aliam fuisse quàm quæ nunc nobis est vulgaris, & verisimile est, & docti plerique autumant. *Vetus lingua Gallicæ.*

Culta Minerua, &c.] Ait olim cultam illic Mineruam fuisse, nunc autem D. Teclam à populo Christiano coli. Hæc virgo & martyr sub Nerone apud Iconium, Pauli discipula. *D. Tecla Martyr.*

Nun

Ayuntamiento de Madrid

Nunquam procraſtinandum.

EMBLEMA III.

ALCIATAE gentis inſignia ſuſtinet Alce,
Vnguibus & μηδὲν fert ἀναβαλλόμενος.
Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti,
Quî tot obiuiſſet tempore geſta breui?
Nunquam, inquit, differre volens. quod & indicat Alce:
Fortior hæc, dubites, ocyor ánne ſiet.

Alciatorum ſchema.

PRincipis & patriæ hactenus inſignia quaſi depinxit nunc ſuæ familiæ gentilitium ſtemma proponit & explicat Alciatos enim ab Alce fera nuncupatos, à fortitudine nimirum & diligentia commendabiles tacitè indicat, ſumpto argumento ab Alces feræ natura, quæ equi robore, cerui celeritate, &, ni proceritas aurium & ceruicis diſtingueret, iumento ſimilis habetur, auctore Plinio lib. 8. capitulo 15. Quod quidem appoſitè illuſtrat eleganti Alexandri apophthe

Ayuntamiento de Madrid

phthegmate, qui quærenti qua tandem via tanta sibi adeò celeriter comparasset, respondit (quod vnguibus Alces insertum legitur) μηδὲν ἀναβαλλόμενος, nihil differendo aut recrastinãdo. Siquidem optima & accommoda belli comes est festinatio: quo fit, vt qui imperant, quò rerum difficultates, quæ nonnihil remorando vltrò sese offerunt, arcere faciliùs possint, eò pede citissimo necesse sit properare. Eam enim ob rem Alexander ab omnibus fermè laudatur, quòd sua præcipiti in rebus agendis cura & industria, Principum omnium celeritatẽ multis quasi stadiis anteuerterit. Narrant enim eum pedites sic instituisse, vt sua celeritate equorum cursum adæquarent: ipse ne quidem sibi parceret, noctes vt plurimùm insomnes traduceret, séque crepitaculo excitaret, siquando somno corripi se sentiret, quo maximè tempore vigilandum esse intelligeret. Itaque cùm ab eo Darius impeteretur, maximè conquerebatur nullum sibi satis longum relinqui spatium, quo Alexandrum pro viribus, & ea qua præstabat animi contentione atque copiis, retunderet. Hoc enim præcipuè curabat Alexander, vt diu noctuque, magnis itineribus confectis, improuisum hostem offenderet. quem animum etiam adolescens habuisse memoratur. Huic enim cùm Aristoteles diceret expectandam esse robustiorem ætatem, qua longè melius & opportunius ad res bellicas animum applicaret: At metuendum mihi est, inquit, ne dum annos exspecto firmiores, audacem iuuentutem interea mihi præripi per incuriam patiar. Hunc Cæsar imitatus, ardua quæque quasi temerè & sine consilio aggrediebatur, imò vero dicebat de iis consultandum non esse, quòd ad ea perficienda maximam vim celeritas haberet. Non prætermittam Æliani locum de celeritate Alexandri in rebus conficiendis, variæ histor. libr. 10. Alexander Philippi filius ter decem stadiis continuo itinere confectis, antequàm quietem caperet, exercitus cum hostibus conflixit, & eos vicit. Ἀλέξανδρος τρὶς τεσσαρακοσίοις σταδίοις ἐφεξῆς μὴ στὰς ὁ δειπνήσας, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ σῶμα τὸ τραπόμενον, ἐκράτησε τῶν ἐχθρῶν. Rectè Flau. Vegetius libro quarto capitul. 31. in rebus bellicis celeritatem amplius solere prodesse quàm virtutem. Huc facit M. Tullius 6. Philipp. Nam cùm plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Videram etiam quod idem habet oratione de Pompeij laudibus, seu, vt inscribitur, pro lege Manilia: Non enim illæ

Alexandri festinatio.

Iulij Cæsaris celeritas.

Virtutes Imperatoriæ.

Ayuntamiento de Madrid

illæ sunt solæ virtutes Imperatoriæ, quæ vulgò existimantur: labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agẽdo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, &c. & deinceps: vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putetis: non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui noui, tam celeriter in vltimas terras pertulerunt, sed hæres, quę ceteros remorari solent, non retardarunt. Prætermitto quæ de celeritate Alexandri retulit Q. Curtius libris maximè 5. & 7. Hæc enim prolixiora fortasse. Monemur itaque hoc lepido carmine maxima quæque perfici diligentia, & virium firmitate (quæ duo apertè repræsentat Alce) & assidua tam animi quàm corporis cura contentione feliciter absolui. Nullus enim est repertus hactenus (nisi sit à fortuna quadam benigniore lactatus) qui absque aliquo labore improbo, constantiaque animi sit aliquam summam laudem consecutus. Citatur ex aliquo veterum: Ἀλέξανδρος μὲν τὰ λαμπρὰ, πονῶν, καὶ ἐργαζόμενος, μετὰ καθάρσεως ἰσυτυχεῖ. i. Alexander audendo, laborando, agendo, non desidendo, summam celebritatem consecutus est. Huic conuenit illud Hesiodi:

Celeritatis & diligentiæ laus.

μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' ἀῦριον, ἐς τ' ἔνυηφιν.

& Lucan. 1. bell. ciuil.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

cui affine Ouidianum illud:

Sed propera, nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Martial. *Non bene dilatueris, videas quod posse negari.* Id vnum ex præceptis Socratis refertur à Xenoph. 2. ἀπομνημονευμάτων, Quicquid agas, promptissimè, atq; optimè & diligenter agere. *Fortior hæc, dubites, &c.*] Id est, an fortior, velociorne sit Alce, dubium est. quo subindicat vires celeritate pares, & contrà celeritatem viribus æqualem esse debere: alterum enim sine altero non multum potest adferre commodi, immò damna plerumque maxima, funestumq; exitium hinc cõsequitur. Alcem descripsit Cæsar 6. Comment. quæ si quis cõferat cũ Plinianis, facilè aduertet id tã facilè non posse conciliari. Didici ex quibusdam Germanis eruditis hominibus, quæ traduntur à Plinio de Alce, veriora esse quàm quæ à Cæsare. Is enim retulit aliorum quorundam, qui eam fortasse feram nunquam viderant opinionem: at eam esse, qualem Plinius describit, experientia constare.

In

Ayuntamiento de Madrid

In Deo lætandum.

EMBLEMA IIII.

ASPICE *vt egregius puerum Iouis alite pictor*
Fecerit Iliacum ſumma per aſtra vehi.
Quiſne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Mæonius finxerit vnde ſenex.
Conſilium, mens atque Dei cui gaudia præſtant,
Creditur is ſummo raptus adeſſe Ioui.

CONſilium noſtrum fuit hac noſtra qualicunque commentatione, primùm quidem fontem Emblematis ex inſignioribus quodam ſcriptore petere, vſumque indicare ſententiæ, quam peritus noſter artifex non modò animo committit, ſed etiam ob oculos ponit. Ne tamen videar, quod faciunt alij nonnulli

Ayuntamiento de Madrid

nimiam lectionis diligentiam ostentare, non semper initio tam ambitiosè, vel superstitiosè potiùs, vt ita loquar, originem indicabo, sed postquàm quædam præfatus ero, de iis quæ ad subiectum argumentum necessaria videbuntur. Statim enim me recipio ad huius carminis ingeniosi sententiam, si quædam prius vice præludij & quasi disputationis anticipare. Vniuersam poësim ænigmatum esse plenam docet Plato in Alcibiade 2. quippè quę non sit cuiuis intellectui facilis, quòd rerum veritas quibusdam verborum inuolucris obtegatur. Huiusmodi autem figmenta tribus modis explicari possunt, vt plerunque veterum monimentis deprehendimus: quidam enim physicen, alij ethicen inspiciunt: nonnulli etiam rei Theologicæ ratione habent, vti ex doctrina Platonicorum plerique docti viri. Sic enim Homerus ingeniorum vertex quatuor illa prima στοιχεῖα inter se pugnantia, & sese mutuò producentia effinxit sub nominibus Iouis, Iunonis, Neptuni & Plutonis. Ad mores traducitur allegoria, vt cum Palladem cum Marte dissidia & pugnas ciere aiunt, eam nempè animi partem, quæ sit rationis expers, in superiorem sese attollere intelligimus, virtutísque vitium adversari: quo de genere est ea, quam nunc sumus explicaturi, fabula. Ad Theologicam verò rationem nonnulla referuntur, vt cùm cœlum suo motu tempus producat, quæque gignat perpetuò absumens, imaginem quandam intelligimus esse Dei, Cœlum, Rheam atque Saturnum filios deuorantem: in quibus Cælius (vel Cælius) essentiam diuinam præfert, Rheam vitam, Saturnus autem eiusdem mentem. Quæ antè visum est operæpretium admonere, vt maturiùs ad nostri Emblematis ἐπιφθὰν deueniamus, Poëtásque veteres, quantum fieri poterit, ab inepta quorundam sciolorum contumelia vindicemus. Eos enim tale quippiam in fabulosis narrationibus obseruare voluisse crediderim, quale priores illi Iurisperiti (vt M. Tullius in libro de Oratore memorat) obseruarunt, qui vt auctoritatem aliquam obtinerent, eámque augerent, artem suam vulgarem esse noluere, nisi cùm Cn. Flauius primus eam propalauit, qui eam ob rem dictus est cornicum oculos cõfinxisse. Eodem planè modo veteres illi poëtæ sub aliquo quasi velo certè obscuro, fabulosísque ornamentis res suas occultarunt, vt imperitam plebeculam à mysteriis sapientiæ reconditioris arcerent. Quod & Lactantius indicat, lib. 1. c. 11. & 19. cùm Poëtas ait, quæ verè gesta sunt, in aliquas species obliquis figurationibus cum decore alicuo conuersa traduxisse, & mendacium nõ in factis, sed in nominibus

Poësis pene tota ænigmatis plena.

Quatuor elementa totidẽ deorum nominibus intellecta.

Cur Pallas cum Marte dissideat.

Saturnus, Rhea. Macrob. 1. Saturn.

Quem ad finem poëtæ figmentis vsi sint.

Allegoriæ poeticæ ratio.

Ayuntamiento de Madrid

minibus admisisse. Quamobrem inepti & planè ἄμουσοι sunt, qui in Poëticis narrationibus, & figmentis explicandis, ipsas tantùm voces, nudáque vocabula, aut etiam simplices γνάμας considerant, nec ea potiùs eliciunt, quæ sensum aliquem abstrusiorem contineant: vt qui in picturis diiudicandis colores aliquos, aut operum lineas quasdam conspiciunt, aut vt qui mercibus inuolutis appositas imaginum tesserulas admirantur, nec quid intus lateat, aut inclusum esse possit, animaduertunt. Habet enim diuinum hoc studium nescio quid latens & recõditum, quod æquè omnibus peruium & apertum non sit, sed ei duntaxat homini, *Laus poëticæ.*

Ingenium cui sit, cui mens diuinior,

Vt Flaccus loquitur, sicuti nõ obscurè aliquot disputationibus est à diuino Platone traditum. Sed & vt hoc adiiciam, Poëtas ipsos Philosophis sapientia neutiquam posteriores, aut inferiores fuisse, præter alios quosdam Platonicos cõtendit Maximus Tyrius. Hi enim sese videntur populari auræ, & infimæ plebeculæ accommodasse, dum fabulosa eiusmodi prodiderunt, quæ diuinis rationibus accõmodarunt, rem quidem aperta ratione abstrusiorem, ænigmatis autem clariorem, æqualiter à scientia atque insciti a distantem, fidem sibi facientem propter id quod iucundum est, & admirationem, aliáq; non satis vulgò persuasa: adhæc quæ animum ad rerũ existentium peruestigationem, & eorum quæ remota sunt, inquisitionem diligentem concitet. *An poëtæ philosophis posteriores.*

Qua in re præstanda hi sanè homines magnum quiddam effecere: quandoquidem auribus humanis insidias quasdam sunt commenti, ij quidem re ipsa Philosophi, nomine autem Poëtæ rem inuidiosam ad eam artem reuocarunt, quę populũ admodum demulceat. Sese enim perinde habet erga multitudinem populare Philosophus, atque diues aliquis in eos qui premũtur inopia. Sic autem videmus natura cõparatum, vt qui vitio sunt alicui addicti, virtutem contrariam non sustineant, nisi eam superinductus aliquis fucus adumbrarit. Habetur autem Poëta mollis & facilis, propterq; delectationem diligitur, & propter virtutẽ nequaquam, aut saltẽ rarò cognoscitur. Ita enim medici salubre quoddam alexipharmacũ dulci aliquo liquore aspergunt, ne deterreatur æger saporis aut succi acrioris amaritie. Eodem planè modo de Philosophia illa veteri sentiendũ, quæ sententiis suis figmentorum aut carminum, tanquam veste cultúque magnifico tectis, priscorum hominum animos primùm cepit atque deliniuit: neque secus id quidem, quàm dissimulata *Poëtæ nomine, re philosophi.* *Poëtæ se vulgo, facilius accommodant.*

Ayuntamiento de Madrid

Poëtica eadem ac philosophia.

disciplinæ molestia ad institutionem & morum feritatem circurandam illexit. Nec est autē quod in dubium reuoces, vtri melius de diuinis tractarint, Philosophíne an Poëtæ: quin potius studium vtrumque tanquam inito fœdere, mutuò sese cōplecti deprehendas, vt eadem non diuersa putes. Cùm enim Philosophum ais, Poëtam etiam intelligis: & cùm Poëtam, Philosophū quoque innuis. Hæc & multa alia Tyrius, quæ huc conferre placuit, ne in sequentibus repetere subinde cogar, quod semel admonuisse satis erit, vt quantum Poëtis debeamus, philologus intelligat, nostrumq; consilium in narrationibus mythologicis, & Poëticis allegoriis planum aliquando faciamus. Si enim fabulam nudam aut historiam attexere satis esse ad commentationes has, quanquam tenues, existimassemus, ansam ridendi, carpendiq; hæc, tanquam Poëtarum deliria & nugamenta prę-beremus; (nonnulli enim sunt, & fuere iam olim, qui poëticum hoc studium vt planè nugatorium aspernētur) & maximè hoc

Ganymedis fabula varie accepta.

de Ganymede figmentum, quod reprehendit Lactant. D. Aug. De ciuit. 18. c. 13. & ipse Plato 1. De legib. sub persona Atheniēsis hospitis, nimirum ob insanum pæderastiæ flagitium. Sed quia non video quàm sit necesse singula tam anxiè persequi, quin potius ad propositum finem me continuò recipere iam tandem par sit; agè verò, per Ganymedem ab aquila raptum,

Quid per Ganymedē intelligimus.

animam humanam intelligimus, quæ, vt ait Plotinus, tum condere caput intra cœlum dicitur, cùm relicta quasi corporis secretione, cælestia mentis oculo cōtemplatur: quod sanè absque raptu quodam fieri minimè potest. Plato etiam in Phædone & Theæteto, cùm iubet animā à corpore seiungere, non loco segregandam esse intelligit; sed monet ne corpori animus adhærescat, neque ob corporis cōmerciū à mēte superiore fiat alienus, conetuŕque, quantum fieri poterit, subditā sibi animæ speciem ad superiora perducere. Cōstat autem sumptum Emblema

Vnde Emblema dictum.

ex Xenophontis Symposio, quo loci concinnè & appositè Ganymedis ἔτυμον explanat. Ait enim Deos & Heroas animę amicitiam multò pluris facere, quàm vsum qui ex corpore percipitur. Iupiter enim quarū formā (cùm essent mortales) amauit, has ipsas mortales esse finit: quorū verò animas est amore prosecutus hos immortalitate donauit; de quorum numero Hercules, Castor ac Pollux esse dicūtur, cū aliquot aliis, quos Heroas appellabāt. Sic etiā assequerat Ganymedem nō corporis, sed animi gratia à Ioue in Olympū fuisse raptum. Cuius quidē rei & testimoniū ex ipso nomine colligamus licet. Habetur enim alicubi

apud

Ayuntamiento de Madrid

apud Homerũ γαίνυται δὲ τ' ἀκούων, lætatur audiendo: & alibi, etiam πυκινὰ φρεσὶ μήδια εἰδὼς, id est, sapientia plena mente cõsilia sciens. Ex ambabus igitur his vocibus, non corporis, sed mentis deliciarum nomen Ganymedes referens, inter Deos est relatus. Sed dum vacat, huc ascribam verba Philosophi, vt aliquo tandem onere candidatos linguæ Græcæ leuare possim:

Ἐπιθυμῶ γοῦν σοι, ὦ Καλλία, καὶ μυθολογῆσαι, οὐκ ἀμύητον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς καὶ ἥρωσι πλείστης τῆς ψυχῆς φιλίαν περὶ πλείονος ἢ πλείστου τοῦ σώματος χρῆσιν ποιεῖσθαι. ἴσμεν γὰρ ὅσων μὲν θνητῶν ὄντων μορφῆς καλῆς συγγενόμενοι, εἶτα αὐτὰς θνητὰς ἔτι ὁρῶσαν δὲ ψυχὰς ἀγαθοῦ, ἀθανάτους τούτους ἐποιήσαμεν· ὧν Ἡρακλῆς μὲν καὶ Διοσκόροι εἰσί, λέγονται δὲ καὶ ἄλλοι. καὶ ἐγὼ δὲ φημὶ καὶ Γανυμήδη ὃν σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα τοῦ θείου εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ νόμιμα αὐτόθι. ἔστι μὲν γὰρ ἅπασι καὶ ἐμπρῶσαι

——γαίνυται δὲ τ' ἀκούων.

τοῦτο δὲ φράζει ὅτι, ἥδεται δὲ τ' ἀκούων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο εἶδος,

——πυκινὰ φρεσὶ μήδια εἰδώς.

ἐξὸν σωματοειδῶν τούτων ἁπτῶν ἐρασθῆναι ὁ Γανυμήδης, ἀλλ' ἠδυνήθη ἐν θεοῖς τετίμηται. Hæc fermè Xenophon. Facillimum mihi esset repetere agalmatis historiam, nisi fallor à Plinio, qui sic habet lib. 34. cap. 8. Leocras aquilam sentientem quid recipiat in Ganymede, & cui ferat, parcentem vnguibus etiam pet vestem, &c. perindéque facilè ex Homeri scholiaste ad 4. Iliad. Homericæ. Sed quid opus in tantillo libro tam multis? Ceterùm raptum eiusmodi Alciatus traducit ad eos, qui pia cogitatione, & ardenti affectu animi, Dei quasi domicilium penetrant, tamque sibi placent in iis quæ Deo grata sunt, vt in hac etiam vita nonnihil æternæ beatitudinis deliciarum experiantur. Ab hoc non dissentit Homeri scholiastes ad 4. Iliad. qui Iouis nomine primam intelligentiam πρῶτον νοῦν: Ganymedis verò, eum qui consiliis diuinis gaudeat. τοῦτο γὰρ ὁ Γανυμήδης, ὡς ὁ νοῦς ἔχει οἰκεῖον τὸ τοῖς μήδεσι γαίνυσθαι. Hoc penè sensu dixit Naumachius vetus poëta, pulcrum esse virginem puris semper cogitationibus delectari, id est (nam Græca perbellè conueniunt huic Ganymedis etymo)

Locus Plinij.

Iupiter quid.

——κάλὸν

Felices qui?

παρθενικὴν καθαροῖσιν ἀεὶ μελεδήμασι χαίρειν. Sed & Grammatici non modò, quin etiam Philosophi non postremi nominis beatos seu felices, quos εὐδαίμονας καὶ μακαρίους appellant, non alio sensu iis id impositum nomen putant, quòd habeant

Ayuntamiento de Madrid

aliquem cum Diis consensum. Nam & εὐδαιμονεῖν Aristoteli interpretantur εὖζῆν: nonnulli etiam θεωρεῖν, μακαρίως autem à μακαρίτῃ χαίρων. Locus Aristot. est Moral. ad Nicomach. 7.

Auium regina aquila, & Iouis ales.

Iouis alite.] Aquilæ περίφρασις. Hanc auium reginam appellant, creditúque antiquitas eam Ioui tela ministrare & fulmen. Horatius 4. Carm.

Qualem ministram fulminis alitem,
Cui rex Deorum regnum in aues vagas
Permisit expertus fidem
Iupiter in Ganymede flauo.

Phornutus eam Ioui esse sacram vult, quòd volandi pernicitate aliis auibus excellat, ἱερὸς δ' ὄρνις, inquit, ἀυτῷ δ' αὐτὸς λιγυτάτην φωνὴν, διὰ τὸ ἐξύτατον τέτον εἶτε τῶν ἄλλων πτηνῶν. Lege Plinium lib. 10. c. 4. & 5. Pierium Valerian. lib. 19. Hieroglyphicôn. Sunt qui aliò conuertunt aquilam: nauem enim intelligunt, cuius insigne aquila esset; aut legionem militum, qua legione raptus esse putauit. Lactant. lib. 1. c. 10. Fulgentius Mythologic. 1.

Hom. Iliad. v.

Puerum Iliacum.] Ganymedem, ab Ilio Troïæ ciuitate, quæ Troëm patrem habuit Troïæ regē: & à Poëtis dicitur ab aquila raptus, & in cœlum sublatus, vt Deorum præficeretur aqualiculis. Martialis lib. 1.

Aethereas aquila puerum portante per auras
Illæsum tumidis vngue nibus hæsit onus.

Puerilis simplicitas Deo grata.

Quisne Iouem tactum pueri li, &c.] Puerilem simplicitatem, id est, innocentiam & mentis puritatem Deo gratissimam esse passim testantur sacræ literæ. Quò illud sacri oraculi referendum. Sinite paruuli ad me veniant. &, Nisi efficiamini sicut paruuli, &c.

Homerus cur Mæonius dictus.

Mæonius finxerit vnde senex.] Homerus, qui Mæonius cæcutiè appellatur à Martiano Capella lib. 1. de nuptiis Philologiæ, à Mæone rege à quo educatus fertur, ita cognominatus. Thericlitus goras apud Lucianum in Demosth. encomio, ita de Homero verba facit: πατέρα ἢ μὲν ἰονα τὸν λυδὸν, ἢ ποταμὸν, ἢ μητέρα * μέλητα λώπην φασὶν ἢ νύμφην τῶν δρυάδων.

Ganymedis nomē vnde.

Consilium, mens atque Dei, &c.] Μυθολογία est, in qua aduertendum, quàm graphicè & commodè Ganymedei nominis vim exprimat, γάνυμαι enim, vel γάννυμαι, lætor est: respondétque his quæ dixit, Gaudia præstant: & μήδεια consilia, vnde γάννυσθαι μήδεσι τὸν Διὸς, Emblematis & figmenti sensum explanat.

Sapien-

Ayuntamiento de Madrid

Sapientia humana ſtultitia eſt apud Deum.

EMBLEMA V.

QVID dicam? quonam hoc' compellem nomine monſtrum
Biforme, quod non eſt homo, nec eſt draco?
Sed ſine vir pedibus, ſummis ſine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis poteſt.
Anguem pedit homo, hominem eructauit & anguis:
Nec finis hominis eſt, initium nec eſt feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis:
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vafrum ſpecies, ſed relligione carentem,
Terrena tantùm quique curet, indicat.

HOc in monſtro deſignãdo verbis vſus eſt obſcuris, & ſententiis planè ænigmaticis. Id tamen quicquid ſit aperto primùm fonte, deinde auctoris conſilio, ſi tamen poſſim com-

Ayuntamiento de Madrid

enim quod de paganorum ſtudio multi è noſtris tradiderunt, quos alicubi Theodoretus χαμαιζήλους καὶ ἐπιγείους appellat: id eſt,rerum caducarum & humi repentium ſtudiis addictos. Sed Lactantiana quædam lucem huic loco afferent,meo quidem iudicio,ex cap.3.lib.2.Quos homines (de philoſophis loquitur) philoſophus ac poëta Lucretius grauiter accuſat tanquam humiles & abiectos,qui contra naturæ ſuæ rationem ad veneranda terrena ſe proſternant,ait enim:

Et faciunt animos humiles formidine Diuûm,
Depreſſoſque premunt ad terram. alio loco ſic idem:
Nec pietas vlla eſt,velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem atque omnes accedere ad aras,
Nec procumbere humi proſtratum,&c.

Paulo pòſt,non oportet ſublimes & excelſos animos aduocari, atque in terram premi,ſed nihil aliud, quàm cæleſtia cogitare.

Biforme,quod non eſt homo,&c.]Secũdi hi quinque verſiculi ſenarij ſunt trimetri Iambici. Obiter admoneo hic confundi virum & hominem,draconem cum angue ſiue ſerpente,&c. quæ ænigmatum lex eſt. Adhæc obſcuris verbis de induſtria videtur vſus,vt rem abſtruſam,& quaſi reconditam inſculpere potius quàm delineare videatur.

Anguem pedit homo,&c.] Hic Græcorum more non abſumit vocalem,quæ in cæſura hac remanet integra, idque ferè fit re difficultatis aut grauitatis oſtendendæ ergò. Ceterùm nouè vi detur vſus his verbis,pedit,& eructauit,quæ vim magnam ha bent ad demonſtrandam monſtri huius obſcœnitatem. Rem enim turpem turpia verba decent.

Pedere & eructare, obſcœna verba.

Nec finis hominis eſt, &c.] Non deſinit in hominem,quòd finem non ſpectet,cuius maximè cauſa conditus homo ſit: nec habet feræ principium, quòd primò anima rationis particip donatum à Deo ſit, vt omnibus aliis animantibus excelleret, ſicuti copioſa diſputatione Cicero 1.De legib.

Sic olim Cecrops, &c.] Cecrops regionis Atticæ rex primus, qui Athenarum arcem extruxit:hinc Cecropidæ Athenienſes. Pauſanias ait eũ διφυῆ, hoc eſt,naturæ duplicis, ſuperiori parte viri,inferiori feræ,quòd coniugia primùm inſtituerit in Attica regione.Malim tamen referre ad id quod ſuperiùs attigi,de ſuperſtitione nimirùm,& idolomania, quam primus illic dicitur induxiſſe.Lege D.Aug.De ciuitat.cap.8.lib.18.Iuſtin.lib.2.

Plin. 7. cap. 56.
Cecrope rex Athenienſium.

Doctis Athenis.]Doctis,μεταφορικὸν epitheti.Doctas poſuit,propter celebratiſſimã toto orbe ſcholã.Hinc enim magni Oratores,

res, hinc Rhetores, hinc Sophistæ, hinc clari denique legum latores. Plutarchus huius epitheti vim expressit commentario, ἀθλητὸν ἀθλωτὸν κατὰ πόλεμον, ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότερον. Reuera hæc vrbs, inquit, multarum etiam aliarum mater, artiumque benigna parens, quarum alias prima reperit, inque lucem misit, alias honorem, vim, incrementa contulit. Græcè verò sic: πολλῶν μὲν δὴ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἐστὶ μήτηρ καὶ τροφὸς ἡμέρου τέχνων γέγονε, τὰς μὲν εὑρεσιλόγου καὶ ἀναφάνασα πρώτης. τὰς δὲ δύναμιν προσθέσα καὶ τιμὴν καὶ αὔξησιν. Cicero 1. de Oratore, omnium doctrinarum inuentrices Athenas appellat. Sic idem pro Flacco: Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. Hæc sunt præclara certè & antiqua vrbis Athenarum eulogia. Sed occurrunt etiam aliorum quorundam non pœnitenda testimonia: sic enim Velleius Paterculus ad finem 1. hist. Rom. Vna vrbs Attica pluribus annis eloquentiæ, quàm vniuersa Græcia, operibusque floruit, adeò vt corpora gentis illius separata sint in alias ciuitates. Ingenium verò solis Athenensium muris clausa existimes. Apuleius enim 10. Asini aurei: Quale autem & illud iudicium apud legiferos Athenienses & catosillos, & omnis scientiæ magistros. Idem Apolog. 1. Apud Athenienses cattos Melecides fatuus. Et Iustin. lib. 5. Athenas vocat patriam communem eloquentiæ. Lib. 2. idem scripserat, literas certas ac facundiam, & ordinem ciuilem, disciplinæ veluti templum Athenis. Mamertin. oratione panegyric. quam Iuliano dictam volunt: Ipsæ illæ bonarum artium magistræ & inuentrices Athenæ. Quid enim transiliam cum aliis quamplurimis Cassiodorum, qui lib. 12. Variarum. epist. 15. Athenas sedem esse sapientium dictas ab antiquis ait? *Laus Athenarum.*

Sic & gigantes, &c.] Gigantes terrigenæ dicuntur à Poëtis, id est, terræ filij, vt vi nominis intelligitur, γῆ, terra, γίνομαι, fio, nascor. vel, παρὰ τὸ ἐκ γῆς εἶναι, quasi ἐκ γῆς γεγενημένοι. fuerunt autem staturæ admirabilis, quorum pedes in serpentum volumina desinebant, iisque in Deorum perniciem nati putabantur: cum quibus pugnare ausi, fulmine concussi sunt. Pugnã hanc attigit Pindarus in Nemeis. Huius figmenti rationem Mythologi adferunt, eámque traducunt ad homines quosdam impios, qui Deos negligerent, aut etiam negarent: quorum pedes in draconum volumina desiisse aiunt, quòd nihil superum, nihil rectum cogitarent, totius eorum vitæ gressu ad inferna mergente. Macrob. Saturnal. 1. Quod epimythion hexasticho

Ayuntamiento de Madrid

ſtico complexus eſt Bartholom. Anulus in picta Poëſi: hunc enim ſcriptorem, alioqui recentem, eruditum tamen & acutum, citare nihil verebor:

Tale gigantæum legitur genus, vt nihil altum
Cogitet, at ſpernat, vel neget eſſe Deum:
Et tantum, quantum ſenſu exteriore monetur,
Commodat ad præſens ſe, vel ad id quod adeſt.
Hoc genus anguipedum mythici finxere Poetæ,
Quorum affectus humi (ſegnis ad alta) repat.

Si vacat, lege Pierium Valerianum lib. 16. & 25. Hieroglyphic. Miſſos facio, qui multi multa de gigãtibus, quorum alij, fuiſſe negant, quidã contrà & certè plures, non enim vacat ſublegere quæ de gigantibus tradunt Herod. in Clio. Plin. 7. c. 16. Solin. cap. 5. tantum admonuiſſe ſat eſt. Ego quidem facilè mihi perſuaſerim hoc gigantum nomine intelligi veteribus barbarã & impiam gentem, quæ ſub hominis figura feritatem exerceret, à quibus honeſtarum rerum inducta fuerit ἀταξία, quales deſcribuntur à poëtis Cyclopes, Læſtrigones, aliique qui ferinis moribus vagabantur, inſontes & probos quoſque impunè lædebant, nullam diuini humanique iuris rationem habebant.

Hæc vafrum ſpecies, &c. πιμύθιον, ſeu figmenti ſententia.

Vafer. *Vafrum.*] Vafrum, callidum, & quaſi valde Afrum. Nonius. Cicero de repub. 3. Non ſunt in diſputando vafri, non veteratores, non malitioſi.

Religio homini propria. *Religionem carentem.*] In qua tamen ſummum hominis bonũ eſſe liquidò conſtat: cetera enim quæ putãtur eſſe homini propria, in ceteris quoque animalibus deprehenduntur. Religio ſola differẽtes homines à belluis facit: quam qui non admittit, alienus à natura hominis, vitam pecudum ſub humana ſpecie viuit. Lactant. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 10. & de ira Dei, capit. 7. & 8. Notabo ad extremum humanam ſapientiam (quæ apud Deum ſtultitia dicitur D. Paulo) hîc potiſſimùm reprehendi, quippè quæ religione caruerit. Vult autem Lactantius vnam cum altera, id eſt, religionem cum ſapientia inſeparabili nexu colligari, in quibus hominis officium, & veritatem omnem incluſam eſſe colligat. Religio enim, quæ ſine ſapientia ſit, non religio, ſed ſuperſtitio putanda eſt: ſapientia verò ſine religione, mera eſt ſtultitia, de qua eſt illud Prophetæ: Perdam ſapientiam ſapientum & prudẽtiam prudentum reprobabo, & D. Pauli, 1. Cor. 1. & 3. cap.

Humana ſapientia cur ſtultitia dicatur. *Lib. 3 c. 11.*

Eſa. 29. Abd. 1.

Ficta

Ayuntamiento de Madrid

Ficta Religio.

EMBLEMA VI.

REGALI residens meretrix pulcherrima sella,
Purpureo insignem gestat honore peplum.
Omnibus & latices pleno è cratere propinat:
At circum cubitans ebria turba iacet.
Si, Babylona notant; quæ gentes illice formâ,
Et ficta stolidas relligione capit.

QVàm variè hoc agalma nonnulli hoc tempore accipiant, quamque obliquis interpretationibus contorqueant, & ad suos affectus accommodēt, vt potè odio partium laborātes, certè recenseret pudet. Quanquam enim salua fide & pudore, aliorum sententias in medium afferre possem, ne cui tamē stomachum

Ayuntamiento de Madrid

machum moueam, tutius esse iudico veterum hominum doctrinam potiùs, quàm nouorum placita consectari. Id ex D. Ioannis ἀποκαλύψεως 17. sumptum esse clarum est: quod quidem de ementita religionis obseruatione, & veræ pietati opposita intelligitur. Ea est collectio reproborum, quæ meretrix dicitur, quòd Deo rerum omniũ auctore neglecto, & vero spõso Iesu seruatore, impuro, illicito & nouo quodam cultu, id est fucatę religionis ritu, impuræ ac formidabili beluæ dicitur insidere. Aureum poculum manu tenet, id est, hypocrisim persequitur, qua dissimulatis vitiis, & sapientiæ fucatæ auro, pietatem veræ prætextu, quãplurimis imponit, qui ebrietate plus quàm fanatica correpti, miserè præcipites in ima ruunt. D. Augustinus lib. 20. De ciuitate Dei, idem planè hunc locum interpretatur: Quæ sit ista bestia, inquit, quamuis sit diligentiùs inquirendum, non tamen abhorret à fide recta, vt ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati Dei. Imago verò eius, simulatio eius mihi videtur: in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, vocaturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Hactenus ille. Calix aureus adagij vice vsurpatur à D. Hieronymo: Multa de perfectione dicuntur, ait, vt qui volumen Philosophi nescIunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Origenes vana & fucata eloquẽtia totum hoc intelligi voluit. Eos enim qui apud gentiles, inquit, eloquentiæ laude floruerũt, pessimorum dogmatum sermones mortiferos, id est, venenum in calice aureum infuderunt. Lubens equidem huc referrem, quæ in ipsam rem cõmentati sunt nõnulli è neotericis viri certè eruditi doctrinæque veteris amantes. Sed ex auctorum recentium fluuiis meos agellos tã sæpe irrigare iam nõ est animus, ne qui philologus mihi pro suo iure diem dicat: quòd longè pulcrius sit (vt Varro dicit apud M. Tullium) adire fontes, quàm riuulos consectari. At vt ad rem propiùs: Promptum quidem id nobis verumque esse constat: decipimur specie recti. Nam vt prudentiam malitia, & temperãtiam immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia: sic superstitionem religio imitatur. Vt enim olim apud Græcos nonnulli Philosophi pallio barbaque promissa raram quandam sapientiam pollicebantur, semperque habebant in ore libertatem & honesti studium, cui

Falsæ religionis quæ.

Aureum poculum.

Virtutem vitia imitãtur.

Pseudosophi.

Ayuntamiento de Madrid

ex'iis longè multi vitiis pluſquam vulgaribus, planeque ſeruilibus laborarent: Vtque apud Iudæos Phariſæi & Eſſæi triſti vultu, latis phylacteriis, & cultu quodam fucato, apud imperitum & rude vulgus venabantur ſanctitatis opinionem: ita etiã, quod dicere nos admodum pudet & tædet, ſed dicẽdum tamẽ, inter Chriſtianos homines fuere iam olim, & adhuc hodie sũt, reuera nimis multi, qui ſuis præſtigiis fictáque doctrina imperitos homines ineſcant, quibus errorum quaſi poculo miſerrimè & fallaciſſimè imponunt: iique tandem facti ebrij erronea perſuaſione tanquam mente capti, puriſſimos veræ & ſimplicis doctrinæ fontes aſpernantur, & ita inſanientes ad belluę nutũ ſeſe totos componunt, vt nunquam poſtea de commutãdo vitę miſero ſtatu cogitent.

Phariſæi.

Pſeudochriſtiani.

Regali reſidens, &c.] Adiuncta ſunt maieſtatis & regiæ cuiuſdam magnificentiæ, turpitudo & impuritas regio in ſolio locũ habet; qui ſoli virtuti debebatur. At nulla vitia præſentiorem inuehunt perniciẽ, quàm quæ ſplendoris & honeſti veſte tegũtur. Sedere enim in Hieroglyph. maieſtatẽ & auguſtum honorem exprimit, vt eſt à Pierio relatum lib. 43. Veſtis purpurea, pudoris & verecundiæ notam, idem lib. 40. Hieroglyphic.

Quæ vitia maxime pernicioſa.

Purpura.

Peplum.] Sacrum & ſolemne veſtimentum. Prouerbium hinc fluxit, Peplo dignus, ab Ariſtoph. deductum, de ſtrenuo & inſigni quodam viro. Suidas tamẽ peplum ait eſſe ἱμάτιον γυναικῶον καὶ πεπλεγμένον, εἶτ' ὡς περιπλεῖ τις ἄν.

Teplum.

Latices,] Latex, quòd intra aliquid lateat, dictus humor quiuis. Hic vinum ſacrum, vt apud Virgil. in 4.

–Latices nigreſcere ſacros.

Illice forma.] Illiciente & ſeducente. Illicere eſt illaqueare. Nonius. vel illice, ab illex, id eſt, ſine lege. Plaut. Lectus illex eſt, eſca meretrix.

Capit.] Decipit & & allicit. Virgil. 1. Georg.

–Neque inſidiis noctu capiere ſerenæ.

Cicero 3. Offic. ex veterum legum formula: Nam quanti verba illa, 'vti ne propter te fidémue tuam captus, fraudatuſue ſim. Et in iure ſæpe, capere pro decipere: vt, Non capitur qui ius publicum ſequitur. l. 116. de reg. iur. D. Sæpe etiã titulo de Minorib. vt l. 3. 11. & l. 12. hinc captionem accipi pro fraudatione, fallacia, damno non rarò reperimus, l. 1. de in integrum reſtitut. l. 1. in fin. de vacat. mun. l. 3. de coll. bon. D. Et captioſum pro fallaci atque damnoſo, l. 41. de vſucap. vt & aliquot locis aliis.

Non

Ayuntamiento de Madrid

Non tibi, sed religioni.

EMBLEMA VII.

ISIDIS effigiem tardus gestabat asellus,
Pando verenda dorso habens mysteria.
Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
Piasque genibus concipit flexis preces.
Ast asinus tantum præstari credit honorem
Sibi, & intumescit, admodum superbiens:
Donec cum flagris compescens. dixit agaso
Non es Deus tu, aselle, sed Deum vehis.

Sacerdotes honore afficiendi.

SAcerdotes, Episcopi, & qui rebus sacris præsunt, in hono
sunt habẽdi, ob id maximè, quòd sacris præsint, quorũ
ad

administri, licet interdū aut vitiis plusquàm vulgaribus implicati, aut ignari & stupidi habeantur. Hi verò vt suum munus & officium curare vel maximè debent, sic quantā dignitatem sustineant, ipsos subinde animo secum reputare par est. Meminerint tamen se homines esse, nec sibi arrogent impensiùs, quòd tantum ministerium gerant, & rerum diuinarum curam, quasi humeris impositam habeāt, ne, vt asinus audiuit, Non es Deus, sed Deum fers, illi audiant: Non vobis hæc, sed Deo soli omnis est tribuenda gloria. Itidem dici potest de præfectis Imperatorum aliorumq; principum cùm populare applausum excipiunt audacius quàm par est in prouinciis, in quibus vicem regiam obtinent. Sic enim adeò modestè, tamq; circumspectè sese gerere debent, vt priuati honoris nomine nihil, ipsius Principis laudi vel minimum detrahant, & se interea norint quales sunt. Est enim operæpretium τὸν ἐξιώματι τιμωμένους γινώσκειν, ὅτι ἄνθρωποι εἰσίν. Succurrit mihi exemplum nobile Cornelij Galli Ægypti prouinciæ præfecti: is quia sese gessisset insolentiùs, multaque flagitiosè fecisset, statuas etiam sibi locari passus & Pyramides in altum tolli, quibus à se gesta continerentur; accusatus est à Valerio Largo: cognitioni præfuit Augustus: ignominia notatus est Gallus: vetuitque Cæsar, ne reus prouinciam postea obtineret. Retulit Dion. lib. 53. Huic penè simile quod narrat Corn. Tacitus lib. 4. de Lucilio Capitone; qui procurator Asiæ sub Tiberio accusatus est in senatu à prouincialibus, quòd vim prætoris vsurpasset, militúmque manu ad comitatum vsus esset: itaque conuictus, in exilium pulsus est. Laudatur à Plutarcho Vticēsis Cato, quòd quæstor factus scribarum, officiorum, aliorúmque generis eiusdem minuerit eam prærogatiuam, quā longo tempore vsurpauerant: iussit enim, ministros non magistros se esse meminissent. Sumptum est Emblema ex Gabriæ apologis. Sic enim ille: *Præfecti ac ministri Principum.* *Fons Emblematis.*

Ὦ μοις ὄν ἀργυροῦν βρέτας,
Ὅτ' περ σωματῶν πᾶς τις οὐ προσκυνεῖ,
Τύφῳ δ' ἐπαρθὲς, μὴ θέλον ὀλίγον ὄν,
Ἤκασεν, ὡς θεὸς σὺ, τ' θεὸν δ' ἄγες.

Qui versiculi quoniam cōmodè (sed περιφραστικῶς) redditi sunt à Gabriele Faerno Cremonensi, conferam huc perlibenter:

Simulachrum asellus baiulans argenteum,
Cum id transeuntes flexo adorarent genu,
Sui hoc honoris gratia est fieri ratus:
Idque insolenti elatus arrogantia
Nolebat ambulare, donec aspero

Ayuntamiento de Madrid

Probè dolatus fuste clunes, audyt:
O stultè, non es tu Deus, sed fers Deum.

SE NORIT HOMINEM, QVI MAGISTRATVM GERIT.

Fabulæ huius rationem vno diuticho complexus est Io Mercerus, Hebreæ linguæ Doctor regius: quod memini ab dem non semel in suggestu obiter dictum:

Quid sibi vult asinus tergo mysteria portans?
Indoctos videas sæpè præesse sacris.

Quid per asini symbolum veteres intellexerunt.

Non erit à re alienum, si adiecero, asinum à veteribus A ptiis sapientiæ, fortitudinis, laboris indefessi, & frugalitatis symbolum. Qui enim sapientiæ sit operam daturus, eũ opo victu esse tenui, omnia quę in vitam humanam cadere pos æquo ferre animo, neque ad vllam excandescentiam aut tumeliam sese conuertere: animo esse paruum, simplicẽ & pem, vt asinus est, qui nullum inter carduos & lactucam mẽ faciat: nullum denique sit onus quod detrectet: & vbi fuerit, pro boue terram proscindat, sitq; totius humanæ ditatis assiduus minister, vt etiam, quod adagio dicitur, pro mysteria compellatur. Lege Pierium Hieroglyph. lib. 12. F quidem mihi meditanti, succurrit illa mordax & acuta C lij Agrippæ declamatio, quã de scientiarũ vanitate insc

Asini encomium per Cornelium Agrippam.

ad cuius finem adiunxit Asini encomium, de quo homine omninò sentiam, nihil habeo necesse dicere: nisi quòd c literas declamitauit, videri voluit egregiè literatus: quanq tamen non minus apud sanos videatur aucupio vanitatis ctatus, quàm otiosè solers in vanitate artium insectanda.

Isis.

Isidis effigiem, &c.] Isis, vxor Osiridis, Ægyptia dea, in hordei segetem, vnde & Ceres appellatur. Eadem autẽ qu de qua Ouid. 1. Metamorph. Diodor. lib. 1. c. 2. Cuius & m nit D. Aug. lib. 8. cap. vlt. aliisque locis. Lactant. 1. cap. 11. quidque ea significetur, enarrat Macrob. cap. 20. primi Sat postremò Lilius Gyrald. Syntagmate 12.

Pando dorso.] Reflexo, curuo propter impositum onus. 4. Metamor. *Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.* Idẽ 1. F

Venerat & senior pando Silenus asello. & 3.
Vtq; piger pandi tergo residebat aselli.

Item 2. Amor. *Currit in immensum panda carina solum.*

Mysteria.

Habens mysteria.] Alludit ad parœmiã, ἔν & ἄγνον μυστήριον autẽ mysteria, arcana quædã vulgo minimè cõmittenda, tantùm cognita, qui iisdẽ sacris initiantur; ἀπὸ τῶ μυεῖσθαι ab ore obsignãdo, omnib⁹ enim mysteriis silẽtij fides de

Ayuntamiento de Madrid

Quà Dij vocant, eundum.

EMBLEMA VIII.

n triuio mons eſt lapidum: ſupereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
Mercurij eſt igitur tumulus. ſuſpende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monſtret iter:
)mnes in triuio ſumus, atque hoc tramite vitæ
Fallimur, oſtendat ni Deus ipſe viam.

Mercurius cur Hodius & Hegemonius dictus.

Idicimus ex Stephano & Heſych. Græcis auctoribus, Mercurium Hodium & Hegemoniũ fuiſſe priſcis appellatum (Ἑρμῆν ὁδιον καὶ ἡγεμόνιον) tum à viis & ſemitis, in quibus atuebatur ad viam monſtrandam peregrè proficiſcentibus. roinde Hermæ, id eſt, ſtatuæ Mercurij, & lapidei ligneiue

Mercurij officia.

Ayuntamiento de Madrid

cippi solebant in triuiis erigi ad indicanda viarum discrimina, quia αὐτῷ δεον εἰς πᾶσαν πραξιν ἡγεμόνι χρῆσθαι, ait Phurnutus. Viatores itaque statuis solebant lapidum aceruos cumulare: sic enim Deum putabant honorari, ea. s. re quæ in promptu esset & obuia: vel quòd ita viam repurgare viderentur, vel quòd eo lapidum cumulo Dei effigies prætereuntibus esset notior. Vlpianus, auctor Græcus, annotat ad oration. Demost. aduersus Leptinem, Hermas. i. Mercurios eiusmodi fuisse quadrangulos, superiore parte Mercurij figuram referentes, inferiùs inscriptiones viarum ostendentes. Qua de re Gyraldus Syntagmate 9. Iuuenalis huc respexit, cùm ait, *truncoq; simillimus Hermæ*: & Prouerb. Mercurio dextro, & Mercuriale, & Bifrõs Mercurius.

Hermæ.

Hoc autem quasi ænigmatico monemur, ea tantùm sequenda esse, ad quæ Deus & natura nos idoneos esse voluit, cùm summæ fatuitatis & dementiæ sit, aliquid inuita, quod aiunt, Minerua suscipere & persequi. Rectè dicebat Cato apud Ciceronem, naturam optimam ducem sequendam, nihilq; aliud fuisse olim gigantum more bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare. Sed & D. Paulus adhortatur, eam vt sortem vitæque rationem teneamus, cui nos Deus addixit. Sed quoniam menti humanæ ea est innata cæcitas & ignoratio, vt qua via sit eundum planè ignoret, omni piæ vitæ cultu, & summissa mente ad eum perfugiendum est qui se viam, qui veritatem, qui vitam esse fassus est; quem qui sequitur, in tenebris non ambulat: continuóque illud Dauidicum nobis ardenti animo repetendum, γνώρισόν μοι κύριε ὁδὸν ἣν πορεύσομαι: Ostende mihi, Domine, viam in qua ambulem. Certè & Socrates apud Platonem in Critone, pergendum ea solùm esse via, qua Deus nos ducit, asseuerat. Quo pertinet illud Persij è 3. Satyra:

Sequenda natura.

1 Cor. 7. Ephes. 4.

Psal. 143

— *disce quem te Deus esse*
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Cæterùm ne transiliam quod ad rem pertinere videatur, hîc Mercurij nomine olim Deorum nuncij, vel sacras literas (quæ nobis diuinam voluntatem aperiunt) intelligimus: vel Prophetas & Doctores, sacri & cælestis oraculi nuncios, ex quibus orthodoxam salutis æternę viam & rationẽ excipere est necesse. Serta autem suspensa, honorẽ cultumque aliquem obseruantiæ exhibendum esse significant. Hoc addam postremò, videri hoc Emblema nõ malè referri posse ad cuiusque vitæ genus & institutum, ad quod ingrediundum cùm difficilè sit, opus est aliquo Mercurio, id est, præceptore seu doctore, qui viam doceat.

Quid nomine Mercurij.

Serta.

Mercurij

Ayuntamiento de Madrid

Mercurÿ eſt igitur tumulus. In aliis quibuſdam exemplaribus legitur Cumulus: ſed vtraque lectio tolerabilis. Tumulus, quaſi tumens tellus, pro ſepulcro frequentiùs vſurpari ſolet. Qui verò loco vocabuli tumulus, aut cumulus, legi malunt, facies, non mihi probantur: quia vocabulum, facies, pro effigie aut ſtatua hìc veram Latinitatem non ſapit. Non deſinam priùs, quàm quod improba lectione obſeruaui, ſtudioſis rerum antiquarum communicem. Olim conſuetudine receptũ fuit, vt ſuperſtitioſi temerè oblatos in via lapides ſtipitéſque, tanquam numina colerent. Apuleius de aſino: Neque iuſtus religioſam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inũbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata: vel enim colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus. Propertius *Tumulus.*

Et quicunque facer, qualis vbique lapis,

Xenophon: Καὶ τὰς μὲν δὴ ἱερῶν, ἔστε βωμῶν, ἔστ' ἄλλων τῶν θείων δὴν τιμῶν, τὰς δὲ ἀγορᾶς λίθους ἀγοραίους τὰ τυχόντα, οὐ θεμιτὸν εἶναι σέβεσθαι.

Suſpende viator Serta Deo. Plinius hiſtoriæ mundi 21.c.2. Inter ſacra tantùm & bellicos honores, coronis nomen ſuum vindicantibus. Idem 3.c. Et iam tunc coronæ Deorum honos erat. Quibus ex locis intelligimus, coronas ſtatuis rebúſque ſacris olim ſolitas appendi. Quòd ſi quis auctoritatem etiam aliorum ſibi dari poſtulet, adferre poſſum Apuleium, qui ſic 3. De aſino aureo. In ipſo verè meditullio, inquit, Hipponæ Deæ ſimulacrum reſidens ędiculę, quod accuratè corollis roſeis, & quidem recentibus fuerat ornatum. Et 4. lib. Iamque per plateas commeantem, populi frequenter floribus, ſertis, & ſolutis adprecantur. Idémque libro vndecimo, ſimulacrum Lunæ deſcribẽs: Corona, ait, multiformis variis floribus ſublimem diſtinxerat verticem. Et paulò poſt. Dextra proferens ſiniſtram Deæ coronam, mihi etiam Hercules coronam conſequenter. Itémque: Nam ſibi viſus eſt quiete proxima, dum magno Deo coronas exaptat. Ad hunc veterum ritum reſpexit Ouid. Faſtorum 2. de Arione loquens, qui citharœdus à piratis captus, iamque de vita deſperans, *De coronis quæ ſtatuis Deorum appendebãtur.*

——— *capit ille coronam*
Quæ poſſet crines, Phœbe, decere tuos.

Apponam & Tertulliani locum è libro De corona militis, vbi ait Pandoram primùm à Charitibus coronatam, honoris cauſa ſcilicet, cùm à Diis omnibus numeraretur.

Ayuntamiento de Madrid

Viatores homines.

Viator.] Quicunque sis hac in vita hospes, vt omnes reuera sunt. Plato vitam nostram modò viæ, modò peregrinationi similem facit, παρεπιδημίαν καὶ ὁδοιπορίαν.

Omnes in trivio sumus, &c.] Iuxta Ouidianum illud, Fastor. 5.

Vt stat, & incertus, quà sit sibi nescit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

Theognis: ἐν τριόδῳ ἕστηκα: In triuio consisto. vt enim viâ sæpe pro consilij ratione poni solenne est Græcis: sic τριοδίην pro incertitudine consilij. Itaque Plato 7. Legum, καθάπερ ἐν τριόδῳ γενόμενον, &c. monet ne ad rem nouam & inusitatam amplectendam accurramus, sed consistamus, quasi ad triuium aliquod venerimus. & Minutius Felix in Octa. vt qui rectam viam nescit, vbi, vt fit, in plures vna diffinditur, hæret anxius, nec singulas audet eligere, nec vniuersas probare: Sic cui non est veri stabile iudicium, &c. Sic hac in vita tot tantæq; sese offerunt difficultates & salebræ. Adde quòd tam crassa, tamque supina hominum mentibus insita sit ignoratio, vt quid potissimum sequi debeat, quiuis ignoret, & nisi adiutus ope cælesti, in certam aliquam viam se recipere non potest. Dicebat enim ipse salutis instaurator: Sine me nihil quicquam efficere potestis. Nec verò sumus idonei ad aliquid vel cogitandum tanquam ex nobis, sed si ad aliquid idonei videamur, id certè ex Deo est, ait Paulus, 2. Cor. 3.

Trames.

Tramite vitæ.] Curriculo vitæ & decursu. Toto districto eandem continuat ἀλληγορίαν à viatoribus. Trames, transuersa & obliqua semita.

Ostendat ni Deus ipse viam.] Allusio ad illud Pindari: Διὸς ἐν προοιμίοις, ab Iouis proœmio, quo significatur conatus omnis nostri principium à Deo sumendum esse. Aristides oratione panegyrica: ἀλλ' ὥσπερ ἔφη Πίνδαρος, Διοῦ δὲ ἄρχεσθαι χρὴ, Διὸς δὲ λήγειν καλόν. Sed, vt ait Pindarus, Deo initium ostendente, nihil erit impedimenti. Idem auctor alio loco eandem sententiam vsurpauit: Διοῦ δέ, φησι Πίνδαρος, ἄρχεσθαι χρὴ, εὐθεῖα δὲ κέλευθος ἐστὶν τὸ προκείμενον: Deo initium monstrante, ait Pindarus, facilis est semita ad inueniendum quod propositum est.

Fide

Fidei Symbolum

EMBLEMA IX.

STET depictus HONOS *tyrio velatus amictu,*
Eiusq́ iungat nuda dextram Veritas.
Sitq́ AMOR in medio castus, cui tempora circum
Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.
Constituunt hæc signa Fidem, Reuerentia Honoris
Quam fouet, alit Amor, parturitque Veritas.

EX antiquissimo marmore, quod etiã visitur hodie Romæ, sumptum Emblema. Est autem Fidij simulacrum, quod imagine imberbi, sed ætate matura, cui adiectum nomen HONOR. Hic VERITATI, quæ virginea est facie, manum por- *Vnde tractum Emblema.*

Ayuntamiento de Madrid

Fides adiunctis cauſis deſcripta.

Fides quid.

Veritas nuda.

Honos.

Pudicus amor.

Sancta τριὰς Sabinis præfigurata.

Iupiter, Piſtius, Sanctus, Sagus.

Fidij ſimulacrum.

Honor Deus.

rigit: in medio AMOR puer. His tribus ſimulacris FIDES deſcribitur: quippè quæ veritate, fide & amore nitatur. Veritatem matrem habet, illam quidem nudam & ſimplicem non comptam fuco aliquo, non velo tectam. Et quidem fides definitur, dictorum conuentorúmque conſtantia & veritas, quæ ideo parentem habere Veritatem dicitur, & eam nudam, quod in pactis, cõuentionibúſque nihil fucatum eſſe, aut à vero alienum debeat: cui adhæret Honos porrecta dextra, tanquam ſtabilis cuiuſdam, firmíque pacti pignus. Is Honos purpurea indutus veſte, quòd veritas facillimè poſſit imminui & labefactari, niſi adſit honoris & reuerentię quædam ratio, qua eadem fulciri opportunè & cum dignitate poſſit. Hoc etiam virtutis præmium, & honeſtatis omnis tanquam patrem nutricium, pictores & plaſtæ nobis adumbrarunt. At locum medium occupat honeſtus Amor, qui veritatem & honorem nexu firmo colligat & deuincit. Niſi enim tanquam condimento aliquo amicitiæ & beneuolentiæ mutuę conſocientur hæc inter ſe alioqui diuerſa, vinculum nullo penè negotio diſſolui poterit. Id etiam totum referre par eſt ad antiquam illam veterum Sabinorum præfigurationem ſacroſanctæ τριάδος, apud quos, diu ante CHRISTI ſeruatoris aduentum, erat ſimulacrum quoddã triplici facie, cuius etiam nomen triplex, nempè Sanctus, Fidius, & Semipater, haud dubiè prę cipuum religionis Chriſtianę myſterium repræſentans. Quod ab Ouidio deſcribitur 6. Faſtor. Sanè Diony. Halicarn. lib. 4. ait Iouem, Piſtium eſſe dictum, quem Romani Sanctum appellabãt, qui & ſagus, Piſtius, Sanctus, & fidei ſponſor aliis nominibus efferebatur. Coniicere eſt Piſtium eundem fuiſſe cum Fidio. Nam vt πίστις Græcè fides, ita πίστιος ἀνὴρ πίστος, Fidius nominari commodè poteſt. Sed & hodie in Romanis antiquitatibus Fidij ſimulacrum ita effictũ conſpicitur. Marmor eſt in feneſtræ modum formatum, in quo tres imagines effictæ ſtatuuntur. Dextra quidem virilis habitu pacifico, ſiniſtra verò vt muliebris, eodem habitu, coronam in capite lauream geſtans, quæ dextram dextrę iungat cum priore imagine. In harum duarum mediò ingenui pueruli effigies cernitur, cuius ſupra caput hoc legitur, FIDII SIMVLACRVM: apud imaginem dextram virilem HONOR: in ſiniſtra imagine muliebri, VERITAS. Gregor. Gyrald. Syntag. 1. 2. & 10. Hiſtoriæ Deorum.

Stat depictus Honos, &c.] Honorem pro deo coluerunt veteres, vt etiam Fidem & Virtutem. & Ouid. Faſt. 5. ex Honoris, & Reue,

Ayuntamiento de Madrid

Reuerentiæ coniugio ortam esse Maiestatem voluit. Plin. 35. cap. 10. August. De ciuit. 4. cap. 21. & 24. Adiiciam obiter: Amor honori adiunctus verecundiam creat, imò verò ipsamet verecundia dici non ineptè potest, quò spectat illud M. Ciceronis ex Lælio: Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. itaque in iis pernicioſus est error qui existimant libidinum, peccatorúmque omnium patere in amicitia licentiam.

Tyrio amictu.] Purpurea veste. Ex Tyro vrbe Phœniciæ conchylia, & murices aduehuntur, quorum sanguine fit purpura. Plinius lib. 5. cap. 19. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Et lib. 35. c. 6. Quare Puteolanum potiùs laudatur, quàm Tyrium aut Gætulicum, vel Laconicum, vnde pretioſissimæ purpuræ. De purpuræ autem inuentione, si vacat, lege Cassiodorum initio lib. 1. Variarum formularum.

Iungat nuda dextram VERITAS.] Fingebatur ἀλήθεια, vt scribit in Amphiarao Philostratus, virgo niueis induta vestibus. Hippocrates in quadam ad Philopomenem Epistola, eam depingit mulierem pulchram, magnam, simpliciter ornatam, illustrem ac splendidam, cuius oculorum orbes pro lumine nitebant, vt astrorum & stellarum fulgorem viderentur imitari. Nuda hîc dicitur, quòd qui eam colunt, aperti sunt ac simplices, nullo modo fraudulenti, aut insidioſi, aut quòd veritatis oratio simplex esse debeat, aut quòd in luce & oculis omnium agnoſci velit. Hinc Horat. 1. Carm.

Veritas Dea quomodo picta.

Nuda Veritas cur.

— & Iustitiæ soror
Incorrupta Fides, nudáque Veritas.

Ceterùm Fidei symbolum in dextris iunctis conspiciebatur, idque Numæ Pompilij instituto. Moris etiam fuit, vt fidei faciendæ & comparandæ gratiâ dextras coniungerent. Quod multis auctorum meliorum locis facile est obseruare. Veritatis nudæ rationem docuit libro 44. Hieroglyphicôn Pierius: symbolum verò dextrarum coniunctionis Gyrald. 1. Syntagmate Historiæ deorum: post ceteros omnes vir eruditus Cœlius Curio appendice Hieroglyp. Pierij quædam non pœnitenda retulit.

Dextra symbolum Fidei.

Dionæ pulchrior Cupidine.] De duplici Cupidine, & Venere duplici, maturiùs postea. Dione Veneris mater ex Ioue, vnde Venus Dionæa. Virgil. 3. Æneid.

Sacra Dionæ matri, diuíque ferebam.

Ayuntamiento de Madrid

Fœdera.

Ad Maximilian. Mediolanen. Ducem.

EMBLEMA X.



HANC *citharam, à lembi quæ forma halieutica fertur,*
Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
Accipe Dux : placeat nostrum hoc tibi tempore munus,
Quo noua cum sociis fœdera inire paras.
Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas:
Vnáque si fuerit non bene tenta fides,
Ruptáve (quod facile est) perit omnis gratia concha,
Illeque præcellens cantus, ineptus erit.
Sit Itali coeunt proceres in fœdera : concors
Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
At si aliquis desciscat (vti plerumque videmus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

Prin

Ayuntamiento de Madrid

PRincipi suo indicat, quanta vis concordiæ sit, sumpta comparatione à lyræ temperato, aut confuso concentu: ea enim constans ex summis, mediis, & infimis chordis concinnam reddit harmoniam, si tamen eam vir artis peritus aptauerit. Eodem quoque pacto Respublica omnis variæ ac diuersæ conditionis hominibus composita, firma & concordi pace ligatur, si modò Principem habuerit idoneum, qui & consilio & vsu rerũ valeat, quique beneuolentiam, assensum, & commune pacis vinculum inter ciues fouere norit. Ea ratione præ aliis quotquot vsquam fuere ab omni seculorum memoria terrarum Dea gentiumque Roma perstitit, quãdiu Principes habuit pacis & trãquillitatis studiosos, iidẽque auctoritate dignitateq; cõmendabiles. Cicero de Republica disputans, inducit Scipionem eum, qui Carthaginem deleuit, de Republ. verba facientem, quando iã iamque peritura præsentiebatur. Cùm enim Scipio in 2. lib. fine dixisset, vt in fidibus ac tibiis, atque cantu ipso ac vocibus, concẽtum esse quendam tenendum ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre nõ possunt, eúmque concẽtum ex dissimillimárum vocum moderatione concordẽ tamen effici & congruentem: sic ex summis & mediis, & infimis interiectis ordinibus, vt sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atque optimum omni in Repub. vinculum incolumitatis, quæ sine iustitia esse non potest: quod à Cicerone petitum constat è 4. De republ. Platonis, cuius hæc verba: Ἐρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι ἐπιεικῶς ἐμαντευόμεθα ἄρτι, ὡς ἁρμονία τινὶ ἡ σωφροσύνη ὁμοίωται, τί δή ὅτι οὐχ ὥσπερ ἡ ἀνδρεία καὶ ἡ σοφία ἐμμέρει τινὶ ἑκατέρα ἐνοῦσα ἡ μὲν σοφὴν, ἡ δ' ἀνδρεῖον τὴν πόλιν παρέχεται, οὐχ ὅτω τῇ πόλιν ποιεῖ αὕτη, ἀλλὰ δι' ὅλης ἀτεχνῶς τείνασα διὰ πασῶν παρέχομένη ξυνιᾶσιν τοὺς τε ἀσθενεστάτους τῶν τε ἰσχυροτάτους, καὶ τοὺς μέσους, ἐὰν μὲν βούλει, φρονήσεως, ἐὰν βούλει, ἰσχύος. ἐὰν δὲ πλούτῳ ἢ χρήμασιν, ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν τῶν τοιούτων. ὥστε εὐθύτατ' ἂν φαίμεν τοῦτο τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι δεσμόν τε καὶ ἀμείνονος κατὰ φύσιν ξυμφωνίας, ὁπότερον δεῖ ἀρχειν καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ. Hæc ex Ciceronis libris de Republica retulit diuus Augustinus libro 2. capite 21. De ciuitat. Dei. Sed hoc loco non erit alienum, si admoneam Romanos veteres per Lyræ Hieroglyphicum concordiam designasse, vt & veteres alij iudicium compositum, concordium inæqualium, rectam bo-

Reipubl. cum Lyra comparatio.

Locus insignis è 2. de Repub. Ciceronis.

Quid per lyram veteres intellexerint.

Ayuntamiento de Madrid

bonámque inſtitutionem, rationem, amorem, ſedatum animum, & alia plura; vt commodius ad concordiam ſuadendam ſymbolum ab Alciato minimè videatur excogitari potuiſſe. In lyra enim diuerſæ chordæ ſimul componuntur, & ad eundem tonum temperantur: quod prudens & ſedatus homo præſtat, vel in ſuis affectibus rationi ſubiiciendis; vel in œconomia moderanda, vel denique gubernatione Reipubl. in quibus homines varij ac diuerſi, cùm ſinguli ſint, non poſſunt non habere ſingulas de rebus opiniones: ſed ſapientis tamen Principis moderatione in vnum quaſi harmoniæ concentum conueniunt. Iſidorus quidem Cynicus meritò Neronem increpabat, quòd cùm Muſicæ arti operam daret, Nauplij mala bene caneret, ſua verò bona malè diſponeret; neque ſibi vllum in vita concentum proponeret. Et Diogenes Muſicos ſtultitiæ arguebat, qui lyræ chordas optimè iuxta ſuæ artis leges compararent, animum verò minimè componerent. Ea quidem ratio fuit, cur Plato animum harmoniæ & concentus nomine appellarit: & Ariſtophanes ſapientem hominem & Gratiis ornatum, optimum Muſicum & citharœdum eſſe. Nam idem Plato putauit Muſarum nomen à μύειν, quod ſonat idem ac honeſte inſtituere. Sed inter ceteras ſymboli huius ſignificationes, mihi placet admodum ea, qua ratio, qua mens, qua iudicium, & recti perſpicientia intelligitur. Sic enim plerique optimi ſcriptores (inter quos principatum quendam ſibi ſuo iure Cicero vendicat) cõcordiã à corde deflectunt: cor enim animus videtur, eò quòd in corde ſit animi principatus: vnde cõcordes, vecordes, & excordes denominantur. Alij concordiam à chorda deriuari malunt, quòd variæ chordæ cantum vnum faciant. Iam verò quia ſtudiorum conſenſus atque ſimilitudo amorem pariat, Platoni lyra conſecratur, & annumeratur inter ea quę ſunt amoris monimenta. Cùm enim in ſe lyra ſuauitatem Muſicam contineat, non malè videtur habere quandam cum Venere, Amore, Gratiis ſimilitudinem: quippè quæ blando ad ſe homines illicio pertrahat. Ceterùm ea ſedati animi iucunda gratàque imago, imò verò laborum, ſtudiorum & perturbationum dulce lenimen, bellè fuit inſtitutis Lacedæmoniorum expreſſa, apud quos erat ſolenne, vt ad lyræ aut tibiæ, vt alij volunt, ſonum aciem inſtruerent: & Achilles non alia ratione furibundum animum ſedabat, quàm lyræ modulis: vt planè mihi Hieroglyphicum iſtuc mirabile eſſe videatur. Sed de lyra plus ſatis, & fortaſſe περίεργα: niſi quòd huc referrem lubens,

Concordia vnde dicta.

quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæ de lyra retulit Stobæus ex Euryphamo Pythagoreo, cap. περὶ εὐδαιμονίας, quo loco humanã vitam cum lyra nõ inconcinnè confert. Non posſum etiam, qũin hoc loco memorem, quæ Diogenes Pythagoreus diſputat apud eũdem Stobæum, c. περὶ βασιλείας, Regis eſſe munus vt Rempubl. lyræ inſtar mõderetur; nempe, vbi priùs ſibi ipſi imperarit ex præſcripto legis: quippè qui noſſe debeat populi, quem ſibi commiſſum habeat, harmoniam & concentum ad eam legem ſibi accommodandam eſſe.

Hanc citharam, &c.] Hîc lyram pro teſtudine, quæ vulgò eſt Lutina, accipit, cuius inuentionem Mercurio referunt. Polydor. lib. 1. cap. 15. *Lyraſcu teſtudo.*

Alembi quæ forma halieutica.] Quæ formam habet lembi, naiculæ breuis & celerrimæ. Lazar. Baifius lib. De re nauali. Halieutica autem per ſimilitudinem ſcaphæ piſcatoriæ. Hinc Halieuticum opus, in quo de piſcibus tractatur. ἁλιεὺς enim piſcator. vt Ouidius Halieuticon opuſculum ſcripſit: quod tamen plerique viri docti Lucano tribuunt. De Halieuticis quædam Plinius lib. 32. cap. 2. *Lembus.* *Halieutica.*

Vendicat & propriam, &c.] Vendicet ſibi propriam quantumuis, inuentionem tamen Græcis debet. Sed tamen Italos id ſibi vendicare ſuſpicor, quòd apud eos lyrę vſus ſit frequens habitus. Non erit incommodum repetere, quæ de Muſicæ prima inuentione collegit Polydorus Virgil. lib. 1. cap. 15. *Lyræ inuentio.*

Quo noua cum ſocijs, &c.] Hiſtorias Italicorum bellorum tibi compares ex P. Iouio, Guicciardino, & aliis permultis, ſi vacat:

Gratia.] Concentus, decorum, ſuauitas.

Conchæ. Lyræ, teſtudinis.

Nil eſt quod timeas, ſi tibi conſtet amor.] Ἔυνοια admodum efficax, planéque iis neceſſaria, qui ſuum imperium volunt eſſe ſtabile & permanens. Sic Iſocr. ad Nicoclem: φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ σώματος εἶναι τὴν τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν. διὰ γὰρ τούτων καὶ κτασθαι καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας μάλιστ' ἔστιν εὐπετῶς. Et Claudian. *Optima principis cuſtodia quæ.*

Non ſic excubiæ, non circum ſtantia pila,
Vt tutatur amor.

Præclarè Ageſilaus, cũ rogaretur cur Sparta nõ cingeretur mœnibus, ciues armatos, & inter ſe cõſentientes, ſatis eſſe ad vrbis præſidium reſpondit. Dicebat etiam ciuitatẽ non ſaxis, aut vallis, ſed incolarum virtute muniri, quos nimirum ſi iungat concordia, nullus poteſt firmior eſſe mur⁹. Ad id reſpexit Cicero 2.

Phi

Ayuntamiento de Madrid

Philip. Nónne igitur millies perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse viuere? Sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium: charitate & beneuolentia septum oportet esse, non armis. Plutarch. ἐν πολιτικοῖς παραγγελμασι, nihil cõmendatius esse viro ciuili ait, quàm vt suos ciues amicitia mutua, concordiaque deuinciat, litium & discordiarũ occasionem omnem tollat. λέγεται δὴ τῷ πολιτικῷ μόνον ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἔργων, ὁ μηδενὸς ἐλαττόν ἐστι τ ἀγαθῶν, ὁ μόνοιαν ἐμποιεῖν καὶ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ τοῖς συνοικοῦσιν, ἔριδας δὲ καὶ διχοφροσύνας καὶ δυσμένειαν ἐξαίρειν ἅπασαν, &c. Nec verò aspernanda vox est Agasiclis, qui rogatus, qua ratione Princeps tutus haberi absque stipatoribus & satellitio posset: Si subditis ita imperaret, vt pater liberis. Quid enim Periandri vel Antigoni præclara huc responsa conferam? Horum enim alter dictitabat, summa ope nitendum esse iis, qui tutò regnare vellent, vt beneuolentia potiùs quàm armis stiparentur: alter, amicis suadentibus, vt si Athenas caperet, firmis & validis eam præsidiis muniret, rectissimè dixit, nullum imperij firmius & stabilius esse præsidium, quàm ciuium beneuolentiam. Idémque penè Synesius: σύνοια μόνη καὶ μάλιστα βασιλέως ἐστὶν ἰσχυρὸν φυλακτήριον. Nec verò mihi temperare possum, quin adiiciã istuc ex Arato Plutarch. Veram ac stabilem ciuium beneuolentiã, optimam esse principis custodiam: ὀδὶν, οἷον ἀληθινὴ καὶ βεβαία σύνοια φυλακτήριον ἀνδρὸς ἄρχοντος. Grassatores enim & latrones sese tutantur præcipitiis & rupibus, quantum possunt: Regi autem nihil fide & beneuolentia suorum firmius aut munitius esse vnquam potest.

Desciscat.] Discordet, aut factiones concitet,

Soluitur.] Dissoluitur.

Harmonia unde dicta.

Harmonia.] Fidium concordia & concentus, ab ἁρμόζω, coaptare. Fab. c. 10. lib. 1. Instit. Orator. & Macrob. 1. Saturn. c. 6. Laudatur Iustiniano, Nouella constitutione 8. καλή τε καὶ σύμφωνος τῶν τε ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων ἁρμονία: qua soluta sequitur ἀταξία & perturbatio omnium Reipubl. ordinum.

Silen

Silentium.

EMBLEMA XI.

CVM tacet, haud quicquam differt sapientibus amens:
Stultitiæ est index lingua, que voxque suæ.
Ergo premat labia, digitoque silentia signet,
Et sese Pharium vertat in Harpocratem.

IDEM expressum est ἐκ τοῦ Παλλαδᾶ, 1. Anthologiæ Græcorum epigrammatum:

πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατος ἐστὶ σιωπῶν,
τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἰσχρότατον.
Dum tacet indoctus, poterit cordatus haberi:
Is morbos animi namque tacendo tegit.

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Prudentes pauciloqui.

Sic enim ferè non distinguitur imperitus à docto, à circumspecto prudentique homine imprudēs, si linguam cohibuerit. Eam ob rem facile est coniicere, cur quos Homerus, ingeniorū vertex, sapientissimos effinxerit, eosdē & silētes ferè, aut certè pauciloquos esse voluerit. Nouerat enim silentium, & parcum sobriumque orationis vsum, specimen habere grauitatis: cōtraq; apud sapientes maximè, loquacitatē indicem esse stultitiæ. Ne-

Therſites Homericus.

que enim alio nomine Therſitem morionem vituperatione dignū arguit, quàm quòd loquax esset, quàm quòd obstreperus, importunè garrulus & seditiosus. Is enim nō propriè loquitur, non verba facit, vt alij, sed tumultuatur: Θερσίτης μὲν δ' ἀμετροεπὴς ἐνοσίκα. Nestori consultissimo seni tribuit orationē melle

Nestor eloquens.

dulcius ab ore fluentem: τὸν δὲ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Menelao argutā illam quidem, & nunquā à re discedentem breuiloquentiam: παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως ἐπιβήτην ὀλυμπιόδης. Vlyssi grandem & vehementem, sed diu tamē cogitabundum facit, antequàm loqui incipiat. Rectissimè dictum

Menelai oratio cordata.

Vlyssis oratio vehemēs.

est à quodam ex veteribus, loquendi magistros nos habere homines, tacēdi verò Deos. Proinde vt laudatur ἐχεμυθία Pythagorica & Spartanus ille Licurgus, qui suos à pueris silētio initiari voluit. Notum est adagium Græcorum, Tutum silētij præmium: & illud Simonidis, Locutum fuisse pœnituit, tacuisse verò nunquam. Succurrit Zeuxidis pictoris ad Principem Megabizum sermo. Is enim Princeps cùm, animi causa, in pictoris officinam descēdisset, & vnà cum suis de arte pingendi disputare

Pythagoreorum silentium.

Megabizus reprehensus à Zeuxide.

ad ostentationem auderet: Cùm primùm huc veneris (inquit Zeuxis) & linguam cōtinuisti, pueri mei nescio quid de te magni sibi pollicebantur, quippè qui tuum cultum tuamque purpuram obseruarent: sed vbi de arte, quam non tenes, loqui cœpisti, te continuò vt ridiculum hominem esse putarunt. Quidā captiuus cùm duceretur ad Antiochum regem, qui hominem comitabantur, iubebant esse præsenti animo, experturum fortasse regis clemētiam, vbi ad eius oculos peruenisset: Nulla ergo mihi spes, inquit: alludens ad lusciam regem. qui iocus intēpestiuè iactus homini fuit exitiosus. Meritò apud Pindarū celebratur Thebanus Epaminondas, qui quanquam multa sciret, pauca tamen loquebatur. Et certè frequenter vsuenit, vt qui plus habeant pectoris, vt ita dicam, id est, in quibus & eruditio & prudentia maior, ij minus habeant linguæ. Demaratus cùm in cōsessu quodam sileret, rogatus an id faceret stultitia, an sermonis inopia? Atqui, inquit, stultus nūquam tacere potest. Non

Iocus intempestiuus.

Laus Epaminondæ.

Demaratus.

possum

possum transilire absque piaculo auream Zenonis vocem, qui Athenis exceptus à quodam Principe vnà cũ regiis oratoribus (quòd ille sciret eos eruditis sermonibus oblectari, curauit & quosdam Philosophos arcessere) solus nihil dicebat. Itaque comiter à legatis appellatus: De te verò, Zeno (inquiunt illi) quid- Zeno se-
nam sumus nostro Principi renunciaturi? Nihil, inquit, aliud, nex, inter
quàm Athenis esse senem, qui tacere sciat inter pocula. Quod pocula ta-
non simpliciter dignum laude habitum est, magnum enim est citurnus.
semen taciturnum esse; cùm ea ætas sit admodum garrula: fortasse maius, quòd inter pocula, vbi non vno nomine ad loquẽdum homines prouocantur: denique quòd Athenis, vrbe omnium loquacissima. Itaque olim dictum est in nescio quem, qui quamdiu siluit, tamdiu magnus & grauis habitus est: Philosophus hic videri poterat, si tacuisset. Pindarus Isthmiorum 1. Herodoti Thebani encomio, Sæpenumerò tacuisse, gloriam maiorem afferre dicit: ἢ πὰν πολλάκι ηχὶ τὸ σεσωπαμένον, εὐθυμίαν μείζω φέρει. Ad eundem omninò sensum occurrit ex Plutarcho id, in quo gloriatur vel in primis Ino Euripidea, nimirum se scire σιγᾶν τε ἔπον δὲ, ηχὶ λιγεν ἵν' ἀσφαλὲς. Non desinam priùs, quàm huc retulero pulchrum certè Pythagoræ Samij elogium quod scriptum reliquit Apuleius 2. Floridorum; quandoquidem de silentij laude mihi verba facienti occurrat, quod aliquis ex veteribus longè antè dixerat, nullos certè fore sapientiæ fructus, nisi qui à radicibus silentij proficiscantur. Sic igitur hic noster Apul. Tot ille doctoribus eruditus (Pythagoram intellige ab Ægyptiis, Chaldæis, Pherecide Syro, Anaximandro Milesio, Epimenide Cretensi, aliisque multis edoctus) tot tamque multiiugis comitibus disciplinarum toto orbe haustis, vir præsertim ingenio ingenti, ac profectò supra caput hominis animi augustior, primus philosophiæ nuncupator & creditor, nihil priùs discipulos suos docuit quàm tacere: primáque apud eum meditatio, sapienti futuro linguam omnem coërcere: verbáque quæ volantia poëtæ appellant, ea verba detractis pennis, intra murum candentium dentium premere. Prorsus inquam hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari, cõdiscere: loquitari, dediscere: &c. Idem fuit Iamblici Pythagorei præceptum, γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει, θεοῖς ἑπόμενος, linguam cohibe præ aliis omnibus ad Deorum exemplum. Sed ad id argumentum copiosè locupletandum, consultò repete quæ habet doctissimè congesta Plutarch. commentario De garrulitate, & tractatu De Iside & Osiride: quo loco docet quid

Ayuntamiento de Madrid

olim Harpocrates apud Ægyptios mysterij habuerit. De silentij vtilitate Gellius lib. 11. c. 10. Plin. 3. c. 5. & 28. c. 6. Prouerb. Tutum silentij præmium.

Amens. *Amens.*] Qui mente est minuta, vel qui à mente descendit, Varro. hic, pro stulto, vel eo qui non malè Abderologus dici potest, id est, stulta loquens, quique nihil nisi nenias, nugásque meras effutiat.

Stultitiæ est index, &c.] Stultitiæ argumentum manifestissimũ est lingua effrenata, interpres est enim mentis & consilij.

Ergo premat labia.] Ad id Iuuenal. Satyr. 10. apparet alluisse:

— Digito compesce labellum.

Labra vnde dicta. *Labia.*] Plutarchus 8. Symposiacôn, problem. 6. Labra, quòd iis cibus capiatur, appellationem sortita esse vult. i. λαμβάνεσθαι τῷ βορᾷ. Sed id fortè nihil ad rem, vt pluribus disputare, an labia, vel labias sit legendum, neque enim me mouet Gellius & Apuleius, qui labias vsurpant in voce feminina. Gellius quidem lib. 10. Noctium, c. 4. bis vsurpauit labias in femnino. Et Macrob. 2. Saturn. c. 2. citat quosdam versiculos, in quibus est, Cucurrit ad labias mihi. Sanè Apuleius lib. 3. Asini aurei, dixit labias pendulas: lib. 10. contorta in modum linguę extremâ labra grandissimum calicem vno hausto perhausi: hic enim labia extrema, est sextus casus. Eodem: labias modicas ambrosio rore purpurantes suauiari. At, quid opus pluribus? certè labias & labia citra differentiam veteres dicebant: quanquam Donatus ad Eunuchum distinxerit non aptè profectò, vt labra, superiora, labia, inferiora sint; & virorum labra, mulierum labia; & labias asinorum: quod an verum vnquam fuerit, cęteris relinquo diuinandum.

Digitoq; silentia signet.] Alludit ad illud Ouid. ex Metam. 11.

Quique premit vocem, digitoq; silentia suadet.

Martianus Capella lib. 1. Verùm quidam redimitus puer ad os compresso digito salutari, silentium commonebat. Et Apuleius lib. 1. De asin. aur. At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stuporem attonitus: Tace, tace, inquit, &c. Respexit autem ad id quod de simulachro Serapidis auctores referunt, cui præpositus erat silentij Deus Harpocrates, digito labia comprimens, aut Angerona ore sera obsignato. D. Augustin. De ciuit. 18. c. 5. Gyrald. Syntag. 1.

Serapidi præpositus Harpocrates.

Reddere, & facere Harpocratem, quid.

Pharium vertat in Harpocratem.] Apud Catullum reperitur formula hæc loquendi prouerbialis, Patruum reddidit Harpocratem: pro eo quod est, imponere silentium. Idémque dixit, Et fa-

ctum

ctum me esse puta Harpocratem: id est omninò taciturnum & silentem. Politian. Miscel. cap. 83. Prouerb. Reddidit Harpocratem.

Vertat in Harpocratem.] Verba Plutarchi sunt ex disputatione de Iside & Osiride: τὸν ἁρποκράτη ὅτι θεὸν ἀτελῆ καὶ νήπιον, ὅτι χειροπόδων τινὰ νομίζειν, ἀλλὰ τὸ περὶ θεῶν ἐν ἀνθρώποις λίγκ νεκρῷ καὶ ἀτελὲς καὶ ἀδιαρθρώτως προσάτλω καὶ σωφρονιστὴν, διὸ τῷ στόματι τὸν δάκτυλον ἐχὶ προσκείμενον, ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον ἐν τῷ μισορῶν μιλὶ τῶν χειροπόδων ἐπιφέροντες λίγησιν, γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων. i. Harpocrates non est habendus Deus imperfectus, aut etiam infans, vel certè qui leguminibus præficiatur, sed præses atque censor aliquis nouæ, imperfectæ & incompositæ hominum de Diis sententiæ. Itaque & digitum ori admotum habet, quod signum præ se fert taciturnitatis & silentij: proinde qui mense Mesore offerunt ei legumina, dicere solent, Lingua fortuna, lingua genius.

Ayuntamiento de Madrid

Non vulganda consilia.

Emblema XII.

Limine quod caco, obscura & caligine monstrum,
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Semiuiroq́, nitent signa superba boue:
Nè sque monent, debere Ducum secreta latêre
Consilia, auctori cognita techna nocet.

Minotauri effigies in signis militaribus.

Minotauri effigiē inter signa militaria Romanis ideò fuisse scribit Festus, quòd non minus occulta esse debeant consilia Ducum & Principum, quàm fuerit olim domicilium Minotauri labyrinthus: idque vel maximè in bellicis expeditionibus obseruari debet. Vt enim momenti plurimum ad victoriā habet

habet taciturnitas, ita sæpenumerò ingentes adfert calamitates linguæ intemperantia. Dion auctor est, Tiberium Cæsarem, cùm aliquando apud eum quispiam percontaretur, quid causæ esset cur sua consilia minimè committeret iis quibus tutò fidere poterat, respõdisse, Aut nulli, aut paucis cognitum esse oportere Principis consilium. Id quod nouerat exactè & Metellus Macedonicus, qui sciscitãti cuidam ex amicis, qua ratione tam subito consilio vteretur: Si ipsam, ait, vestem scirem consiliorum meorum esse consciam, eam confestim abiicerem. Etenim σύμβουλον ἱερὸν τὰ χρήματα, Consultor res est sacra: proinde non cuiuis communicanda. Plutarch. περὶ πολυπραγμοσύνης οἱ τὰ τῶν μεζόνων κακὰ ζητοῦντες, προκαλίσασθαι τὰς γνώσεις ἑαυτούς, Qui potentiorum mala inquirunt, sæpè antè seipsos pessundant, quàm cognouerint quod quærebant. Etenim qui solis radios, & splendorem omnibus apertum diffusumque nolunt intueri, sed ad ipsum solem conuertunt oculorum aciem, excæcantur. Itaque Philippides Comicus, cùm Lysimachus ipsi dixisset, se velle de suis aliquid rebus impartiri: Quidnis (inquit) ô Rex, modò ne quidpiam arcani. Quæ enim suauissima & visu pulcherrima Reges habent, ea liberè ostentari volunt, vt splendida cõuiuia, opes, munificentiam: si quid autem sit arcani, id quidem non est mouendum, neque vel minimum attingendum, &c. Nota est historia de Fuluio, cui pessimè cessit, quòd arcanum Principis Augusti Octauij credere vxori non dubitasset. Scribit Q. Curtius lib. 4. de Alexandri rebus gestis, Persarum morem esse vt arcana regum mira fide celent: vt non metus neque spes vocem eliciat qua prodantur occulta: vetus enim disciplina Regum silentium vitæ periculoso sanxerat. Linguam grauius castigari, quàm vllum probrum: nec magnam rem sustineri posse putant ab eo, cui tacere graue sit, quod homini facillimum natura esse voluerit: hæc ille. Huc reponenda verba Cassiodori ex formula Notariorum, libro sexto Variarum: Nõ dubium est, ait, ornare subiectos Principis secretum, dum nullis æstimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati. Publicum est quidẽ omne quod agimus: sed multa non sunt antè scienda, nisi cum fuerint Deo auxiliante perfecta: quæ tanto plus debent oculi, quanto amplius desiderantur agnosci, Regis consilium solos decet scire grauissimos. Imitari debent armaria, quę continent monumenta chartarũ, vt quando ab ipsis aliqua instructio quęritur, tunc loquantur. Totum autem dissimulare debent, quasi scientes nesciant. Nam solicitis

Tiberius.

Metellus Macedonicus.

Philippides Comicus apud Lysimachum.

Fuluio malè cessit ob detectũ principis arcanum.

Ayuntamiento de Madrid

inquisitoribus sæpè & vultu proditur quod tacetur, &c. Leo imperator, lib. De bellico apparatu: In rebus (ait) occultis & abditis fideles adhibe tibi & temperantes viros & taciturnos, qui in sua & non aliorum potestate sunt, cùm secretæ res ista vt secretiores fiant, minimè ad cognoscendum multitudine indigent. Onosander lib. De optimo imperatore, ca. De consiliis non euulgandis, scribit, Stulti inconsideratique esse temerè vulgus cõsilium promere, & multitudine arcanum intempestiuè committere. Improbi enim, & qui de Repub. malè sentiunt eiusmodi obseruant occasiones: quas nacti, in hostes confestim transfugiunt, eum nuncium allaturi, vnde sibi honores & præmia consequi possent. Nec fuit vnquã vllus exercitus, ex quo plerasque ob causas tum liberi, tum serui in hostes hac cõmigrent: vbi præsertim arcanum aliquod atque seriũ tractari sentiunt, vel conserendi manũ, & præliandi tempus aduentare animaduertunt. Hæc ferè ille. Ceterùm acerba certè lex fuit olim apud Ægyptios, qua iubebatur iis abscindi linguam qui Reipub. arcana, quæ tecta esse oporteret, alicui detexissent, vt retulit Diodor. Siculus. Laudabile fuit institutum maiorum qui obseruabatur vt si quis de Repub. quidpiã rumore alióve modo, id ad magistratum deferret anteà, néve cum alio quoquam cõmunicaret, ne inde publicis rebus detrimenti aliquid imporraretur, Magistratus quæ accepisset, vel occultaret, si ita videretur, vel multitudini proderet. Eam ob rem Athenis, cùm hospes venisset in officinã tonsoris, narrare cœpit victos esse Athenses in Sicilia: tonsor statim ad magistratũ renunciauit: hospes quia non satis constanter affirmaret, vel quia vrbem totam rumore perturbasset, vinctus, tortúsque est, donec certiore nuncio de vero constitisset. Reuera multùm refert in rebus tã magni momẽti non temerè spargi rumores falsos, vel parum verisimiles: vnde ex summa profusaque lętitia mæror acerbissimus summáque consternatio: aut contrà, ex mærore, lętitia nimia immoderata. quo nihil vel corporum valetudini, vel publicæ securitati perniciosius. Referrem exemplum Val. Maximi de Publio Vatieno, sed obuiũ est cuique, lib. 1. cap. 8. cui etiam argumento bellè conuenit, quod idẽ scribit initio lib. 2. Valerius singula enim exscribere non vacat. Interea tamen non prætermittam quod Ammian. Marcellin. 21. apud Persas neminẽ consiliorum fuisse consciũm, præter optimates taciturnos & fidos apud quos silentij quoque numen coleretur. Vide Vegetium De re militari cap. 6. lib. 3. Frontin. Stratagem. lib. 1. cap. 1.

Ayuntamiento de Madrid

Limine quod cæco, &c.] Descriptio periphrastica labyrinthi, in quo reclusus fuit Minotaurus. Plin. 36. cap. 13. Monstrum hoc ex Pasiphaë & tauro procreatum Poëtæ tradunt, idque arte Dædalea, quod superiore parte hominem, inferiore taurum referebat. Ouid. 2. De arte: Minotaurus.

Dædalus occlusit conceptum semine matris
Semibouemque virum, semiuirumque bouem.

Historiam referunt Hygin. Palæphat. lib. 1. Fabulos. natration. Virgil. in 6. Ouid. 8. Metamorph.

Dedalus.] Dædalus ingeniosissimus faber, cuius inuenta plurima narrat Plin. lib. 7. cap. 56. Dædalus.

In latebris Gnosiacis.] In tenebris labyrinthi Cretensis. Gnosos vrbs Cretæ clarissima fuit Minois regia. Hinc Gnosiacus, & Gnosius adiect. Gnosius.

Romana phalanx.] Exercitus Romanus. Phalanx vocabulum Macedonicum, pro cuneo & acie militari, connexione atque restudine quadrata militum. Phalanx.

Signa superba.] Vexilla militaria.

Techna.] τέχνη, pro fraude, cauillatione: aliàs artem significat. Techna.

Ayuntamiento de Madrid

Nec quæstioni quidem cedendum.

EMBLEMA XIII

CECROPIA *effictam quam cernis in arce Leænam,*
Harmodij (an necis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit monstrare viraginis acrem
More feræ, nomen vel quia tale tulit.
Quòd fidibus contorta, suo non prodidit vllum
Inditio, eliguem reddidit Iphicrates.

Leænæ meritricis patientia in tormentis.

PAtientia & fortitudo plusquàm virilis in muliercula extremis etiam cruciatibus affecta, tenacem fidem & illibatam, & ad miraculum constantem arguit. Fuit Leæna scortum Harmodij & Aristogitonis, adolescentum in Atheniēsi ciuitate nobilium, qui cùm inter se consilium iissent de tollenda Pisistratida

tidarum tyrannide, & Hiparchum duntaxat, è tyrannis alterum, de medio sustulissent: (Hippiam enim fuerât adorsi) successu conatus caruit: Hæc capta fuit, & torta fidiculis, vt consilia iuuenum proderet: sed cruciatibus, quanquam grauissimis, nõ cessit: quin in his post multos cruciatus, animam exhalauit. Eam ob rem Athenis, vt honor ei haberetur (non tamen tanquam scorto) animal nominis eius erectum fuit, & vetitum in opere linguam addi ab artifice, vt honoris causa intelligeretur. Exemplum hoc constantissimæ mulieris adfert Tertullian. & in Apologetico, & ad Martyres: quò nostri fierent animosiores, & constantiores in tormẽtis quibuscumque perferendis Christianæ persuasionis nomine: quandoquidem leui adeò de causa repertæ mulieres essent, quæ tam forti animo pro amicorum salute ac fama non modò cruciatus intolerabiles parui fecissent, sed & spontaneæ morti sese dedissent. Hæc enim ipsa, carnifice iam defesso, postremò linguam suam comestam in faciem tyranni sæuientis expuit, vt expueret & vocem, ne coniuratos proderet, si etiam victa voluisset, ait idem Tertullian. Exempla permulta eadem penè sunt apud Valer. Max. lib. 3. cap. 3. idémque omninò Plutarch. in vita Hyperidis Rhetoris: & hoc memorabile Leænę facinus celebrat, commentario περὶ ἀδολεσχίας. Eadem in tormẽtis patientia, vel pertinacia potius, prodita memoriæ fuit de quodam, qui Principem Gonzagam proditurus erat, & in hostium manus traditurus. quam historiam petas licet ex Cardani 8. cap. 40. De rerum varietate. Historiam hanc de Leæna plurimi retulerunt, vt Pausanias in Atticis, Athenæus Dipnosoph. 13. cap. 24. Plin. lib. 7. cap. 23. idémque lib. 34. cap. 7. Gellius 9. cap. 2. & 17. cap. 21. & Lactantius lib. 1. cap. 20.

Cecropia in arce.] Id est, Athenienſi, à Cecrope sic dicta, vti sup. memorauimus ex Plinio.

Virginis.] Virago ἀντιάνειρα, vel ἀνδρὶς. Symmachus αὐτὴ πληθύνεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη αὕτη. hoc est, vocabitur hæc virago, quia ex viro sumpta est. Ouid. Metam. 2. Virago.

—— *bello metuenda virago.*

de Pallade loquens, quæ virili sit animo & virtute. Et Martian. Capel. lib. 6. de eadem: Consultisque virûm præsis, hinc dicta virago. Auson. epigr. 1. Trefflæque viraginis arma retractat. sic appellatur Iuturna 12. Æneid.

Fidibus.] Fidiculæ dicuntur chordulæ, non etiam vngulæ, vt putat Isidorus 5. Etym. cap. 27. quo loco scribit, Vngulas dictas, Fidiculæ vel fides.

Ayuntamiento de Madrid

quòd effodient:hæ & fidiculæ,quia his rei in eculeo torquentur,vt fides inueniatur.At Val.Maxim. libr.3. capit. De patientia, apertè ostendit fidiculas esse funiculos seu chordulas : Rupit verbera,ait,fidiculas laxauit, soluit eculeum. Sueton.in Caligula cap.33.Quin & subinde iactabat exquisiturum semel fidiculis de Cæsonia sua,cur eam tantoperè amaret.Idem in Tyberio refert,eum Imperatorem excogitasse genus tormenti, vt repentè veretris deligatis fidicularum simul,vrinæque tormento homines distenderet. De his Seneca lib. 3.De ira,cap. 3.Apparatúsque illi reddendus est suus,eculei,& fidiculæ & ergastula.Ammian.Marcell.lib. 29. Intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & verberibus,&c.l.1. C.Theodos. De quæstionib. Nullas omninò ob fidiculas perferendas inconsultis ac nescientibus nobis,&c.& l.2.eod.Decuriones siue ob alienum,siue ob suum debitum exortes omninò earum volumus esse pœnarum,quas fidiculæ & tormenta constituunt. Extat in iure mentio eculei, vngularum, seu fidicularum.l.4. Cod.ad leg.Iul.mai.l.16.Cod.de quæstionib.l.8. Cod.de malef. & Mathem.Curtius in 6.de Alexandri gestis, Philotam ait post fidiculas lampadibus ardentibus tortum fuisse. Sed de fidibus aut fidiculis plus satis.

Iphicrates. *Iphicrates.*] Huius meminit Plinius 34.cap.8.

Consi

Consilio & virtute Chimæram superari, id est, fortiores & deceptores.

EMBLEMA XIIII.

BELLEROPHON vt fortis eques superare Chimæram
Et Lycij potuit sternere monstra soli:
Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis,
Consilioque animi monstra superba domas.

NVlla est tanta difficultas, aut etiã vis, quæ consilio & magnitudine animi sopiri, & tolli tandem non possit. Quanquam enim nobis interdum sit cõcertandum cum fortioribus, & fraudum omni genere instructoribus, pugnæ tamen minimè est cedendum, si modò panoplia firmissima prudentiæ cõstantiæque muniti & instructi simus. Notius enim est quàm vt con- Consilij & fortitudinis vis.

Ayuntamiento de Madrid

firmare neceſſe habeam, nihil tam arduum tamque inacceſſum eſſe, quod dexteritate ingenij attingere & aſſequi nō poſſimus: nullas deniq; tātas vires aut molimina impetere poſſe, quæ tolerantia & mentis dexteritate non retundantur. quod hoc epimythio bellè proponit. Bellerophō eques præſtātiſſimus, & adoleſcēs formæ dignitate inſignis, ab Antia Prœti Regis Argiuorum vxore ſolicitatus ad amorem, idque cùm cōſtanter eſſet auerſatus, mulier doloris & odij impatiens, ad maritū detulit, ſeque ab adoleſcente fuiſſe appellatam mentita eſt. Itaque exul factus, & vt quoquo modo de medio tolleretur, expeditionibus aleiſque valde periculoſis expoſitus, non tamen animum abiecit, ſed permultis laboribus exantlatis victor euaſit; & denique ad Chimæram delendam nō tam vocatus, quàm coactus, Pegaſo equo alato vectus, monſtrum virtute incredibili cōfecit. Fabulam hanc copiosè & eruditè nō modò retulit, ſed & ad hiſtoricam fidem reuocauit Sabellic. 5. Enn. 1. Non grauabor autem huc attexere mythologiam Plutarchi de Bellerophōte, deque Chimæra, ex lib. De virtutib. mulierum. Huius hæc eſt ſententia: Fabuloſum eſt quod in Licia dicitur euenisſe, tametſi hoc publica fama receptum ſit. Narratur itaq; ad eum modū: Amiſodarus, ſeu Iſaras, vti nominatur à Lyciis, ex Lyciorū colonia, quæ iuxta Zeliā erat, venit vnà cum nauibus piraticis, Chimæro duce, homine bellicoſo, ſed crudeli admodum & efferato. Huius nauis in prora Leonis, in pupi Draconis habebat inſigne. Cumque noxæ multum Liciis intuliſſet, mareque infeſtū habuiſſet, vt ne quidem traiici tutò poſſet, neq; vrbes maritimæ proinde habitabiles eſſent, in eam quidem expeditionē ſuſcepit Bellerophontes, & ad extremum interfecit, fugientemque Pegaſo inſecutus: atq; Amazones expulit, & bellica virtute domuit, &c. Deinde ſequitur: Sunt qui affirment Chimæram illam Poëtarum figmētis decantatam, montem fuiſſe Soli oppoſitum, in quem Solis radij cùm retroflecterentur, & vehementem æſtum in planiciem retorquerent, factum eſſe vt inde fruges marceſcerent. Quæ mali cauſa cùm nota eſſet Bellerophōti, excidi iuſſit ipſe præcipitij partem eam, quæ lęuiſſima putabatur, & plurimum ſolarem æſtum reflectebat. ſed quòd non ei eſſent habitę gratiæ, iratus ad vlciſcendum Lycios ſe contulit: tādem tamen à mulieribus placatus eſt. Eandem hiſtoriā complexus eſt integram enarrator Homeri ad Iliad. ζ. vt & lib. 1. Palæphatus: ἀλληγορικῶς autem Fulgētius 1. Mythologicōn. Vide Prouerb. Bellerophontis literas.

Bellerophontis hiſtoria.

Bel

Ayuntamiento de Madrid

Bellerophon.] A Bellero Corinthiorum Principe à se interempto sic denominatus, quasi malorum occisor. τὰ βέλλερα enim mala dicuntur : vel quasi βελλοφόροντα, sapientem consultorem dixeris, vt apud Homer. βελλοφόρον ἄνδρα, vt vult Fulgentius. Bellerophō vnde dictus.

Chimeram.] Chimæra, monstrum triforme, priore parte Leonem, Draconem posteriore, media Capram referebat, flammas ore euomebat Homerus: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. Proinde Virgil. in 6. flammis armatam ait. quo loco Seruius asserit reuera montem esse in Lycia, cuius tum cacumē arderet, iuxta quod Leones essent: media verò pascua, & ima serpentibus plena, quem habitabilem fecisse postmodum Bellerophontem. A qua sententia parum discedit Palæpharus, cùm ait, ante planitiem montis Chimæræ Leonem fuisse quendam, Draconem autem retrò, ex quibus pastores læderentur. Ad quæ loca Bellerophon vbi accessisset, montem occupauit, posteáque iniecto igni feræ perierunt. Triformis est autem Chimæra (qua notatur amoris petulantia, id est, κῦμ' ἔρωτος) quia voluptas corporis insultu leonino primùm inuadat, deinde procacitatē & lasciuiam inducat, postea verò pœnitentiam & venenum. Fulgent. 3. Pierius 1. & 14. Hieroglypic. Chimæra qualis & quid fuerit. Chimæra cur triformis.

Pegaseis pennis.] Pegasum nauim fuisse, qua vectus est Bellerophon, tradit Palæphat. Nauigia enim cùm ex alto cernuntur, si fortè remis agi contingat, ob celeritatem, mobiléque vtrinque remorum ordines procul spectantibus, alatorum præbent animalium speciem. Ad allegoriam verò si referamus, per Pegasum (ex Medusæ cęde prognatum) famam & immortalitatem nominis intelligimus. Virtus enim cùm terrorem (quæ Gorgone figuratur) amputauerit, famam procreat. Fulgent. & Pierius lib. 4. Pegasus quid.

Petis æthera.] Prouerbialis formula, pro, laudem consequeris immortalem.

Consilioque animi.] Plus consilio & animi dexteritate effici, quàm viribus corporis, exemplis infinitis perspicuum est.

Monstra superba] ἀλλυγωμῶς, pro dolosis sycophantis, obtrectatoribus, & aliis generis eiusdem. Monstra hominum sycophāta.

Vigi

Ayuntamiento de Madrid

Vigilantia & Custodia.

EMBLEMA XV.

INSTANTIS *quòd signa canens det gallus eoi,*
Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
Turribus in sacris effingitur ærea peluis,
Ad superos mentem quòd reuocet vigilem.
Est leo, sed custos oculis quia dormit apertis,
Templorum idcircò ponitur ante fores.

Duo pastoris ecclesiastici munera.

DVAE sunt Episcopi necessariæ dotes, vt eius cui animarum cura demandata sit: nimirùm vt iis quibus præsit, cõtinuo studeat, vt nihil eorum eis desit, quod spectet ad fidei veræ profectum & augmentum: néve quis à recta via desciscat, aut sacræ doctrinæ terminos transiliat. Nec verò est satis, vigilantem eum

Ayuntamiento de Madrid

etiã cuſtodẽ ſeſe fortiſſimũ præbeat, id eſt, cum cura & vigilantia, quæ perpetua ſit oportet, & etiã neceſſe habeat coniunctã cũ moribus doctrinã, qua & ſuos inſtituat, & alienos etiam hoſtes, atque erroneos homines forti animo retũdat, veræque & ſanæ inſtitutionis quaſi haſta percellat. Quod duplici ſymbolo hîc oſtẽditur, ſumpto argumẽto ab iis animalibus, quæ & ſacris in turribus, & pro foribus templorũ apponi ſolẽt, gallo nimirũ, & leone: quorum alter vigilantiam, cuſtodiam alter deſignat. Sanè non citra myſterium veteres gallum editiori ſacrorũ tẽplorum loco cõſtitui voluerunt, quo paſtoris potiſſimùm vigilantia repræſentaretur. Quò ſpectat illud D. Gregorij ex homilia quadã: Quiſquis populi ſpeculator ponitur, inquit, debet in alto ſtare per vitam, vt prodeſſe poſſit per prouidentiam. Sunt præterea qui Doctores ſacros hieroglyphicè galli nomine, velint intelligi, propterea quòd illi inter præſentis vitæ tenebras venturã lucem, quaſi cantãdo prænunciẽt. Vt verò gallus interuallis aliquot noctis, modò hos, modò illos excitat, & tempus antelucanũ diſcrimine aliquo partitur: ita pro ratione perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, doctrinã ſalutarem animis inſerere debet. Quantum verò ad leonem pertinet, Aegyptij vigilãtem innuere cùm vellent, aut etiam cuſtodem, leoninum caput appingebant: leo enim clauſis oculis vigilat, dormit apertis. quocirca nó ab re ad ſacra clauſtra & fana leones erigũtur, tanquã cuſtodes, ait Orus, & Pierius lib. 1. Hieroglyph. ex quo cetera petas licet, ſi quid præterea deſideres. Nõ poſſum illud Plutarchi tranſilire, lib. De Pythiæ oraculis: *ὁ δὲ ἀλεκτρυόνα ποιοῦσι ἐπὶ τῆς χαλκῆς τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐωθινὸν ὑπεδήλωσιν ὥρας καὶ καιρὸν ἐπιβοὺς ἀνατολῆς*: i. qui gallum in manu pinxit Apollinis, matutinum tempus, & ſolis ortum inſtantem ſignificare voluit. Apuleius lib. 2. Commodum noctis indutias cantus perſtrepebat chriſtatę cohortis. Ouidius in Faſtis gallum Noctu cædi ſcribit à Romanis:

Nocte deæ Noctis criſtatus cæditur ales,
Quòd tepidum vigili prouocet ore diem.

Et elegantiſſimè Plinius lib. 10. cap. 21. Proximè, ait, gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpẽdoque ſomno natura genuit. Norunt ſidera, & ternas diſtinguũt horas interdiu cãtu. Cum Sole eunt cubitũ, quartaque caſtrenſi vigilia, ad curas laboremque reuocãt. Nec Solis ortũ incautis patiũtur obrepere, diẽq; venientẽ nũciant cantu, ipſum verò cãtum plauſu laterum, &c. Aelianus 4. animal.

Gallus cur ſacris turribus ſtatuatur.

Quid per Leonem.

Ayuntamiento de Madrid

animal. historiæ,cap.29. ὁ ἀλεκτρυὼν τῆς σελήνης ἀνισχούσης ἐνθουσιᾷ φασι,καὶ σκιρτᾷ. ἥλιος δ' ἂν ἀνισχων ὅτι μὴ αὖ ποτε αὐτὸν διαλάθοι. ὑβριστότατος δὲ καὶ μᾶλλον ὅταν τεκοῦσα ἡ κοτ̃ μᾶλλον ὅταν τεκοῦσα ἡ κοτ̃. 1. Gallum gallinaceum exoriente Luna, vt afflatum diuino quodam spiritu bacchari atque exultare ferunt. Oriens autem Sol nunquam ipsum fallit,tum vehementissimè vocē contendēs.Lucre.4. sic:

Quinetiam gallum,noctem explaudentibus alis,
Auroram clara consuetum voce vocare.

Poëticam rationem huius antelucani gallorum cantus tradit Lucian.in Somn.siue Gallo:Philosophicā Heliodorus Æthiopic.1.his verbis: καθ' ὃν γὰ καιρὸν ἀλεκτρύονες ᾄδουσιν, ἅτε, ὡς λέγω, ἀλλοίᾳ φυσικῆς τῆς τῶ ἡλίε καθ' ἡμᾶς περιτροφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσρησιν κινήμενοι, ἅτε ὄντο θερμότητος, ἅμα καὶ τῆ περὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ σιτεῖσθαι θάττον ἐπιθυμίας τῆς συσικῶντας ἰδίῳ κυρύγματι ἐπὶ τὸ ἔργον ἐγείροντες. At verò pulcherrimum D. Ambrosij locum ex lib.5. capit. 24. libri, quem Hexaëmeron inscripsit, apponere non grauabor, quòd sit huic Emblemati valde accommodus: Galli cantus suauis est in noctibus, nec solùm suauis,sed etiam vtilis,qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat,& sollicitum admonet,& iter facientem solatur, pressum noctis canora significatione protestans. Hoc canente,latro suas relinquit insidias:hoc ipse Lucifer excitatus oritur, cælúmque illuminat. hoc canente, mœstitiam trepidus nauta deponit, omnísque crebrò vespertinis flatibus excitata tempestas & procella mitescit: hoc canente, deuotus affectus exilit ad precandum:legendi quoque munus instaurat.hoc postremò canente,ipsa Ecclesiæ petra culpam suam diluit, quam, priusquàm gallus cantaret, negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus redit,ægris leuatur incommodum, minuitur dolor vulnerum, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis,Iesus titubantes respicit,errantes corrigit. Hæc ille. quo ex loco facilè videmus, quid nobis statuendum sit in vitæ & studiorum ratione,cùm vir ille sanctissimus tantum elaboret in eo explanando mysterio.

Instantis eoi.] Lucis aduentantis. ἠώς, aurora Græcis. Auson.in Eidylliis:

—ter clara instantis eoi
Signa canit serus deprenso Marte satelles.

Et reuocet famulas.] Ouid.1.Amorum,eleg.ad Auroram.

Tu,ne feminei possint cessare lacerti,
Lanificam reuocas ad sua pensa manum.

Idem

Ayuntamiento de Madrid

Idem de Lucretia 2. Fastorum:

Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant.

Et in Epistolis:

Neue traham serua grandia pensa manu.

Aerea pelvis.] περίφρασις nolæ siue tintinnabuli, cuius inuentionem repete ex 6. Polydori c. 13. De pelui ærea ipse Alciat. 8. Parerg. cap. 11. Nola seu tintinnabulum.

Custos oculis quia dormit, &c.] Sic Orus habet lib. 1. ἐγρηγορότα γράφοντες, ἢ καὶ φύλακα, λέοντα γράφουσι κεφαλὴν, ἐπεὶ ὁ λέων ἐν τῷ ἐγρηγορέναι, μύειν τὰς ὀφθαλμὰς, κοιμώμενον δὲ ἀνεῳγότας τὰς ἔχει, ὅπερ ἐστὶ τοῖς φυλάσσειν σημεῖον, διόπερ καὶ συμβολικῶς, τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν λέοντας ὡς φύλακας παρέλαβον: Vigilantem & sedulum hominem & custodem cùm Ægyptij volunt ostendere, leonis caput pingunt, quoniam leo vigilans oculos claudit; eosdem cùm dormit, apertos habet: quod quidem custodiæ atque excubiarum signum est. Vnde & non absque significatione, templorum claustris leones, qui sint custodum loco, appinxerunt. Leonem quidem παρὰ τὸ λάειν, λᾶν, à videndo, deductũ volunt. Et Fulgentius gallum Mercurio attribuit, ob mercatorum vigilantiam. Quid per leonem Ægyptij designabant.

F

Ayuntamiento de Madrid

Νῆφε, μὴ μύθοις ἄπιστον, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

EMBLEMA XVI.

Ne credas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto:
Hi nervi humanæ membraq; mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod videt: ecce
Pulegium antiquæ sobrietatis olus:
Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

DVo hîc præcepta cuique honesti studioso traduntur, nimirum vt sobrietatem amet & credulitatem leuem & temerariam vitet: quam ad rem duabus (suo more) notis vtitur, nempè pulegio, & oculata manu: illo quidem, vt sobrietas paruo contenta significetur: hac verò, qua rerum certarum fides intelligatur. Cicero 1. Epistolarum ad Atticum, carmen hoc Græcum citat. Priuatis rebus meis, inquit, propter infirmitatem bonorũ, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeã quandam

dam cautionem & diligentiam, atque ita Siculis insusurret Epicharmus cantilenam illam suam: M. Tullij locus, vnde petita est Emblematis epigraphe.

Νῶϊ, νῷ μίμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα τᾶν τὰ τῶν φρενῶν:

Ac nostræ quidem rationis ac vitæ quãdam formam, vt opinor, vides. Alteram autem partem idem vsurpauit lib. De petitione Consulatus. Quamobrem, ait, Epicharmion illud teneo, neruos atque artus esse sapientiæ non temerè credere, hęc Cicero. Relatum est etiam ab Alciato nostro lib. Parergon. 4. c. 8. Sobrietas virtutum penè omnium seminarium est: quã vnam qui habeat, & cæteras etiam facillimè habuerit. Plato in Charmide tẽperantiam, vitæ hominum custodem appellat, in Gorgia præcipit, vt qui sanus ac beatus esse velit, hanc virtutem exerceat. Et Xenophanes nihil in homine nasci mali posse, qui temperantiam fuerit amplexatus. Itaque quotquot sapientes olim habiti sunt, temperatissimi prædicantur: vt Socrates, qui quòd tenui victu esset, ea peste sæuissima tactus non est, quæ Atticum inuasit. Et Plato, apud quem cùm nobilis imperator Timotheus cænasset moderatis cibis exceptus, postridie illi factus obuius, dixit, Qui apud te, Plato, cænant, sequenti die bene se habent. Nominatur & Pythagoras inter sobrios, qui etiam dicebat, Vẽter pinguis non gignit sensum tenuem, idem cùm offendisset aliquem insigniter obesum; Non desines, inquit, tibi molestiorem carcerem struere? Prætermitto Græcorum veterum frugalitatem laudatam sapientibus, qui semel tantùm interdiu epularentur. Ergo Plato delatus in Siciliam, cùm nullum isthic patriæ frugalitatis vestigium obseruaret, admiratus est insulę corruptissimę deprauatum morem, quemadmodum refert ipsemet in epistola quadam ad Dionis propinquos. Apud veteres Romanos, frequentior pultis vsus, quàm panis fuit: & eorum bonę valetudinis quasi quædam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vsu auersa. Val. Max. lib. 2. c. 5. Hæc etiam virtus nõ modò philosophos, sed & Imperatores commendauit, vt Fabricium, Curium, Coruncanium, Catonem, Cæsarem Iulium, aliósque multos. Credulitas verò aut maturè admittenda, aut statim repellenda, cùm nemo citiùs fallatur, quàm qui temerè credit: nemóque rectiùs iudicet & certiùs qui rem exploratam habet. Theocriti proinde laudatur illud: Sobrietatis laus. Credulitas.

Μὴ πίστευε τάχιστα πρὶν ἀπρηκέος πέρας ὄψαι.

Ne crede citissimè, ni prius finem videas.

Retulit etiam id Epicharmium Clemens 4. Stromatum, & ad

Ayuntamiento de Madrid

institutum Christianum accommodat. De credulitate, quædam mox adiiciam.

Epicharmus. *Epicharmus.*] Siculus, Philosophus & Poëta, Comœdię inuentor, Suida teste.

Ne non sobrius esto.] Duo negata vni affirmationi æquiualent.

Nerui, membráque.] Μεταφοραὶ, quibus vim vtilissimi præcepti illustrat.

Sobrietas animi robur. *Hi nerui humanæ, &c.*] Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη, vt refert alicubi Stob. quo sensu dixit Iustin. genitricem virtutum frugalitatem. Hic neruos & membra sumit μεταφορικῶς: vt apud Demosth. νεῦρα πολέμου τὰ χρήματα: vt M. Tullius, vectigalia, neruos Reipub. dicit. sic Fabius lib. 1. mollem educationem neruos omnes animi & corporis frãgere, & Dion in Vespasiano, pecunias neruos esse imperij semper dixerunt, id est, νεῦρα γὰρ τὰ ἡγεμονείας τὰ χρήματα ἀεὶ ποτε ἔστι ἐλέγοντο.

Oculata manus. *Oculata manus.*] Adagium, quo rerum certitudo significatur, vsurpatum à Plauto:

Cùm à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio,
Si æs habent, dant mercem: eadem nos disciplina vtimur.
Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident.

Vim Prouerbij videtur expressisse Terentianus ille leno, cùm ait Adelphis; Nunquam ego adeò astutus fui, quin quicquid possem, mallem in præsentia auferre potius. Et sacræ literæ admonent omni spiritui credendum non esse.

Non statim fidendum. *Credens id quod videt.*] Herodotus: ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν: Aures sunt hominibus magis incredulæ quàm oculi. Hesiod. autem 1. ἔργων sub finem:

πίστεις δ' ἄρα ἐμῶς ἠὲ ἀπιστίας ὤλισσε νόημα.

Cuius sententiæ vim tenere debent qui versantur in Rebusp. & negotiis grauioribus implicantur, sed maximè tẽporibus periculosis. Si enim propter amicitiam multorũ fucatam vix fratrum fides interdũ sit habẽda, perpetuò meminisse debemus Pythagoricæ parœmię, Ne cuiuis dextram ieceris, quandoquidem hominum ea sit improbitas & versutia, vt non modò sermo, sed & frons, vultus & oculi ipsi perspẽpè mentiantur. Apollonius rogatus à rege Babyloniæ, qua ratione quietus in suo principatu perduraret: Si, inquit, paucis fidem habueris. Nulla enim regibus maior pernicies impendet, quàm cùm delatoribus facilem ad se aditum præbẽt. Plato de Repub. magistratum optat, qui sit τὰ ὦτα διατεθρυλλημένος, id est, qui aures obtusas habeat ad rumores & fabulas populares. Addã & id Plautinũ è Truculento:

Non laudandus est is, qui plus credit quæ audit quàm

Qua

Ayuntamiento de Madrid

Quæ videt, non placet, cùm illi plus laudant quæ audiunt
Quàm quæ vident, pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti
Decem. qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.

Quod tamen non probatur Apuleio, initio Floridorum, qui vt inferuiat argumẽto quod tractat, plus fidei aurium quàm oculorum esse adhibẽdum vult. Huius hæc verba: Non itidem maior mens Socrates: qui cùm decorum adolescentem, diuq; tacentem conspicatus esset: Vt te videam, inquit, aliquid eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat: etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie & animi obtutu considerandos. Nec ista re cum Plautino milite cõgruebat, qui ita ait: Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decẽ. Imò hunc versum ille ad examinandos homines conuerterat: Pluris est auritus testis vnus, quàm oculati decem. Atqui si magis pollerent oculorum quàm animi iudicia, profectò de sapiẽtia foret aquilæ concedendum. Homines enim neque longè dissita, neque proximè adsita possumus cernere, &c. Apuleius tamen aliò sententiam torquet, vt dixi, neque propriè contrarium quid à Plauto statuit, sed certè dissimile. Ad rem redeo. M. Tullius in Lælio, Hæc in fabulis stultissima persona improuidorum & credulorum senum. Non minimum commendarunt ἀπιστίαν quidam ex veteribus, non quidem vt omninò fidem omnibus abrogemus, sed vt nullo non loco circũspecti simus, videamusq; quatenus dextra sit huic vel illi admouenda. Demosthenes hanc ἀπιστίαν vnam ait omnibus qui sapiunt concessam à natura custodiam salutis & fortunarũ. Homerus Vlyssem quem sapientissimum facit, non alio vsum præsidio dicit, neque alia ratione terræ marisq; periculis euasisse, quàm quòd nemini se crediderit, & callidè consilia sua texerit. Hesiodus nõ ab re monet, vt neque fratri quisquam adeò fidem habeat, aut etiam negotium aliquod vel ioco transigat nisi teste adhibito. Nullus est qui nesciat ab inimicis nobis importari grauissima incommoda: sed longè pernicioſius damnum ab amico creatur sæpenumero; quia sit alioqui facilè inimici effugere insidias: ab amico verò, aut eo qui amici nomen mentiatur, quis ita prouidè cauteq; sibi cauerit quin interdum opprimatur? Nisi molestum esset, ostenderem multo plures ab amicis quàm inimicis oppressos esse: plures vrbes proditione captas, quã vi expugnatas: plures in veterum libris, ipsaque vita quotidiana reperiri amicorum questus, quam inimicorum accusationes. Verũ longior esset oratio ex multis exemplis, quædam satis erunt. Dion periit, quamquam suspicaretur insidias sibi strui à Calippo, sed

Ayuntamiento de Madrid

veritus est obseruare amicum & hospitem. Antipater Cassan
filius, vocato ad cœnam Demetrio, illóque vicissim sequēti di
vocato, veritus ei diffidere, à cœna oppressus est. Sed ne longio
sim, lege orationem Dion. Chrys. περὶ ἀπιστίας.

Pulegium. *Pulegium.*] Siti & vinolentię contrarium, cuius vires permu
tas habet, Plin. lib. 20. cap. 14. & Apul. De herbar. virtutib. ca. 9
multa.

Heraclitus vt concordiam suaserit. *Heraclitus.*] Heraclitus in seditione quadam rogatus à ciui
bus, vt cōcordiam suaderet, suggestum ascēdit, calcem frigid
compleuit, infusam digito farinam miscuit vnà cum pulegio
ídque bibit, & hinc discessit: nimirum reipsa loquens, plerūq
seditiones ex luxu rerúmque superfluarum vsu oriri: inter eo
autem facilè constare concordiam, qui modicis ac tantùm ne
cessariis essent contenti. Plutarchus De garrulitate.

Magna vis est orationis non modò, sed & gestus viri boni. *Quo turbam ostenso, &c.*] In eo nonnullis fortasse σκοτεινὸς hu
bendus est Heraclitus, sed certè hac ambage, & symbolis apho
nis plus fortè persuasit, quàm alius quispiam oratione prolixi
sima, siquidem πολλῶν πάνυ καὶ μακρῶν περιόδων ἓν ῥῆμα καὶ μῦ
πίστιν ἔχοντες ἀνθρώπων πυριώτερον ἄγεται: Plerūque vir, cuius pe
specta fides est, vno verbo vel nutu longas aliorum oration
superat. Sic enim fidē fecit Amasidi Pittacus, cùm linguam im
molatitiæ victimæ remisit, tanquam membrum omnium n
optimum, vel pessimum. Sic Anacharsis, cùm apud Solonem n
pertus est eo gestu dormiēs, vt dextram haberet admotam o
sinistram pudendis: vt significaret maiore studio & cura lingu
esse cohibendam, vt pars omnium maximè rebellis. Quid enim
vel Sciluri facinus ad concordiam suos liberos adhortantis, v
Tarquinij superbi summa papauerum capita baculo decutien
huc commemorem, cùm hæc iam vulgò trita sint? Olim enim
cùm nondum Platonis opera, vel Carneadis, aut Chrysippi s
pientia loquax esse didicisset, omnia breuibus oraculis, aut sym
bolis, interdúmque ἀφώνοις, non minus commodè tradebantu
quæ pertinerent ad vitæ humanæ cultum & informationem.
Sed audiamus Plutarchum ea de re studiosè commentario πῶ
ἀδολεσχίας differentem: οἱ δὲ, inquit, συμβολικῶς ἄνευ φωνῆς ἃ λ
φράζοντες ὀκ ἐπαυνῦνται, καὶ θαυμάζονται διαφερόντως, ὡς Ἡράκλει
τος, ἀξιοῦντων αὐτὸν τῶν πολιτῶν γνώμῃ τινὰ εἰπεῖν περὶ ὁμονοίας
ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ λαβὼν ψυχρὸν κύκεωνα, καὶ τῶν ἀλφίτων ἐπ
πάσας, καὶ τῷ γλήχωνι πιόνας, ἐκπιὼν ἀπῆλθεν, ἐνδειξάμενος αὐτὸ
ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσι ἀρκεῖσθαι, καὶ μὴ δεῖσθαι ἕτερων πολυτέλειαν, ἐν εἰρήνῃ κα
ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις.

Ayuntamiento de Madrid

τῇ παρίβαν; τί ἴρεξα; τί μοι δίον οὐκ ἐτελέθυ;

EMBLEMA XVII.

ITALICÆ *Samius sectæ celeberrimus auctor*
Ipse suum clausit carmine dogma breui:
Quo prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?
Hanc rationem orgens reddere quicunque sibi.
Quod didicisse Gruum volitantum ex agmine fertur,
Arreptum gestant qua pedibus lapidem:
Ne cessent, neu transuersas mala flamina raptent,
Qua ratione, hominum vita regenda fuit.

HVnc Pythagoræ versiculum in primis obseruari diligenter, & addiscì cuperem, ab iis maximè qui studia liberalia sectantur, & ex iis fructum aliquem sperant vberrimum. Per-

BIBLIOTECA MUA

Ayuntamiento de Madrid

Errores eorũ quis literas addiscunt,

multi enim ex iis peccant, quòd nõ satis attẽti septa, vt ita dicã, lectionis transiliunt; & aliis rebus animum applicantes, non videt se abscedere ab eo laudabili & ingenuo instituto, cui nomen dederunt. Alij sunt, qui quanquam laborioſi, non sunt attenti satis, aut adiiciunt animum ad quæ agunt: Alij denique, quanquam multa, & quidem sæpè diúque agant, tamen innumerabilia, aut certè multa prætermittunt in transcursu, quæ ad instituti laboris perfectionem valde conducerent. Sed præstat Alciatum magistrũ audire citiùs, qui ita suos auditores adhortatus est quadam prælectione, ab iisdem primùm rogatus, qua

Locus Alciati ex prælectione quadam.

præcipuè methodo in studiorum cursu esset vtendum: Præcat nobis (inquit ille) vetustissimus Italicæ Philosophiæ auctor Pythagoras, qui discipulos suos carmine Græco, quod maximè necessarium adipiscendæ disciplinæ esset, admonuit, quodque quotidie eos in ore habere iussit. Id est eiusmodi: πῦ παρέβω, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτέλεσσα, Etenim hæc tria non tam

1. Quò transgressus.

præcepta, quàm oracula vnicuiq; nostrùm semper ante oculos esse debent. In primis scilicet, ne qua in re aut excidas, aut trãsuersus ab instituto tramite feraris. quod iis cõtingit, qui aliis in rebus animi intentione occupata, ad scholas tamen accedunt: vt qui vel amore capti, vel armis rixisq; dediti, vel aleæ lusuiq; mancipati, vel artibus illicitis addicti, scholastici tamen nomẽ seruant. In hos Annæus Seneca veteris Iurisconsulti verbis inuehitur. Etiam magna, inquit, pars vitæ elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus. Qui enim auribus solis præsentes, mentem aliò intendunt, ij aliud agere Latinis dicuntur. Alterum est, vt attendamus ad id quod agimus: vt cùm quid boni à nobis factum fuerit, magna voluptate afficiamur: si verò quid malè vertisse viderimus, in futurum abstineamus. Etenim præmium virtutis maximum ipsa est animi voluptas. Iisce enim iu-

2. Quid agis?

uenibus, qui in sophisticis cauillationibus, vel legum optimarum ambagibus diutiùs immorantur, rectè quis dixerit: Vide quid agas. Cuius rei exemplum in huius anni lectionibus accipi potest. Fuerunt florẽte Romano imperio varij in eorum Republ. magistratus: vt Præfecti prætorio, vt Proconsules, vt Præsides prouinciarum, vt clarissimi, vt spectabiles, vt illustres: & si qua alia sunt huiusmodi nomina. Hæc hodie mutata Reipubl. forma exoleuerunt, nec vllo in vsu permanserunt, sed vnusquisque iudex eam habet cognominationem, quæ sibi vel lege municipij vel Principes sui diplomate concessa est. Ideóque parum refert diutiùs in veterum magistratuũ muneribus digno-

scen

Ayuntamiento de Madrid

scendis versari. Bartolus certè & veteres nō vltra tres, aut quatuor lectiones hac in re videntur consumpsisse. Quòd si quis maiorem anni partem hoc in argumento transigere velit, huic rectè præceptum Pythagoricum insusurrabitur, Vide quid agas. Supereſt tertium, ne quid agendū omittamus, in quo sanè adeò peccant vniuersi studiosi, vt vix vllum superſit remedium. Et hæc quidem Alciatus: cuius disputationem, & apertam diluci-dámque huius carminis explicationē huc attexere malui, quàm quidpiam aliud comminisci, aut aliundè minus opportunè inculcare. Constet ergo inter nos omnem humanæ vitæ lapsum in tribus esse potissimùm, aut cùm secus quàm oporteat, facimus, quod est plus, quàm deceat: aut quod omissum oportuit: aut omittimus quod erat faciendum. Priori respondet illud, πῆ παρέβλιω, quò transgressus? alteri verò, τί δ' ἔρεξα. quid feci? tertio, τί μοι θεὸν οὐκ ἐτελέσθη, quid feci non conueniens? Solebat itaque suos hortari Pythagoras, vt perpetuò id carminis in animo versarent. Sic autem ille in Aureis carminibus:

3. Quid omittis agendum?

Triplex hominum lapsus.

Aurea Pythagoræ carmina.

Μὴ δ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἕργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῆ παρέβλιω, τί δ' ἔρεξα, τί μοι θεὸν οὐκ ἐτελέσθη,

Quæ interpretatus est auctor epigrammatis de viro bono, his quidem verbis:

Non prius in dulcem declinet lumina somnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei:
Quæ prætergressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus abfuit, aut ratio illi?

Lepidissimum hoc Pythagoræ carmen vidit Seneca lib. 3. De ira, c. 36. cuius verba non piget huc adiicere: Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, vt consummato die cùm se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum, quod hodie malum tuum sanasti? cui vicio obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quàm tranquillus, altus ac liber, cùm aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui, censorque secretus cognoscet de moribus suis? Vtor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cùm sublatum è conspectu lumen est, & conticuit vxor, moris iam mei conscia, totū diem

Præclarus Senecæ locus.

Ayuntamiento de Madrid

mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo, quare enim quicquam ex erroribus meis timeã, cùm possum dicere: Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco, &c. Neque est alienum etiam quod relatum est apud Apuleium 1. Florid. de Gymnosophistis loquens: Vbi, ait, mensa posita, priusquàm edulia apponãtur, omnes adolescentes ex diuersis locis & officiis ad dapem conueniunt. Magistri perrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius se cõmemorat inter duos arbitrum delectum sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse. Itidem alius, sese parentibus quidpiam imperantibus obedisse, & alius aliquid meditatione sua reperisse, vel alterius demonstratione didicisse: denique ceteri commemorant. Qui nihil habet ad offerre, cur praudeat, impransus ad opus foras extruditur. Hęc Apul. Confer Hieroclis commẽtarium ad carmina Pythag. & Arrianũ dissertationum Epicteti lib. 4. c. 6. huc enim transferre singula, nihil attinet. Ceterùm Gruem cum lapillo depictam, prudentiæ symbolum fuisse notum est. Docent enim probatissimi auctores, lapillum Gruem ideò ferre, dum in sublime volant, vt illius lapsu explorent, supra terrámne an mare volitent: quod ex sono intelligunt, ac proinde considẽdum, an vlterius progrediendum sit. Maximus Tyrius disputatione 40. lapilli arrepti aliam rationem adfert, nimirùm quod propter imbecillitatem corporis aláque parum fultas, instar nauis fluitent à ventis impulsæ, quod cùm intelligunt, non ante se volatui credunt, quàm lapidem apprehẽderint, firmamentum videlicet vacillaturi volatus, salutisque custodiam. Harum prudentiam cùm non ignoraret cordatus homo Deucalion, à diluuij fluctibus seruatũ aiunt gruum beneficio: quarum quidem superuolitantium clangore admonitus enatauit, teste Pausania. Non erit huc conferre alienum, quod scitè & ad hunc locum accommodatè Plutarc. retulit lib. πέτιρα τ ζώων φρονιμώτιρα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα. sic enim habet: ἡ δὲ γεράνων μεταβολὴ τῆς πίκους πρὸς αὔριον, οὐχ ὑπὸ γένους ὄρνις, ἀλλὰ τοῦτο κοινῇ πάντες ἰχθύες νοοῦντες, ἀεὶ περὶ νῦμα καὶ ῥοῦν ἀντινήχονται, καὶ παραφυλάττουσιν ὅπως μὴ κατὰ ῥοῦν προσφερόμενοι τῷ πνεύματι, ἢ λίπις ἀναπλησομένη λυπῇ τὸ σῶμα γυμνούμενον καὶ διατραχυνόμενον ὅθεν ἀεὶ συνέχουσιν ἑαυτοὺς ἀντιπράττοντες. σχίζομένη γ' ἅτε κατὰ κορυφὴν ἢ θάλασσα, πάτι βραγχία καταστέλλῃ, καὶ κατὰ τ ὑπερανείας ῥέουσα λείως πίπτῃ, καὶ οὐκ ἀνίστησι τὸ ῥεμβόδες. id est, Illa verò gruum ad ventum

Apuleius de Gymnosophistis.

Gruis symbolum.

Gruum volatus.

Ayuntamiento de Madrid

tum aciei commutatio, non vnius, sed & vniuersi maritimi generis est: siquidem & æstum fluctúsque contrà natando niti, & eadem de causa aquaticis omnibus mos est: cauent quippè ne ventus à tergo incumbens, squamas subrigat cieátque, atque ita nudatum & exasperatum corpus vulneret. vnde in ventum obnixíque fluctibus cursum dirigunt: sic enim à vertice scissi fluctus & branchias cohibent, & per summa delati minus infestant, & horrorem non incutiunt. Hæc ille. Ascriberem alium locum non minùs cõmodum ex eo quem scripsit ipsemet De animal. solertia libro: sed indicare duntaxat hic mihi satis esto. Ammian. Marcellin. lib. 18. de Barbatione garrulo quodam nebulone, eodémque proditore: Ignorabat, inquit, notum Aristotelis sapiens dictum, qui Callisthenem, sectatorem & propinquum suum, ad regem Alexandrum mittens, ei sæpe mandabat, vt quàm rarissimè & iucundè apud hominem loqueretur, vitæ potestatem & necis in acie linguæ portantem. Ne sit hoc mirum homines profutura discernere nonnunquam & decentia, quorum mentes cognatas cælestibus arbitramur: animalia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri silentio solent, vt exemplum est perquam notum: Linquentes orientem grues ob calorem, plagámque petentes occiduam, cùm montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantem, timentes fortissimas volucres, rostra lapillis occludunt, ne eis eliciat vel necessitas extrema clangorem: iisdémque collibus agiliore volatu transcursis proiiciunt calculos, atque ita securius pergunt, &c. Nescio an huc conferre ausim Virgilij illud ex 10. Æneid.

— quales sub nubibus atris
Strimoniæ dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiúntque notos clamore secundo.

Vide Plin. lib. 10. cap. 23. Pierium Hieroglyph. lib. 17. & Prouerb. Grues lapidem deglutientes.

Italicæ Samius sectæ, &c.] Pythagoram Italicorum Philosophorum sectæ auctorem fuisse testatur Cic. 1. Tuscul. & D. Augustin. in lib. De ciuit. 8. cap. 2. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnante, tenuitque magnam illam Græciam cum honore & disciplina, tum etiam auctoritate. Multáque post sæcula sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli docti alij viderentur. Samius autem ab insula Samo denominatus est. Huius vitam pete ex Laërtio, Plutarch. Plin. lib. 2. Gellio lib. 1. & 4. De huius doctrina Ouid. Metam. 15. Pythagoras.

Quò

Ayuntamiento de Madrid

Quò prætergressus?] Lege Prouerb. Quò transgressus?

Quod didicisse gruum.] Ex volatu gruum prudentiam hanc in rebus agendis nobis proposuit, nimirùm ὡς αἰσχύνεσθαι τὸς λογισμὸς ποιεῖν ἢ φρονεῖν ἃ μὴτ' ὄφελος : vt vereri addiscant homines rationis participes, si deteriores se præstiterint auibus in vitæ actionibus.

Mala flamina.] Aduersi & impetuosi venti.

Prudentes.

EMBLEMA XVIII.

IANE bifrons, qui iam transacta futuraque calles,
Quique retro sannas, sicut & antè, vides:
Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus? an quòd
Circumspectum hominem forma fuisse docet?

Ianum

IAnum biformem seu bicipitem veteres quidã plastræ & pictores effinxerunt, vel quòd ferinũ & siluestrem cultum suorũ hominũ in ciuilẽ mutarit: vel quòd pater Græcæ & Latinę gẽtis crederetur: aut quia Solem, quem eundem cum Iano volebant esse, cælestis aulæ ianitorem putarent, quippè qui eam oriens aperire, occidens verò claudere videretur. Sed tamen id tam celebre, variisque nominibus decantatum Iani bicipitium quamplurimi ad solertiam prudentiamque regis retulerunt: si quidem prudentis est præterita nosse, futuris verò multo antè prouidere. quod significauit Persius, inquiens: Ianus biceps cur. Prudentis officium.

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. Terent. in Adelph.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, *Prospicere.*

Et certè hic regis optimi typus est, qui cùm ceteris præsit, debet etiam prudentia, aliisque virtutibus antecedere. Neq; enim alia ratione puto Ægyptios oculum in sceptro regio suis hieroglyphicis designasse, quàm vt in Principibus, summísque Regibus maximè, prudentiam, tanquam Reipub. vigilantem ac prospicientem oculum esse debere significarẽt. Hoc de figmẽto multi Poëtæ luserunt, quorum alij ad alia ingeniosè traxerunt. Ouid. 6. Fastor. Typus optimi regis.

—— *Videt Ianus quæ post sua terga geruntur.*

Sed maximè in primo, vbi faciei duplicis rationes alias adfert. Macrob. 1. Saturn. Creditur inquit, geminam faciem prætulisse, vt quæ ante, quæque post tergum essent, intueretur. Quod procul dubiò ad prudentiam regis, solertiamque referendum est, qui & præterita nosset, & futura prospiceret, sicut Anteuorta & Postuorta, diuinitatis scilicet aptissimæ comites apud Romanos colũtur. Quò spectat adagium πρόσω καὶ ὀπίσω, A fronte & à tergo: quod est diligẽter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Eundem fuisse Ianum cum Noëo (qui post diluuium vitem vinumque adinuenit) auctor est Berosus, (nisi tamen nos fallit Berosi nomen) quanquam dissentiat Lilius Gregorius sub finem Syntag. 4. Sed bicipitij huius causam aliam & eãdem penè attulit Plutarch. in quæstion. Romanis: Nempè quòd genere Græcus ex Perrhœbia fuerit, atque in Italiam profectus, sedibus apud barbaros positis, linguã vitæque rationem mutauerit. sic enim fama receptum est? vel quòd Italos, qui ferinis essent adhuc moribus, quiq; iniustè viuerent, ad aliud vitæ traduxerit & reuocari institutum, ita vt agriculturam & ciuilem cultum eos docuerit. Sic verò ille: διὰ τὸ Macrobij locus. Ianus idẽ qui Noëus.

Ayuntamiento de Madrid

περὶ τὸν Ἰάνου διπρόσωπον δίουται γιγνόμενα, καὶ γράφουσιν ὅτως καὶ πλάττουσιν, πότερον ὅτι τῷ μὴν γένει ἕλλην ἐκ περραιβίας ὢν (ὡς ἱστοροῦσι) διαβὰς δὴ εἰς Ἰταλίαν καὶ συνοικήσας τοῖς αὐτόθι βαρβάροις, μετέβαλε καὶ γλῶττα καὶ δίαιταν, ἢ μᾶλλον ὅτι τὸς περὶ τὸν Ἰταλίαν αὐτὸς ἀγρίους καὶ ἀνόμους χρωμένους ἐθισινεὶς ἕτερον βίον σχῆμα, πῆσας καὶ γεωργεῖν καὶ πολιτεύεσθαι, μετέβαλε καὶ μετεκόσμησε,

Imago Iani bifrontis, ſed corona ſpicea in numis etiam nũc conſpicitur, tributa Pompeio ob curam annonæ, de qua Eriſius in Nomiſmatis: qua ſimilitudine deceptus Theodor. Canterus eandem effigiem Iano tribuit lib. vlt. Variar. lection.

Sannas.] Irriſiones ab occipitio diſtorto, & labris contortis, Perſ. 1. Satyr. *Occipiti æco, poſticæ occurrite ſannæ.*

Sanna.

Prudens

Ayuntamiento de Madrid

Prudens magis quàm loquax.

EMBLEMA XIX.

NOCTVA Cecropiis insignia præstat Athenis,
Inter aues sani noctua consilij,
Armiferæ meritò obsequiis sacrata Mineruæ,
Garrula quo cornix cesserat antè loco.

VErborum parsimonia sapientes maximè decet, eorumque perspicacitas in rebus obscuris & difficilibus agnosci versaríque debet. Eo enim præcipuè differt ab imperito & stulto prudens, rerúmque sciens, quòd pauciloquus, quodque oculatus in iis sit, ad quæ alij conniuent, vel oculorum mentis obscura caligine cæcutiunt. Eius quidem rei symbolum est Noctua, olim Athenienſium insigne, ac Mineruæ sacra, nimirùm propter

Pauciloqui sapientes.

Ayuntamiento de Madrid

propter oculos cæsios : quod indicat parœmia, γλαυξ ἵπταται: prisci enim Athenienſibus Noctuæ volatus, victoriæ ſignũ cen ſebatur. Iuſtin. lib. 23. rei huiuſce cauſam Hieroni duci aſcribit cui adoleſcenti prima bella ineunti, Aquilam in clypeo, Noctuam in haſta conſediſſe refert. Quod oſtentum, & in conſilio cautum, & manu promptum, Regémque futurum ſignificabat. Alij malunt referre ad numum aureum & argenteum, in quo inſculpta erat Noctua. Vnde fluxit prouerb. Noctuas Athenas: Pierius 20. Hieroglyph. Gyrald. Syntagm. 11.

Cur noctua Minerue ſacra, & Athenarũ ſymbolũ.

Sed quorſum hoc Emblema, dixerit aliquis, aut quodnam ar gumentum habet? Nimirum ciuitatem optimis moribus ac legibus inſtitutam ſapientia, conſilio maturo, recta prudentia firmari, ſpreta inani hominum loquacitate. Itidẽ de ſingulis magiſtratibus, quique Remp. adminiſtrent, eſt ſtatuendum: qua ratione Demoſthenes, aliique boni oratores aduerſos habebã demagogos, blãdósque concionatores qui vulgi cupiditatibus inſeruiebant: nec minùs eos inſectabantur quàm ſophiſtas ob ſtreperos optimi quique Philoſophi. Certè epigraphes argumentum, quod habet inſtar oraculi, *Prudens magis quàm loquax*, poſſem nõ incommodè illuſtrare Fabij Maximi exemplo, qui quẽpore Annibalem iuueniliter exultãtem ſua patientia fregit, multis cõuiciis militari laſciuia impetitus, non ponebat rumores ante ſalutẽ: niſi occurreret laudatũ Eteonici facinus. Is Lacedæmoniis præfectus, cũ accepiſſet ſuos milites in inſula Chi annona laborantes tacitè cõiuraſſe in inſulares Chios vtq; ſe diſcernerent, arundinem manu pileóue circuntuliſſe: cenſu ille non aperta vi (quod fieri commodè non poterat) agẽdum ſed quindecim delectis comitibus per vrbem incedẽdo, qui primus ei obuiam veniebat arundinem habens, obtruncari iuſſit. Cauſſam ſciſcitantibus nihil aliud reſpõdebat, quàm id à ſe factum, quòd geſtaſſet arundinem. Itaque ceteri coniurati arundines ſtatim depoſuerunt. Imò Eteonicus Chiis conuocatis nullũ quidẽ de cõiuratione verbum fecit, ne metũ aut ſuſpicionẽ iniiceret, ſed pecunias imperauit, quas iuſſit militibus diſtribui, ne quid noui molirentur. Ii ſtatim paruẽre. Sic paucorum pœna periclitantibus multis occurſum eſt. Retulit Xenoph. rerum Græcar.

Athenæ vnde nominatæ.

Cecropias Athenas.] Athenas Cecropias à Cecrope Rege, Atheniẽſes Cecropidas appellari, iam in ſuperiorib. attigimus. Athenæ autem ἀπὸ τῆς ἀθλωσεως (ne iterum adhuc repetere cogamur) hoc eſt, Minerua, quæ nomen huic ciuitati impoſuit

D. Au-

Ayuntamiento de Madrid

D.Auguſt.18.De ciuit.c.9. ex Varrone diuerſum ab aliis ſentit. Vide Platon.in Cratylo.

Armiferæ Mineruæ.]Minerua ex cerebro Iouis armato proſiliit.Mihi ſuccurrit illud Anacreontis de roſa:

Minerua cur armata è Iouis cerebro proſiliit.

Πολεμοκλόνου τ' ἀθυπλίου
Κορυφῆς ἐδάννυε Ζεύς,

Id eſt, vt cùm è vertice Iouis exiliit armata ſcuto & haſta Minerua:& Ouid.6.Faſtor.

Creditor armiferæ ſignum cæleſte Mineruæ.

Idem 2.Amorum,eleg.6.

Viuit & armiferæ cornix inuiſa Mineruæ.

Martial.initio epigramm.

Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ.

Meminit & in Olympiis Pindar.Ode 7.Armata autem fingitur (ait Phornutus) in ipſo ortu, quòd ſapientia ſuis ipſius præſidiis ſatis inſtructa ſit ad maximas & difficillimas res obeundas. Deinde artium omnium & belli Dea, quòd & diſciplinarum liberalium vſum, & bellorum adminiſtrationem ſine ſapientia manca,& inanem eſſe intelligimus.Pindar.Scholiaſt.

Armata cur Pallas.

Armiferæ merito,&c.]Noctuam dicatam fuiſſe Palladi,repudiata cornice, copioſè tradit Ouid. 2. Metamorph. Minerua Erichthonium Cecropis filiabus ciſtella viminea incluſum,ſeruandum tradiderat,& ne aperirēt,interdixerat. Quod cùm neglexiſſent, Coronis factum Mineruæ indicauit, vnde ab eiuſdem comitatu repulſa eſt,& in cornicem mutata.Sic enim conqueritur:

Noctua cur Palladi ſacra, reiecta cornice.

— *Mihi gratia talis*
Redditur,vt dicar tutela pulſa Mineruæ,
Et ponar poſt noctis auem: mea pœna volucres
Admoniſſe poteſt,ne voce pericula quærant.

Cuius poſtrema verba mythologiam habēt.Garruli enim, quiſque nimio linguæ vitio laborant, haud vnquam poſſunt cum ſapientibus & cordatis viris habere cōmercium:quin vbi apud eos aliquid effutierint, tandem odioſa infamiæ labe aſpergūtur,& à conuictu laudato virorum honeſtorum, & virtutē inſignium abeſſe coguntur.De noctuę prudentia Dion Chryſoſtomus doctè ac lepidè oratione Olympica,quę eſt 12.Hoc etiam addere non grauabor,quòd Alciatus ſcribat, Mineruæ noctuā meritò conſecraram,nempe ab Euſtathio ingeniosè ad 1.Iliad. rationem redditam:γλαῦκα ſacram eſſe τῇ ἀθρητικῇ ἀθλιᾷ, διὰ τὸν πρὸς τὸ ἀθρεῖν τῶν γλαύκων τοιοῦτον : quia nimirum ἀθρεῖν & γλαύκειν idem ſignificent.

Ayuntamiento de Madrid

Cornicum & vlularū diſſidium.

Garrulæ quo cornix.] Memini legere me apud Plutarch. De odio & inuidia, inter cornices & vlulas perpetuum eſſe diſſidium, quarum vel occiſarum ſanguinem permiſceri quidam negant: vt etiam ſi quis confundat, vtrumque ſeorſum diffluere narrent. Ælian. lib. 3. c. 9. de animalib. perſpicuè idem tradit. ἐπεὶ δὲ ἡ γλαὺξ τὴν κώτῃ (ſupple κορώνῃ) πολέμιον, καὶ νύκτωρ ἐπιβουλεύει τοῖς ὠοῖς τῆς κορώνης, διὰ μεθ' ἡμέραν ἐκείνῳ ταῦτο δρᾷ τοῦτο εἰδῷα ἔχειν τῷ ὄψιν τῷ γλαυκὰ τῶν κατὰ ἀδενῆ.

Matu

Ayuntamiento de Madrid

Maturandum.

EMBLEMA XX.

Maturare iubent properè, & cunctarier omnes,
Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.
Hoc tibi declaret connexum echeneide telum:
Hæc tarda eſt, volitant ſpicula miſſa manu.

Vitanda nimia celeritas & nimia tarditas.

IN rebus arduis, & quibus neglectis aliquid periculi eſſe poteſt, cauendum à nimia celeritate, atque etiam mora: ſed videndum maximè, vt maturè non modò ſuſcipiamus, ſed & conſectemur quod nobis propoſitum eſt, ne hac vel illac aberrãdo parte nos quodammodo pœniteat. Plutarch. oratione ad Apollonium: σοφὸν δὴ, τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐπ' ἦνιαχυ περιαῶς: Sapientes iſtud quidem, Ne quid nimis, præter modum celebrarunt. Laudatur & illud Phocylidis:

Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίας δ' ἀλιτεινάς:

Eo enim vel maximè nomine Ariſtidem vrbe pepulerũt Athe-

Ayuntamiento de Madrid

nienſes, quòd nimis iuſtus eſſe videretur. Eodem penè modo Epheſij Hermodorum. At vt modum aliquem exemplis etiam imponamus, hoc vnum addamus ex Liuio: In bello Punico ſecundo, Terentio Varroni, homini iuueniliter exultãti & temerario datus eſt collega Paulus Æmilius, maturus ætate & conſilio, vt ſua prudentia feruorem alterius temperaret. Sic Fabium Max. creatum aliquando belli ducem memini, cum quidem cũctatorem & maturum, vt Marcelli celeritatem reprimeret. Id ſi placet ad nimiam quorundam ſtudioſorum induſtriam referre, ſic ſtatuo. Præceptum hic eſt rebus in omnibus agendis validiſſimum, quo aurea mediocritatis regula commendatur. Sicuti nihil magis expedit quàm agrum optimè colere: ita ſæpe putatur inutiliſſimum nimio ſe labore confícere. Plantæ aqua mediocri aluntur; immodica ſuffocantur; ſic iuuatur ingenium laboribus ac ſtudiis moderatis; contrà obruitur ſi immoderatè exerceas. Nam vt plerũque luſciniis euenit ob nimium canendi ſtudium, quo mirificè delectantur, vt in eo exſpirent, nempe quas, vt ait Plinius, ſpiritus deficiat citius, quàm cantus: ita nõnulli, ſtudiis intenti plus quàm par ſit, in ipſo conatu intei dum emoriuntur. Cæterum nulla opera, quanquam ab illuſtri artifice profecta, commendatur, quę immoderata ſit, vt Apelles Protogenis tabulas admirabatur quidem, vt immenſi laboris: in hoc tamen non laudabat, quòd manum ponere de tabula vir ynquam poſſet, ſignificabat ei nocere nimiam diligentiam; quam etiam in compoſitione Iſocratea reprehendit Fabius: adeò modus in rebus, & certi denique fines ſpectandi ſunt in omni capiendo conſilio, labore ſuſtinendo, aggrediendo, perficiendóque negotio, vt quod ait Flaccus,

Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltrà quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Quibuſdã certè in negotiis celeritate opus eſt: mora obeſt, hoc enim citat ex neſcio quo Plutarch. τὸ μέλλον ἀγώνων, προῤῥαγὲν ἀρετῶν εἰς ἀπονυχίαν ἔβαλε σκότον: Certaminibus iam propoſitis, cunctatio virtutem profundas in tenebras deiicit. Itaque M. Curtius Dentatus Conſul, cùm delectũ ſubitum coactus eſſet educere, nemoq; iuniorum reſpondiſſet, coniectis in ſortem tribubus omnibus Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen extractum vrna citari iuſſit, eo non reſpondente, bona haſtæ ſubiecit. Quod cùm illi nunciatum eſſet, accurrit ad tribunal Conſulum, collegiumq; tribunorum appellauit. At Cõſul Dentatus appellationẽ non recepit, bona eius & ipſum vendidit, non tam

feſtina

Ayuntamiento de Madrid

festinatione pœnæ, quàm præueniendi periculi causa, quando res, tumultusq; belli moram dilationemque non reciperet, dum interim cognosceretur de excusatione aut immunitate. Retulit Val. Max. lib. 6. Aliis in rebus probatur tardum consilium vt multo præstantius: contrà nimium præceps damnatur, vt quod adiunctam pœnitentiam habeat. Sic Lucian. epigram.

Η' βραδύπους βελτὴ μεγ' ἀμείνων, ἡ δ' ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένῳ πλὼ μετάνοιον ἔχει.

Sed de his iam satis. Virtus ea maturitas appellatur, illa quidem media inter celeritatem nimiam & tarditatem. Nigidius apud Gellium lib. 10. c. 11. Maturè, inquit, est quod neque citius est, neque serius, sed medium quiddam & temperatum est. Bene atque propriè Nigidius. Nam & in frugibus & in pomis matura dicuntur, quæ neque cruda & immitia, neque caduca & nimiū cocta, sed tempore suo temperatè adulta. Interpretationē hanc Nigidianā duobus verbis elegantèr expressit Augustus Cæsar: nam & dicere in sermonibus, & scribere in epistolis solitum ferunt σπεῦδε βραδέως, per quod monebat, vt ad rem agendā simul adhiberetur & industriæ celeritas, & tarditas diligentiæ: ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Sic Poëta Neptunū inducit discessum ventis imperantem, vt & citò discedant, tanquam fugiant, & tamen flandi mediocritatem in regressu teneant, tanquam maturè. i. temperatè abeuntes. Veretur enim, ne in ipso discessu classi noceant, dum raptu nimio tanquam per fugā redeūt. Ceterum id duabus notis Hieroglyphicis ob oculos ponitur. Telum enim velocitatis agilitatisque indicium est, vt explicat lib. Hieroglyph. 42. Pierius. Remora autem impedimentum & tarditatem designat, idē lib. 30. Alij rem planè eandem significantes, Delphinum Remoræ adiunxerunt, vt Paul. 3. Pont. Max. Alij anchoram Delphino copulārunt, vt Aldus Manutius nobilis typographus. Erasmus Prou. Festina lentè, id pluribus explanauit: in quod vberrimum copiosæ orationis quasi fluuium congessit.

Maturitas.

Augusti dictum.

Telū quid.

Remora quid.

Echeneide. Remota, vel echeneis, à sistendis nauibus sic appellata, παρὰ τὸ ἴσχειν τὰς ναῦς, ναῦς, de qua in sequentibus opportunius.

Volitant spicula missa manu. Ouid. ferè sic 1. de Ponto, eleg. 4.

— *Sarmatica spicula missa manu.*

Nescio an huc etiam rectè contulero quod de Cymodocea Nympha Virgilius in decimo:

— *Fugit illa per vndas*
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta,

Ayuntamiento de Madrid

In deprehenſum.

Emblema XXI.

IAMDVDVM *quacunque fugis, te perſequor: at nunc*
Caſſibus in noſtris denique captus ades.
Amplius haud poteris vires eludere noſtras:
Ficulno anguillam ſtrinximus in folio.

Fugax tandem deprehenſus.

ALlegorica proſopopœia in quemuis deprehenſum, & fugacem, qui ob ſcelera notatus ſemel atque iterum è magnibus iudicum ſublatus, & pro temporis occaſione ſubterfugiis vſus, non tamen poſſit effugere & expedire ſeſe, ſi tandem correptus arctiori nodo illigetur. Id faciè & commodè poterit illuſtrari nobilibus hiſtoriis, de Perſe, Pſeudophilippo, Iugurtha, qui Romanorum infeſtiſſimi hoſtes dolis, fraudibus, ſubterfugiis vſi, vt vix capi poſſe viderentur, tandem tamen ſuc-

cubu

cubuerunt: sed libri sunt in omnium manibus. E multis quę occurrunt, vnum sublegere placet ex Iustino: Hanno Carthaginiensis adeò dives erat, vt ceteros ciues opibus anteiret, is de occupando regno cogitauit, sed interfecto primùm senatu: quod machinatus simulatis filiæ nuptiis, plebi in porticibus publicis, Senatui suas in domo epulas parari mandauit, vt poculis veneno infectis senatores tectius enecaret, & ita Remp. inuaderet. Quo tamen consilio nefario per ministros detecto, magistratibus placuit scelus declinari, non vindicari; periculum enim erat ne plus negotij exhiberet res cognita, quàm cogitata. Itaque decreto cohibuerunt, vt modus nuptiarum sumptibus statueretur. Quo consilio præuentus Hanno, seruitia concitat, rursúsque constituta cædibus die, cùm iterum se proditum vidisset, munitum castellum cum viginti seruorum millibus occupauit, sed comprehensus est ad extremum, dum sibi conatur Afros, & Mauritanos conciliare. Virgis cæsus, effossis oculis, & manibus cruribúsque fractis, necatus est: corpus verberibus lacerum cruci affigitur. Filij quoque cognatique, quáquam innoxij, vltimo supplicio affecti. Sed ne sim longior, id & opportunè torqueri potest in eos qui fallacis sunt fidei, quique crebrò furtim se subducunt ab iis, apud quos verum dicere necesse habeant: vti plerosque (heu nimium multos) nostra hac tempestate vidimus, qui aliud in ore promptum habent, aliud in pectore clausum tenet, quod de Catilina Sallustius ait; sicque imponere aliis assueuere, vt non vereantur perfricta fronte pertinaciùs obsistere iis quos sibi iustè interdum aduersari norunt. Quod & accommodari potest in pertinaces quosdam & refractarios, qui diuinis oraculis demum in nostram sententiam pertrahuntur, cùm eos nihil morentur humana. Ducta est similitudo à natura anguillæ; quæ quia sit lubrica, facilè contineri nequit, nisi folio fici scabro & aspero. Lege prouerb. Cauda tenes anguillam: & Anguilla in strigmento, in Erasmicis & Iunij adagiis. Anguilla lubrica.

Ficulno anguillam, &c.] Allusio ad Prouerb. Folio ficulno anguillam. Cui potest videri aliud finitimum quod refertur ab aliis, inter Orci cancros adhærere: pro arctè irretiri, vt nulla pateat effugij ratio.

Ayuntamiento de Madrid

Cuſtodiendas virgines.

EMBLEMA XXII.

VERA hæc effigies innuptæ eſt Palladis: eius
Hic Draco, qui dominæ conſtitit ante pedes.
Cur Diuæ comes hoc animal? cuſtodia rerum
Huic data: ſic lucos, ſacráque templa colit.
Innuptas opus eſt cura aſſeruare puellas
Peruigili. laqueos vndique tendit amor.

Cur Palladis ſimulacrum Draconem premerat.

PHidias clariſſimi nominis ſtatuarius, Palladis ſimulacro Draconem appoſuit, quem pedibus Dea cõprimeret: quo ſignificabat virgines & puellas (fuit enim Pallas virginitatis numẽ) peruigili cura continendas eſſe, vt ea ratione ſit optimè mulie

muliebri pudicitiæ consultum. Nunquam est enim committendum, vt otio sese dedant, aut plus quàm satis est, vagentur: quandoquidem eo sexu nihil fragilius sit aut imbecillius. Val. Maximus lib. 6. refert exemplum longè præclarum de Publio quodam Mænio, qui se pudicitiæ accertimum vindicem præstitit. Nam in libertum suum, quanquam admodum gratum sibi, animaduertit, quòd filiæ suæ iam nubili osculum dedisset: cùm præsertim non libidinè, sed errore lapsus videri posset. Et quidè pœnæ grauitate, teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni æstimauit: eiq́ue tam tristi exèplo præcepit, vt non modo virginitatem illæsam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret. Sanè Draco à visu, quem acutissimum habebat, nomen apud Græcos habuit, id est παρὰ τὸ δέρκεσθαι: nam δέρκομαι est, acutissimè video: vt & ὄφις, serpens, ab ὄπ|ω, ideóque Palladi sacer est, quia vocabulum id παρὰ τὸ πάντα ἀθρεῖν καὶ βλέπειν, καὶ περὶ πάντων νοεῖν, factum plerique tradunt, prudentiámque hinc interpretantur, quæ omnia perspiciat, & ante omnes intelligat. Porrò quòd hic scribat veram esse Mineruę virginis effigiem, nec tamen explicet per partes, sed Draconem tantùm adiungat, vigilantiæ veluti ministrum, non videtur alienum, si Deæ panopliam subiecero. Puella igitur armata virum sapientem aduersus omnes animi perturbationes se armantem, & vitiis animo forti resistentem significat: vel quòd virtutem suis ipsius præsidiis instructam satis esse intelligimus, vti iam dictũ est. Galeam habet cristatam in capite, quod referendum est ad iudicium, & cõstantiam qua vel maximè sapientis cerebrum, arx & propugnaculum animi, potissimùm valeat: hastam verò longam, quòd oratione percutiat eminus: Scutum crystallinum viri sapientis magnam solertiam repræsentat, qua seipsum haud aliter intus diiudicat, quàm si in speculo crystallino ea quæ externa sunt, contemplentur. Sed illud Gorgoneo capite terribile apparet, quod formidinis & terroris imaginem esse volunt: quam alij pectori Palladis appingunt, quia sapiens in pectore terrorem habet, quo aduersarios afficiat. Inde enim Tritogeniam dictam esse vult Phornutus, quòd malis terrorem & metum ingeneret. Pallium triplici colore tinctum, quòd sapientia sit multiplex, seu quòd tecta & operta sit, neque cuilibet seipsam conspiciendam præbeat: Candidus in eo color simplicitatem respicit: aureus internitens, vim sapientiæ fulgurantem: purpureus fulgorem pectorantem. γλαυκῶπις ideò est, παρὰ φοβερὰ, καὶ χαροπὴ, καὶ δει-

Draco vnde nomen habet.

Cur armata Pallas.

Galea.

Scutum.

Caput Gorgonis in clypeo.

Pallium.

Ayuntamiento de Madrid

νῶς ἀνδρεικὴ, quòd vt illustris est & conspicua, vt quidam volunt, sic & formidabilis. Non enim tam cæsios habet oculos, vt acutè non videat: ὁρᾷ γὰρ δεμνὰ. vnde & ὀφθαλμίτις καὶ ὀπτιλίτις dicta, templúmque habuit à Diomede positum, nomine ἐξυδρικῆ ἀθανᾶς. Ceterùm alij, & Homerus maximè, tradunt eam glaucis esse oculis & cæsiis: qua ratione huic consecrentur Dracones, & Vlulæ, nimirùm ob similitudinem oculorum: acutissimo enim visu est Draco, & quandam excubandi vigilandique vim habet, nec venatione capi posse videtur. Draconi autem similem esse virtutem indagatricem aiunt, quæ diligentissimè omnia perscrutetur, rimetúrque studio indefesso: ideóque ab acuto visu illi nomen factum, vt iam diximus. Sed placet huc, non præter rem tamen, attexere quod perspicuè docuit Ponticus Heraclides in allegoriis Homericis: ἡ δὲ σὺν φρονήσει μετάνοια, δικαίως ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀθηνᾶ νομίζεται. σχεδὸν γὰρ ὁ Διὸς, ἐκ ἄλλης τινὸς, ἢ σωφισιως ἐπώνυμος ἔστιν, ἀθηνᾶ τις ἔσα, καὶ πάντα τοῖς νεωτάτοις ὁμμασι τῶν λογισμῶν διαθροῦσα. διὸ καὶ παρθένον αὐτὴν ὑπάρησαν. ἄφθορον γὰρ ἀεὶ τὸ φρόνημα, οὐδεμιᾶς κηλῖδι μιχθῆναι δυνάμενον, ἐκ τῆς τῆς διὸς κεφαλῆς γεγενῆσθαι δοκεῖ. τοῦτον μὲν γὰρ ἀπιφηνάμεθα τὸν χῶρον ἰδίως λογισμῶν ἐπιμητρα: Quæ coniuncta est cum prudentia pœnitudo, iure apud Poëtas Athena, id est Minerua nuncupatur. Etenim eius nomen non aliundè ducitur, quàm ab intellectu, vt Athena tanquam ἀθηνᾶ vocetur, hoc est contemplatrix, & nihil non inspiciens acutissimis mentis oculis. Itaque virginem eam manere dicunt: quia prudentiæ vis non perit, neque vlla fœdari macula potest. Adhæc putatur è Iouis orta capite: quem locum præcipuè rationum esse matrem ostendimus. Sed hactenus satis. Lege Phornutum lib. De natura Deorum, Fulgent. Mytholog. 2. Gyral. 11. Syntag. & Pierium Valerian. 14. Hieroglyphic.

Dracones & Vlulæ Palladi cõsecrantur.

Innuptæ Palladis.] Hinc παρθένον dicta. eo enim nomine culta est in Acropoli Athenienſi: vnde & templum Parthenon. eius autem virginitas puri & incorrupti esse symbolum, Phornutus ait.

Pallas virgo.

Cur Diuæ comes hoc animal? Huius quidem rei meminit obiter Plutarchus, commentario De Iside & Osiride.

Lucos sacráque templa colit.] Nimirũ vt custodiæ symbolum: eadem enim ratione hortis Hesperidum seruandis præfectus est Draco peruigil.

Virginum custodia.

Innuptas opus est, &c.] Phocylidis eadem est sententia:

Ayuntamiento de Madrid

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδὲ μιν ἄχρι γάμοιο πρὸ δώμων ὀφθῆναι ἀκοίτης.
Γάλλ' ὀυτήμητον ἔφυ παίδων τοκέεσιν.
Clausa tibi virgo thalamis seruetur honestis,
Nec finito hanc ad connubium foris vsque videri.
Forma puellarum seruata parentibus aegrè est.

Vnde παρθένος dicatur.

Quò spectat etymon nominis παρθένος, quod Grammatici deflectùt à παραθεῖναι τῇ μητρὶ, quòd virgo apud matrem manere debeat. quem morem veterum Hesiodus attigit 2. ἔργων.

οὔτε δόμων ἐντὸς φιλὴ παρὰ μητέρα μίμνει.

Sed & Homerus in persona Penelopes, vult pudicam mulierem vix solam in medium procedere, sed ancillis comitibus stipatam. sic enim ille:

οὐκ ἐθέλω, ἄμαχ τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο. id est,
Haud sola, ast illam duæ famulæ comitabantur.

Val. Maximus exemplum seueritatis memorat in Q. Antistio, qui vxorem repudiauit, quòd illam in publico cum quadam libertina vulgari secretò loquentem vidisset. Is enim maluit occurrere incunabilis & initiis culpæ, quàm perfectũ scelus vindicare. Itidẽ fecit Sempronius Sophus, non alia de causa, quàm quòd vxor, ignorante se, ludos spectare ausa esset.

Laqueos vndique tendit amor.] γνώμη.

Vino

Ayuntamiento de Madrid

Vino prudentiam augeri.

EMBLEMA XXIII.



HAEC Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, soboles vtraque vera Iouis.
Haec caput; ille femur soluit: huic vsus oliui
Debitus, inuenit primus at ille merum,
Iunguntur merito: quod si qui abstemius odit
Vina, Deae nullum sentiet auxilium.

Qui Dij veteribus habiti.

PRo diis fuisse veteribus habitos, qui sibi beneficiis humanum genus deuinxissent, notius est ex M. Tullij libris De nat. Deor. Lactantio & Eusebio, quàm vt confirmare sit necesse. Tantùm obiter admonebo, quosdam Deos iisdem olim templis & aris fuisse cultos, vt Cererē & Neptunum, quòd absque sale cibi

cibi penè omnes insipidi sint, refert Plutarc. Sympos. 4. Vt Herculem & Musas, quia Euandrum literas docuit Hercules, idem testis est in quæstion. Rom. Sic denique Mercurium iuxta Venerem statuere, vt ostenderent matrimonij voluptatē maximè orationis indigere: itemque Suadam & Gratias, vt innuerent coniuges inuicem quæ vellēt, persuadendo impetrare debere. Certè reperio apud auctores quosdā Græcos, nomine peculiari Deos nuncupatos esse σωκρὲς, quibus delubrum commune fuit. ij etiam dicti ἑμωχιταὶ vt apud Thucydidem. Vt & metaphoricōs Synesio epist. 1. σωκρὲς ἡ πνευτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ. Romæ etiam in inscriptione priuatæ cuiusdam domus, teste Fabricio, ἀπὸ ἰλίου μεγάλῳ σαραπίδι, καὶ τοῖς σωκρέσι θεοῖς. De his verò satis. Plinius autem lib. 23. ait, Vino ali vires, sanguinem coloremque hominum, & mentem augeri cum nobilioribus partibus. Gellius lib. 15. cap. 2. ex Platonis sententia, vinum ingenij fomitem esse refert, virtutisque incitamentum, si mēs & corpus hominis eo flagret. Quod quidem malè à nugatore quodam citatum sic emendat Gellius: Sed enim, inquit in primo & secundo De legibus, non vt ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quæ labefacere, & minuere hominum mentes solet, laudauit: sed hanc largiorem paulò, iucundioremque vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris, & magistris conuiuiorum sobriis, non improbauit: Nam & modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instaurāda sobrietatis officia existimauit: redditque eos sensim lætiores, atque ad intentiones rursum capiēdas fieri habiliores. Hęc Gellius. Hinc illud vulgò tritum emanasse suspicor. Vinum acuit ingenium, Commodè itaque ἄγαλμα proponit Bacchi, & Palladis, eodem altari erectis, vt nimirum significetur prudentiæ incrementum esse aliquod, si Bacchi, id est, vini generosi, sed moderati, vsus accesserit. Etenim vinum prōptissimum habetur liberè loquendi tanquam calcar: itaque & vino facundiam & inuentionem tribuit Plutarchus. Adhæc

Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Et Æschylus, poëta clarissimus, nō nisi inter pocula tragœdias scripsisse fertur. Quid plura? Narratur & prisci Catonis sæpè mero caluisse virtus. Præterire non possum quod scribit Athenęus Dipnosoph. 10. cap. 13. ex Polybio, vinum mulieribus olim interdictum: causam verò adiicit? ὡς λαθεῖν ὄφειν ἀδύνατον τὸν γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον, fieri non posse, vt quæ mulier vinum bibe

Dij multi fictē aris positi.

Vini vis.

Plato quatenus vinū laudet.

Cur Bacchus & Pallas eadem ara locarētur.

Ayuntamiento de Madrid

biberit, lateat. Ea causa maximè puto ab eodem Gellio scriptum lib. 13. cap. 11. Conuiuarum numerum à Gratiis ad Musas desinere. Sic veteres Bacchum Musis adiunxerunt, quia vino non minimùm vires ingenij excitentur: quam ob causam laudatæ sunt hominum veterum symposia: eoque nomine Homerum puto suos Heroas, ipsumque Vlyssem inter pocula de rebus lõgè seriis facere differentem. quod Virgil. egregiè imitatus est. Scio quid Plutarchus sentiat quo loco disputat, An sit inter pocula de rebus grauibus disserendum: sed locum indicare mihi satis est ad alia properanti. Videtur porrò Alciati carmen confictum ex agalmate illo Διονύσου καὶ Ἀθανᾶς lib. 4. Epigram. Græcorum, quod tale est:

Εἰπὲ τί σοι, ξυνὸν καὶ παλλάδι, τῇ, γὰ ἄκοντες
Καὶ πόλεμοι, πᾶρὰ σοὶ δ' ὐκαλὸν ἐλαπίναι.
Μὰ πρεσπίτως, ὦ ξεῖνε, θεῶν πέρι τοῖα μετάλλα,
Ἰσθι ὅσοις ἐπέλῳ δαίμονι τῇ δὲ πίλω.
Καὶ γὰ ἐμοὶ πολέμων φίλιον κλέος. οἶδον ἅπας μοι
Ἡ ᾠδὴ δμηθὲς ἰνδὸς ἀπ' ὠκεανοῦ.
Καὶ μιρόπον δὲ φυὴν ἐγενήραμεν ἡμῖν, ἱλαίη,
Αὐτὰρ ἐγὼ ἐγλυκερῇς δέπεσιν ἡμερίδος.
Καὶ μὴν ἀδ' ἐπ' ἐμοὶ μάτηρ ἀδῖνας ὑπέτλη,
Λῦσα δ' ἐγὼ μηρὸν πάτρωον, ἡ δὲ, κάρη.

Quem dialogismum sic Latio donatum reperi:

Dicito, quid commune tibi est cum Pallade? namque
Spicula sunt illi, sed tibi vina sacra.
Talia ne temerè Diuos spectantia quæras,
Aduena, dicturi quin cape verba prius.
Bella mihi curæ, tum belli gloria, & istud
India testatur robore victa meo.
Prodest illa viris succo frondentis oliuæ.
Pocula sed nostro munere læta bibis.
Per me nec genitrix vllos est passa dolores:
Femur ego solui, sed caput illa patris.

Bacchus cur pater.

Bacchus pater.] Bacchus, Liber pater, vt Neptunus pater, Apollo pater. Liberum autem patrem nominatum aiunt, quòd cum in India bellasset, multas secum feminas abduxisset, quæ Bacchæ dicebantur.

Bacchus & Pallas cur Ioue patre nati.

Soboles vtraque vera Iouis.] Bacchus Iouis ex Semele filius, à quo postea. Pallas ex Iouis capite nata, vt superiùs expositum est. Suspicor hoc in loco nõ temerè Bacchum vnà cum Minerua coniungi, & vtrumque sobolem Iouis dici: vt notet duo præ-

Ayuntamiento de Madrid

ſtantiſſima munera homini à Deo conceſſa, quorum alterum ad animum, nimirùm prudentia, alterum ad corporis vires inſtaurandas, nempè, vinum, pertineat.

Ille femur ſoluit.] Hoc vberiùs in ſequentibus.

Huic vſus oliui.] Olea Mineruę tribuitur, quòd ſemper vireat, & aliquid ſemper habeat glaucedinis, & quòd oleum nihil cõtineat humidi admixtum, ſed ſemper ſincerum & ἀκήρατον perſeueret: ita & virginitas, ait Phornutus. Sunt qui ſertum oleæ aſſignent, quòd arbor hæc pacis ſit ſymbolum, ideoque arma ferri dicuntur, bellaque ſuſcipi, quò tandem commodius in pace viuatur, Gyrald. Syntag. 11. aliam habet rationem. Olea quid Mineruæ ſacra.

Inuenit primus at ille merum.] Præter alios quàm plurimos, teſtis eſt Plin. 7. cap. 56.

Iunguntur meritò.] Antiphanes proinde τὸ ζῆν idem ac τὸ πίνειν, aut πιεῖν ſignificare dicit, id eſt, viuere eſſe bibere.

Abſtemius.] A vino abſtinens. temetum, vinum antiquis fuit. Gellius lib. 10. Ouid Metamorphoſ. 15. Abſtemi.

——*Gaudetque meris abſtemius vndis.* Varro:

Quantoperè abſtemias mulieres voluerint eſſe, &c. Nonius.

Pruden

Ayuntamiento de Madrid

Prudentes vino abstinent.

EMBLEMA XXIIII.

QVID me vexatis rami? sum Palladis arbor,
Auferte hinc botros, virgo fugit Bromium.

VIdetur hîc παλινῳδεῖν. Superiori enim dixit epigrãmate eum qui à vino abhorreat, haudquaquam prudenté esse: quod rationibus aliquot, si non omninò necessariis, saltem tamen probabilibus confirmari potest. Nunc autem prudentes à vino abstinere debere ponit. At hæc inter se sic conciliare facile, si dicamus prudentis esse vino moderatè vti: secus enim sumptum, rationem obturbat, curas, vigoremque animi impedit, vt meritò cesserit in Prouerbium, Sapientiam vino obumbrari, ait Plinius. Cuius quidem rei non inscius Romulus, vino semper est vsus parcissimo. Capitale fuit Romanæ matroni

matronis vinum attingere, vnde institutum, vt cognatis osculũ ferrent, reprehendendi causa, quòd indicium odor faceret si bibissent. Sed & M. Cato refert, non solùm probro affectas, sed mulctaras quoque à iudice mulieres non minùs si vino vsæ essent, quàm si adulterium admisissent. Egnatius Metellus vxorem, quòd vinum bibisset, interemit: cuius facti nec accusatorẽ, nec reprehensorem habuit, vnoquoque existimante optimo exemplo illam violatæ sobrietatis pœnas pependisse, ait Val. Max. lib. 2. cap. 1. Et sanè, inquit, quæcunque femina vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus omnibus ianuam claudit, & delictis aperit. Polybius etiam testis est, matronas liberas vino abstinuisse, vt etiam seruos, item & ephebos omnes ad annum vitæ triceſimum, quod & apud Massilienses in vsu fuisse nonnulli tradunt. Proditum est ab Æliano, lib. 2, c. 37. De var. hist. Zaleuci legem apud Locrenses fuisse, qua si quis merum bibisset, nisi valetudinis causa medico id iubente, morte mulctabatur. Ex quibus perspicuũ est, quàm olim odio habiti sint ebriosi, vinóque dediti. Porrò hic oliua, Mineruæ arbor, vitem increpat, quæ suos ramos implicet, & admoueat oliuis. Sumptum est autem distichon ex eo Græco incerti:

Romulus sobrius.

Matronæ Rom. vinũ non attingebant.

Quibus vinum interdicebatur.

Fons Emblematis.

Παλλάδ' ἐμὶ φυτὸν, βρομίῳ τί με δηλέεται κλῶνες:
Αἴρετε τοὺς βότρυας, παρθένον δ' ἀμθόνω.

Quod Iambicis dimetris sic reddidit Politianus:

Quid me implicatis palmites,
Plantam Mineruæ, non Bromii?
Procul racemos tollite,
Ne virgo dicar ebria.

Retuli paulò antè monitũ Polybij certè graue, λαθεῖν ἐστὶν ἀδύνατον τὴν γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον, fieri non posse, vt quæ vinum biberit mulier, lateat. Bellè consentit illud Varronis ex Agathone: Virgo de conuiuio abducatur ideò, quòd maiores nostri virginis acerbæ aures Veneris vocabulis imbui noluerunt. Ouid. 3. artis:

Turpe tacens mulier multo madefacta Lyæo,
Digna est concubitus quoslibet illa pati.

An verò etiam conciliabimus ad epigrapham huius distichi Plautinum istud? Non vinum moderari, sed vino solẽt, qui quidem probi sunt.

Sum Palladis arbor. Plin. lib. 12. c. 1. & lib. 17. cap. 44. testis est. Phornutus & Martianus Capella lib. 6.

Mineruæ oliua sacra, Pacifera dicta: humanis vsibus nõ pol-

Ayuntamiento de Madrid

luebatur, nec temerè Deorum aris accēdebatur. Græci quidam negabant ab impudicis plātatam creſcere, fructúmve ferre, itaque à virginibus, & caſtis duntaxat inſeri volebant.

Botros.]Βοτρὶς, gemma, pro racemo accipitur σωνεκδοχικῶς.

Virgo fugit Bromium.]Abhorret à vino.

Bacchus Bromius. Bromius autem Bacchus dicitur: παρὰ τὸ βρύντω refertur, id eſt, tonitru, qui dum naſceretur, eſt auditus, vt fabulantur: vel à βρέμω, fremo. Ouid. Metamorph. 4.

— *Bacchúmque vocant, Bromiúmque Lyæum,*

Iuuenal. 6. Satyr.

— *Bromium committere noli.*

Et ad rem appoſitè Theogoniæ ſcriptor non inuenuſtus, Pylades:

A ſtrepitu Bromius, quòd vociferetur Iacchus:
Quòd curis ſoluat corda, Lyæus erit.

Reperi citatum ex Ennio Athamante:

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
Illis Lyæus vitis inuentor ſacræ.

Ayuntamiento de Madrid

In ſtatuam Bacchi.

DIALOGISMVS XXV.

Bacche pater, quis te mortali lumine nouit,
Et docta effinxit quis tua membra manu?
Praxiteles, qui me rapientem Gnoſſida vidit,
Atque illo pinxit tempore, qualis eram.
Cur iuuenis, teneráque etiam lanugine vernat
Barba, queas Pylium cùm ſuperare ſenem?
Muneribus quandoque meis ſi parcere diſces,
Iunior, & forti pectore ſemper eris.
Tympana non manibus, capiti non cornua deſunt:
Quos niſi dementeis talia ſigna decent?

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Hoc doceo, nostro quòd abusus munere sumit
Cornua, & insanus mollia sistra quatit.
Quid vult ille color membris penè igneus? omen
Absit, an humanis vreris ipse focis?
Cùm Semeles de ventre parens me fulmine traxit
Igniuomo, infectum puluere mersit aquis.
Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit vndis:
Qui non, ardenti torret ab igne iecur.
Sed nunc me doceas, qui vis miscerier? & quæ
Te sanus tutum prendere lege queat?
Quadrantem addat aquæ, calicem sumpsisse falerni
Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.
Stes intra heminas: nam qui procedere tendit
Vltrà, alacer, sed mox ebrius, inde furit.
Res dura hæc nimium, sunt pendula guttura, dulce
Tu fluis, heu facilè commoda nulla cadunt!

Vini incõmoda. BAcchicæ statuæ profert ὅτι μύδιον ἄδικον per Dialogismum quo demonstrat incommoditates & damna quæ temulentiam consequantur: nam ex immodica vini potione ebrietas, ex ebrietate furor, quo nihil vel miserius, vel exitialius videri nedum cogitari potest. Deinde sumendi vini legem quandam præscribit omnibus vtilem, & planè necessariã. Omnia sigillatim diligentiùs aperiam, ne quid interturbẽ. De fugiẽda ebrietate Plinius fusum orationis riuulum exprompsit lib. 14. to. 22. ca. Prouerbium, Vinum caret clauo: &, Vinum senem, etiam nolentem, saltare impellit. Plato 3. De Repub. & 6. De legib.

Bacchus Liber pater. *Bacche pater.*] Cur Baccho Liberi patris impositum nomẽ sit Plutarch. explicat αἰτίαλ. ῥωμαϊκῶν libro: quòd nimirum bibentibus libertatem ingeneret. Nonnulli enim per vinolentiam liberi & feroces efficiuntur: aut quia liba exhibuerit, aut quòd ille apud Eleutheras vrbem Bœotiæ, Eleutherius. 1. Liber appellaretur.

Mortali lumine.] Humanis oculis, hæc ad figmentum. Nam nefas olim fuit Deos fuisse homines putare.

Praxiteles. *Praxiteles, qui me, &c.*] Id Plinius attigit inter plurima Praxitelis opera laudatissima lib. 34. c. 8. Oriundus hic celebris artifex ex ea Italiæ parte, quæ quondam magna Græcia dicebatur,

Ayuntamiento de Madrid

ob artis excellentiam ciuitate Romana donatus.

Rapientem Gnoßida.] Ariadnen intelligit, Minois Cretenſium regis filiam, quæ Theſei amore capta, Minotauri necandi occaſionem ei præbuit, ea lege vt ſe vxorem duceret. Sed eam Theſeus in inſula Naxo ſomno ſepultam reliquit, cujus miſertus Bacchus eam ſibi connubio iunxit, quam in cœlo raptam, Coronam Gnoſſiam appellant. Ariadne à Baccho rapta.

Cur iuuenis, &c.] Ouid. 3. Faſtorum: Cur iuuenis Bacchus.

Siue quod ipſe puer ſemper iuuenisq; videris,
Et media eſt ætas inter vtrumque tibi.

Et in Metamorph.

—— Tibi enim inconſumpta iuuenta,
Tu puer æternus, tu formoſiſſimus.

Iuuenis ideò effingitur, quòd ad iuueniles annos molliter trãſigendos maximè conferat, ſi parciùs, &, vt decet, ſumatur: vel quòd hilares & lætos faciat. Gyrald. Syntag. 7.

Lanugine.] Barba molli, à lanæ ſimilitudine, vt eſt in cotoneis malis. Lanugo.

Quem Pylium cùm ſuperare ſenem.] Alluſio eſt ad Prouerb. proximè citatum, Senem vel nolentem vinum ſaltare compellit: cui conuenit illud ex Athenæo: Vinum inſanire facit.

οἶνος καὶ φρονίμους εἰς ἀφροσύνην ἀναπάλλει: hoc eſt,
Inſanire facit ſanos quoque copia vini.

Huc ſpectat quod Plato De legib. 1. ait: non ſolùm ſenem fieri bis puerum, verùm etiam temulentum. Per ſenem Pylium σωφρονέστερος, ſenem quemuis ſapientem hominem intelligit, qualem Neſtorem Homerus celebrat in Iliade. Quem tamẽ locum de Bacchi iuuenta, non de vi, ſed de ætate & tempore intelligendum eſſe mihi facilè perſuadeo cum Ioan. Fratre viro ſanè docto; mirari enim poſſit aliquis Bacchum iuuenem ſemper videri, cùm ſit ille Neſtore annoſior. Nam & apud Lucianum Iupiter ridet Cupidinem, qui ſe puerũ eſſe iactet, cùm ſi γηραιότερος καὶ πολὺ τοῦ ἰαπέτου. Quam amici hominis explicationem lubens admitto, vt eruditam dignámque quæ probetur omnium calculis.

Tympana non manibus, &c.] Tympanum luxuriæ inſtrumẽtum dicitur à Iuſtino. lib. 30. Suſpicor Baccho tribui tympanũ, tanquam hilaritatis ſignum notiſſimum, vel propter ſtrepitum inconditum, quem edere interdum ſolent qui vino ſunt onuſti. Tympanũ cur adiunctum Baccho.

Plutarchus de Ptolemæo Iuniore, qui temulentus in palatio, tympano compoſito obambulabat. Graue, inquit, &

Ayuntamiento de Madrid

sum si Cleomenes opperiretur otium dissolutum Regis Cybeleij præstigiatoris, vbi primùm ille tympanum posuerit, & tripudiantium cœtus dimiserit. Græcè ita: δεινὸν γὰρ εἰ Κλεομένης κάθηται μητρακύρτου βασιλέως σχολὴν ἀναμένων, ὅταν πρῶτον ἀπόθηται τὸ τύμπανον, ἢ κατεπῴδην ἡ θίασος.

Cornutus Bacchus.

Capiti non cornua desunt.] Ouid. in Epist. Sapphus:

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Nam priùs ab Orpheo in Hymnis βικέρως, vel δικέρως est appellatus. Diodorus in 5. rationem reddit, quòd priùs boues iugo iúxerit, vel quòd Ammonis filius fuerit, qui capite arietino pingebatur. Cornua pro audacia Phornutius accipit, quòd audaces vinum reddat. Veteres cornibus pro poculis vsos, & eam ob causam Bacchum dici cornutum & temulentũ scholiastæ quidam tradunt.

Vini vsus.

Hoc doceo, nostro, &c.] Sic Plin. c. 1. lib. 23. Vinó modico nerui iuuantur, copiosiore læduntur, sic & oculi. Stomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur, tristitiæ cura hebetatur, vrina & algor expellitur, somnus conciliatur: Cõtrà, si nimius adhibeatur vini vsus, belluina cornua capessimus, & in furorem intolerabilem nonnunquam ruimus.

οἶνος vnde dicatur.

Hoc doceo, nostro quòd abusus, &c.] Non me fugiebat, vnde vini, τὸ οἶνος, appellationem Plato in Cratylo deduceret, nempe παρὰ τὸ οἰήσεως ἡ νοῦν ἐμπιμπλάν, quòd opinione mẽtẽ opplere vel, vt etymolog. ἀπὸ τ᾽ ἀνήσεως, eo quòd iuuet & recreet. Sed ad hũc locum mihi satis fecerit Plutarchi monitum ex 7. Sympos. Probl. 10. cuius hæc est sententia: Quod verò summum est, ne in consultatione de rebus arduis imprudens atque imperita rerum sequatur prudentiores, hoc vinum ebriis adimit. Idem enim Plato vino nomen ait impositum esse οἶνος, quòd efficiat vt qui biberint, sapere se putent, οἰόμενοι νοῦν ἔχειν.

Quòd abusus munere sumit cornua.] Athenæus lib. 13. οἶνος κατὰ τὸ εἰς τὸ ὦμα, ἐπαναστὰς καὶ ἐπὶ τὰ μανέντα: Vinum corpus descendente, ascendunt verba improba & furiosa.

Cornua quid.

Sumit cornua.] In effusam prolabitur audaciam. Ouid. 1. Amor.

— Tunc pauper cornua sumit. & 4. Trist.

Iam ferro in pugnas, & nondum cornua sumpsi;
Nec mihi sumendi causa fuit vlla velim.

Idem 3. Amor. eleg. 10. quo loco significat se resipuisse, & ab amoris laqueis extricasse se, ait,

Venerant capiti cornua sera meo.

Plato Dialogo De impositione nominũ, οἶνον dictum vult, quia

Ayuntamiento de Madrid

σιλίων nempè, διὰ τὸ ὀλίγους ἡμᾶς ἐμπιμπλᾶν. quod Horatius 1. Carm. videtur circumlocutione expressisse:

——*sæua tene cum Berecyntio*
Cornu tympana, quæ subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Addis cornua pauperi.

Ouid. 4. Fastorum.

Mitte pater caput hoc, placatáque cornua vertas.

Quo loco admonendi mihi sunt Philologi, Bacchum veteribus κηρκαφόρον depictum, id est cornutum, aut cornigerum: vel quòd primus rationem boum copulandorum ad agriculturam inuenisse credatur: vel quòd eius pater Ammon cornutus colebatur. Plato aliam causam historicam retulit 2. Legum, & post eum Athenæus Dipnosoph. 2. Olim soliti erant in capiendo potu cornibus vti pro poculis. hinc verbum κηράσαι, pro, vinum fundere: & κρατὴς, quasi κηράτης, quod à nomine κῆρας deflexum est. Pompeius Festus ad moralem sententiam accedit, quòd qui temulenti sunt, adeò interdum truces apparent, vt cornua habere videantur. & Scholiastes Horatij ad Odam 19. secundi Carm. ibi, Bacchum cornutum

Te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum——

ait cornua Baccho tribui solita, quia ebrietas arrogantiam & audaciam gignit.

Mollia sistra.] Ebrius ad musicam, vt asinus ad Lyram. Sistro dulci & sonoro instrumento in sacris Isiis vtebantur veteres. Martial. Sistrum.

Hæc quatiet tenera garrula sistra manu.

Ouid. de morte Tibulli,

Quid nos sacra iuuant, quid nunc Ægyptia prosunt
sistra?——

De sistro, Pierium Hieroglyph. 48. diligenter euolue. Instrumẽtum hoc æneum fuit, curuum ad lebetis formam, vt Plutarch. commentario de Iside retulit: circum erant parua quædam cymbala seu tintinnabula, & in eius parte superiore sculpta erat felis humana facie: in ima verò, figura Isidis & Nephthys.

Quid vult ille color membris, &c.] Nuda fiebant Bacchi simulacra, inquit Phornutus, vt naturam vini ostenderent, quòd arcana detegat. Horat. 1. epist. Nudus Bacchus.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Rubedo autem colorem satis indicat, hincque cognomẽ Ignigenæ habuit. Strabo lib. 13. Igneus Bacchus.

Ayuntamiento de Madrid

Cùm Semeles de ventre parens,&c.] Notissima est fabula, quam fusè tractat Ouid. 3. Metamorph. dicitur opera matris Bacchus vtero prodiisse, fabula nimirùm calorem eius & feruorem innuente, ait Phornutus: tali enim natura est vinum, vim obtinens igni parem. Sed apud Poëtas est: Femori Iouis insutum ad perfectionem veniisse, quòd secundò femoribus vinum maturescat ac perficiatur. cùm primùm enim maturum est, vsui prorsus est imperfectum: sed pedibus calcatum, sit perfectius. Nam prima illa generatio fit in autumni maturitate, quæ est etiam tum æstu vigente. At cùm calcatur, & pedibus exteritur, id femoribus confici videtur. Et hæc quidem φυσικῶς. Alij modo alio enarrant. Prouerb. Perdidisti vinum infusa aqua, fabulæ huius origo affertur. Veteres enim merum bibebant, non sine noxa, donec Staphilius Sirrheni filius docuisset vini diluendi rationem. Plato etiam admonebat, Bacchum temulentũ Deum sobriis Nymphis temperandum esse, id est, vinum aqua miscendum. quod hoc Epigrammate Meleagri comprtius est:

Fabula de ortu Bacchi ad quid.

Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατ' ἀκοῦσαι
Νίψαν, πηγὴ τέρψις ἀρτι πυλιόμενον.
Τούνεκα σὺν νύμφαις βρέμει φίλος. ἢν δὲ νιν ἄργης
Μίσγῃ ὅσα, δίξῃ πῦρ ἔτι καίμενον.

Id ego ita olim conabar reddere:

Prosiliit rapido cum Bacchus ab igne puellus,
Est Nymphis lotus puluerulentus adhuc.
Cum Nymphis ideò gratus sit Bacchus: at illum
Ni miscere sinas, igneus ardor erit:

Bacchus Nymphis temperandus.

Ponticus Heraclides lib. De allegoriis Homericis, id perspicuè docuit, citans illud ex Illiad. *ζ.*

Ὡς ποτὲ μαινομένοιο Διονύσοιο τιθήνας, &c.

Ait enim Bacchum seu Dionysium μανίμενον appellatum à Poëta, id est, insanum, & furentem, quòd nimio vino insani homines fiant. Bacchi nutricibus, vites intelliguntur, quas Lycurgus pepulit per montem Nyseron: quia consuetudo fuit asseruandi vini causa admiscere marinam aquam. Idem videtur sentire Atheneæus Dipnosophist. 11. cap. 3. quo loco rationem reddit, cur Nymphæ dicantur Bacchi nutrices, nempè quòd aqua immista vinum augeat, & temperet. Prisci autem illi Iouis duas nutrices, Iunoni vnam, Apollini duas, Baccho plures attribuerunt, quòd oporteat hunc Deum pluribus nutricum Nympharum mensuris mansuefactum esse ac domitum. Huc adscribere non piget lepidum Cœlij Rhodigini Epigramma, quod,

Nymphæ Bacchi nutrices.

Ayuntamiento de Madrid

quod,ni fallor,è Græco confinxit:

Ardentis Semeles audens puer excidit aluo,
Ardebátque vno mater & ille rogo.
Et ſpes nulla ſuper miſeræ ſuccurrere matri,
At puer in flammis non tamen vſtus erat.
Oggygis occurrit,ſed non prius attigit illum,
Succubuit multæ quàm Iouis ignis aquæ.
Ignis abit,ſed non abiit vis ignea prorſus,
Quique cuti ſummæ parcit, in ima furit.
Nympha agitur procul:O puerum ne tangito,clamat,
Quiſquis es,ignis enim eſt,ni prius imbre laues.

Huc facit illud Plutarch.diſputatione, An ſeni regenda Reſp. Aquam mero miſcemus,quo Deum furentem(vt cum Platone iſtuc) ſobrio altero caſtigatum temperemus. ὡς φησὶν Πλάτων ἐπὶ τῶ μιγνυμένω πρὸς ὕδωρ ἀκράτω, μανόμενον θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σωφρονίζεσθαι παλαίοντα. Idem de philoſophis, qui non minus literatis ſermonibus condiunt apparatum conuiuij, quàm vinum aqua diffuſa diluit, συχνότατον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον ἢ ταῖς Νύμφαις μιγνύντες: non minus Bacchum Muſis, quàm Nymphis permiſcentes. Huc pertinent Gnemonis verba ad Nauſiclem,lib.5. Æthiop.hiſt. Apud Heliodor. καὶ μοι δοκεῖς καὶ τῶ δαιμονίου μάλιστα σωπᾶναι, τὸν ἑρμῆν τῶ Διονύσω συγκαθιδρύων, καὶ λόγων ἅδυσμα τῶ πότω συμπαραχέων. Videris mihi ſacræ rei tenere optimè rationem, qui coniungis Baccho Mercuriũ, & orationis condimentum poculis admiſces. Eiuſdem lege quæſtionem primam Sympoſ.

Hinc ſapit hic,liquidis,&c.] Idem eſt illud Antinoi, ni fallor, apud Homerum Odyſſ.φ.

——οἶνόν σὺ πρῶς μεμιγμένον,ὅς τε καὶ ἄλλους
Βλάπτ',ὅς κεν μιν χαμᾶδὶς ἕλῃ,μὴ λ' ἄσιμα πίνῃ.
Vinum lædit dulce quòd & alios
Lædit,quicunque ipſum abundanter capit,neque decenter bibit.

At quæ cauſa inculandi vini,ſi quis damnum inde cõſequatur? ὁ μὲν οἶνος ταῦτα οὐδὲν ὁ Διόνυσος πρὸς τὸ λ' ἄμετρον τῆς πόσεως καὶ τὸ πέρα τῆ καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι τῆ ἀκράτου. ὁς δ' ἐμμέτρως πίνῃ,ἱλαρώτερος μὲν,καὶ ἡδίων γίνοιτ' ἄν. Theocritus Eidyllio 13.à Baccho dari hominibus lætitiam & dolorem ait:

Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνθρώποισι χάρμα καὶ ἄχθος.

Fabulam hanc ſcio à variis accommodari variè. Referam, ſi commodè poſſim,quæ Philo Iudæus habet lib. Quòd omnis probus,liber,de Theodoro & Lyſimacho loquens: Cùm, ait,

Ayuntamiento de Madrid

Lysimachus præterea rogasset,nũ & è patria fugatus esset propter suorum inuidiam ciuium : respondisse. Nequaquam , sed propter excellentiam ingenij , quod patria minimè capiebat. Sicut enim Semele Baccho grauida cùm nõ potuisset perferre vterũ , Iupiter eam miseratus , abortiuũ ambussit & inter Deos retulit : sic cùm patria mea minor esset,quàm vt caperet Philosophum,bonus quispiam,siue Deus,siue Genius,Athenas,in locum fortunatiorem commodiorémque me transtulit,&c.

Torret ab igne iecur.] Horat.4. Carmin.

Comessabere maximi,
Si torreri iecur quæris idoneum. Idémque:
——— *meum*
Feruens difficili bile tumet iecur.

Vide Athenæum 10. Dipnosoph.cap. 9. Plin.lib.14.cap.15. De Alexandri vinolentia.

Vino quo modo vtẽdum.

Sed nunc me doceas,&c.] Non sat fuit ostendisse incõmoda ,& ægritudines , nisi remedia quædam adhibeantur. Præceptum itaque est de vino temperatè sumendo,nimirũm vt quarta pars aquæ semper immisceatur.quod tamen præceptum pro ratione locorum, temporum & personarum ad ἐπιείκειαν reuocandum est.Prouerb.Episcythisare.Athenæum 10.cap.8.& lib.15.ca.15. Quò etiam pertinet illud ex Græcis epigrammatis:

Βάκχυ μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ μηδ' ἐλάχιστον,
Εἰ γὰρ ἢ λύπης ἄκρατος, ἢ μανίης.
Χαίρει τριπάμενος τρισὶ Νύμφαις τέτρατος αὐτὸς,
Τῷ δὲ καὶ θαλάμοις ἔρχεται ἑτοιμότατος.
Εἰ δὲ πολὺς πινύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας,
Βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γίγνεται τε θανάτῳ. id est,

Nec minor esto modus Bacchi,nec largior æquo,
Hinc mœror mentes occupat,inde furor.
Quartus tres secum Nymphas admittere gaudet:
Sic thalamis aptus,coniugióque venit.
Namque solet teneros contemnere inuitus amores,
Et somnum morti conciliare parem.

Intra heminas.] Significat vltra mediocres mensuras nihil adiiciendum,vel sobriis mensuris vtendum. Neque enim Græcorum veterum , bibacitate insignium , aut Germanorum nostri huius temporis consuetudo probanda, qui inter conuiuandum potando certent.

Mox ebrius,inde furit.] Gallis veteribus non ebrietas modò, sed ebrietatis comes rixa & concertatio à Platone, aliisq; quibusdam

Ayuntamiento de Madrid

buſdã notatur. In cuius culpæ ſocietatem Germani à Cornelio Tacito vocantur, parique & vinolentiæ & contentionis appellantur nomine: ſic enim ille: Aduerſus ſitim non eadem temperantia, diem noctemque continuare potando nulli probrum. ſi indulſeris ebrietati ſuggerendo quantum concupiſcunt, haud minùs facilè vitiis, quàm armis vincentur. Crebræ, vt inter vinolentos rixæ, raro conuiciis, ſæpius cæde & vulneribus tranſiguntur. Hæc Tacit. Obiter adiiciam quod memini legere me apud Firmicum Maternum, auctorem non poſtremi nominis, libello quo Paganorum errores cõuellit: Lycurgum Thracium ideò vites excidi iuſſiſſe, quia vinum in Thracia inſaniam furoremque pareret: quò pertinere puto initium Odes lib. 1. Carm. Horat.

Natis in vſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare, Thracum eſt. tollite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.

Qua ratione etiam Aſtyages apud Xenophontem, cùm Cyrum rogaſſet, quam ob cauſam à vino abſtinuiſſet inter conuiuandum: quia metuerem, inquit, ne in cratere mixta venena eſſent: cùm enim tu ad natalitia amicos adſciuiſti, facilè obſeruaui venena mero mixta. Sed quo tandem modo, inquit ille? Videbam enim vos, ait, neque mentis neque corporis eſſe compotes.

Res dura hæc nimium, &c.] Dura quidem, iis potiſſimùm, qui ſibi omnia effusè licere volunt.

Gramen.

Ayuntamiento de Madrid

Gramen.

EMBLEMA XXVI.

GRAMINEAM *Fabio patres tribuere corollam,*
Fregerat vt Pœnos, Hannibalémque mora.
Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
Vulgò aiunt, pullos sic fouet illa suos.
Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adeso
Polybides, factus creditur esse Deus.
His meritò arguitur notis tutela salusq;:
Herbaq; tot vires hæc digitalis habet.

Gramen quid significet.

GRamen herbã, quæ aliis est sanguinaria, celebrat, vt tutelæ præsidij salutisque symbolum. Ex ea enim corona graminea fiebat apud Romanos maximo in pretio habita. Sed & pro

proprias quaſdam in ea vires eſſe exemplo eſt alauda, Martis auis, quæ nidum gramineis ramulis vallare ſoleat. Adhæc Saturno & Marti gramen eſt conſecratum, ne quis eam in mininis habendam putet. Poſtremò comeſo gramine Glaucus, Deus marinus eſt habitus. His omnibus tanquam notis arcanis defēſionem, ſalutemque intelligimus: quibus vti licebit, quoties effugij, aut præſidij ſpem voluerimus oſtendere: vt ſi potentior aliquis nos opprimere conetur, aut quiſpiam in nos malè affectus noxam inferre, nos in legum tutela, & iuris noſtri innocentia fiduciam collocādo, prouerbiali hoc ſchemate vtemur, dicemúſque nos gramineas habere frōdes. Vt autem varij ſeſe caſus offerunt, ita diuerſis modis iſtuc vſurpari poteſt. Graminis ſymbolum ſignificare mihi videtur certiſſimum ærumnarum omnium, & infortuniorum quaſi præſens alexipharmacum: quod & de diſciplinis, humanioribus, integritate animi, aliisque generis eiuſdem, quorum portus tutiſſimus eſt, intelligi facilè poteſt. De gramine Plin. cap. vlt. 24. lib. Athenæus 7. Et hæc, prima mea coniectura fuit, inops quidem conſilij, quod verum fateri cogor, vt ætas in qua minutias haſce commentabar, nunc verò Emblematis huius veram ſententiam repeto ex Feſto Pompeio, cuius hæc verba: Herbam do, cùm ait Plautus, victum me fateor ſignificat: quod eſt antiquæ & paſtoralis vitæ indicium: nam qui in prato curſu aut viribus contendebant, cùm ſuperati erant, ex eo ſolo in quo certamen erat, decerptā herbam aduerſario tradebant.' Citatur ex Attio.

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt.

Plinius de obſidionali corona, dari ſolitam è gramine teſtatur, quod gramen decerptum erat quo loco obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Summum enim apud veteres victoriæ ſignum fuit, herbam porrigere victos, hoc eſt terra & altrice humo & humatione etiam cedere. Idem Plin. de elephante lib. 8. Mirus pudor eſt, victuſque vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Itaque herbam dare ſiue porrigere gramen, eſt ſeſe fateri victum, agnoſcere victorem, præſidij & ſalutis auctorem reuereri.

Gramineam Fabio, &c.] Corona graminea (quæ & obſidionalis) duci dabatur ab iis quos obſidione liberarat, ait Gellius: eaque fiebat è gramine quod eo loco natum eſſet, intra quam clauſi erant qui obſidebantur. Hāc coronā S.P.Q.R. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum ſecundo, quòd vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. Hac nullam aliam fuiſſe nobiliorē, quæ Corona graminea.

Ayuntamiento de Madrid

quæ nunquam nisi summa desperatione daretur, Plinius 22. lib. cap. 3. 4. 5. memorat.

Patres, Senatores. *Patres.*] Romani Senatores, quòd erga Rempubl. paterno esse animo deberent, sic nominati. Sallust. in Catil. hi vel ætate, vel curæ similitudine, patres appellabantur.

Pœni. *Pœnos Hannibalemque.*] Id est, Hanibalem Carthaginensium Ducem. Pœni, quasi Phœni, quia duxerunt originem à Phœnicibus. quam tamen derivationem ab aliis vsurpatam refellit Pompon. Sabinus ad principium Æneid.

Fab. Maximus. *Mora.*] Cunctatione. Hinc Fabius cunctator appellatus, de quo Poëta 6. Æneid. Ennium imitatus, sic:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Occulit inflexo nidum, &c.] Quibusdam auibus & belluis herbarum quarundam cognitio est à natura insita, vt quod arte maxima & diligenti obseruatione homines ipsi sciunt, hæ naturæ beneficio sentiãt. Quòd autem alauda siue galerita nidum sibi ex gramine conficiat, ex veteri Prouerbio sic expressum est à Cassiano Basso scholastico, lib. De agricultura: Galeritæ, inquit, in gramine nidificant, vnde etiam Prouerbium,

Animaliũ quorundã solertia. Alauda in gramine nidificat.

Ἐν κεχυδῷ κοίτας σκολιὰν κέκρυπται ἀγρώστις:

Ramosum gramen nido occultatur alaudæ.

Solet enim alauda peculiari quodam amuleto suum lustrare nidum, impositis quibusdã ramulis graminis, sicuti aquila callitricho, cornix verbenaca supina, turdus myrto, palũbes lauro, vt ex Zoroastrę magi 15. γεωπονικῶν retulit literatissimus vir Belgij decus Iunius, adagio,

Alaudæ in nido latet gramen.

Glaucus. *Quo Glaucus adeso, &c.*] Id variis modis ab Athenæo libro 7. cap. 16. & aliis narratur. Hic piscator fuit Anthenodius, natandi peritissimus, qui vel cunctos sui temporis natatores in vndis exuperabat, ait Palæphatus: nam solebat è portu spectantibus, donec iam extra eorum esset prospectum, enatare. Cum autem rediret, persuadebat sese in marinis fluctibus vixisse, hinćque marinus Deus primùm est nominatus. Tradunt alij eum aliquando ob nimiam piscium, quos ceperat, multitudinem fuisse defessum, onusq́ue in media via abiecisse: vnũ ex piscibus moribũdum herba gustata reuixisse, & in fluuium prosiliisse. quod cum Glaucus obseruasset, eadem herba comesa, immortalitatẽ adeptus putatur. Prouerb. Glaucus comesa herba habitat in mari. Plinius lib. 9. cap. 16. & lib. 32. cap. 11. Ausonius:

Ayuntamiento de Madrid

Sic Anthenodius Bœotia per freta Glaucus,
Gramina gustatu postquàm exitialia Circes
Expertus carptas moribundis piscibus herbas
Sumpsit, Carpathium subiit nouus accola pontum.
Ille hamis & rete potens scrutator operti
Nereos, æquoream solitus conuertere Tethym
Inter captuas fluitauit prædo cateruas.

Ad id respexit Franc. Picus Mirandulan. in Voto pro salute cõiugis (mihi enim aliud agenti pridem locus ille occurrit.)

Num mihi firmari possent mea vota, maligno
Impete depulso morbi? num pallida tabes?
Num tetris belli poterit mors improba succis?
Gramine vel Glauci vel prisca Pæonis arte?

Quòd dixit gramen Saturno & Marti sacrum, Aischyrion Samius in quodam Iambo ait, Saturnum seminasse gramen, quod vocat gramen Deorum: Marti autem, quòd in campo Martio Romæ cresceret, & Martiali donaretur præmio. Horat. principio 4. Carminum: Gramen cur Saturno & Marti sacrum.

Te per gramina Martij
Campi, te per æquas, dure, volubiles.

Horatius 3. Carm. Od. 7.

Quamuis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio.

Seruius nititur causam reddere, cur gramen Marti sacrum sit: & Ouid. etiam in Fastis. Reuera gramen & in nominis ratione, & re ipsa, cum Marte aliquam habere similitudinem videtur: nam Gramen & Gradiuus (quod Martis cognomen) à gradiendo & serpendo duci videntur: & cùm fit castrametatio, locus commodus, id est planities campi deligitur ab Imperatorum ministris, quo loci solet esse gramen, cuius omninò tollendi vel auellendi nulla ratio esse potest; ideoque puto ab Ouidio, epitheto ad rem accommodato, inexpugnabile gramen appellatum esse, 5. Transformat.

Polybides. Polybi filius. In eo patronymico fateor me hæsisse: sed hunc, quanquam leuem, scrupulum exemerunt prosopographi ex Argonautis, Apollonij scholiaste. Plerique nostræ Academiæ Parisiensis viri eruditi mihi pridem significarant, Polybidem Glaucum, διὰ τὸν πολὺν βίον ηρωϊδεῖν, esse fortè denominatum, quòd ipsum non videretur abhorrere à Glauci viuacis fabula: Sed huic tamen coniectaneo vt nõ planè sum assensus, sic neque omninò repugnaui. Polibides.

Notis

Ayuntamiento de Madrid

Notis.] Notis, symbolis.

Digitalis.] δακτυλὶς, vt Aristolochia μάκρα ἡ δακτυλὶτις dicta: à digitorum forma, qui interfecti sunt. q.d. herba hęc vires tantas habet, etsi digitum non excedat. Plin. 24. cap. 19. Sunt & qui acculeatum gramen vocant trium generũ, cùm in cacumine aculei sint, plurimum quini, dactylon vocant, &a.

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum.

EMBLEMA XXVII

Assequitur, Nemesis q; virũm vestigia seruat,
Continet & cubitum, duraque frena manu.
Ne malè quid facias, nève improba verba loquaris:
Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Idem

NEmeseos nomen, vt hinc ducam initium, ἀπὸ τῦ νεμισᾶν, indignari, succensere, iustè accusare, νεμεσις verò apud Latinos nomen non habet, Plinius testatur lib. 28. c. 2. & Ausonius cidyllio de Mosella.

— *Latiæ Nemesis non cognita linguæ.*

Adrastia etiam dicta vltrix superborum & arrogantium verborum, τιμωρὸς ὑπερηγκων καὶ ἀχαλινώτων λόγων : ait Suidas. Pausanias Adriastiam ἀπὸ τῦ μηδὲν ὧτλον ἀποδιδράσκειν : ὅτι γὰρ ἡ παρὰ τὸ θεῖον δίκη ἀνεκφυκτόν τι καὶ ἀναπόδρατον : quòd nimirum ipsam nihil effugiat: nam diuina vltio est ineuitabilis, quæque nō potest effugi. Quo sensu puto dictum à Catullo.

—— *Precesque nostras*
Oramus cane despuas ocello,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te,
Est vehemens dea, lædere hanc caueto.

Idē Pausanias in Atticis, auctor est, Nemesim, siue Rhamnusiam scelerum vindicem habitam, potissimumque contumeliosis & elatæ mentis hominibus succēsere, illósque iustè persequi & punire. Macrobius 1. Saturn. 17. eam contra superbiam coli fuisse solitam scribit: nec defuere qui apud Hesiodū Nemesim Iustitiam interpretentur, cùm cecinit, αἰδὼς καὶ νεμεσις, Pudor & Nemesis homines reliquere, & ad immortalium cœtus euolarunt. Sæpenumerò pingebatur cubitum sistens, & frenum manu tenens. De qua illud est in Græcorum collectaneis lib. 4. Nemesis vindex.

Ἡ νεμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τι χαλινῷ,
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.
Vna manus cubitum ostentat, gerit altera frenum:
Illa modum seruat: hæc admonet os cohibe.

Et aliud eiusdem fermè argumenti:

Ἡ νεμεσις πῆχυν κατέκω, στόμα δ' ἔσχεν ἀνίκα, λέξῃς,
Πᾶσιν ἀπαγγέλλων μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.
Contineo Nemesis cubitum, quæ causa, requiris?
Præcipio cunctis rebus adesse modum.

Plato Dialogo 4. De legibus Nemesim iudicij angelum appellat; cuius sententia proximè accedit ad nostrā religionem: Nobis enim ex diuinis oraculis verè persuademus supremum rerum omnium opificem nihil latère, nihilque omnino impunè relinquere: quippe qui, vt cecinit Orpheus, Deus omnia videt.

Πάντ' ἐφορᾷ, πάντ' ἀκούει, πάντα βραβεύει.

Idem Tragic. Seneca:

Dominare tumidus, spiritus altos gere,

Ayuntamiento de Madrid

Sequitur superbos vltor à tergo Deus.

Prouida itaque fuit admodu veterum in moribus componēdis cura, diligentiaque, qui vt ostenderent superbiā Deo præ alijs vitiis inuisam esse, dixerunt eos qui hac correpti essent, nō modò censura diuina, sed etiā indignatione puniri : ideóque proprium ad hanc vltionem numē adhibuere, Nemeseos nomine nuncupatum. Colligere est enim è multis, quatuor potissimùm (ait Ficinus) nempè legem, iudicium, iustitiam, Nemesim. Horum exemplum quisque nostrum in se habet, in mente legem quid agendum sit, quid non, communi norma dictitantem, ò honestum quidem sequēdum: eius verò contrarium fugiēdum. Habet in ratione iudicium distinctiori quadam argumentationū discursione discernens, quod in hac vel illa actione positum est honestum esse vel turpe. In voluntate est iustitia, quæ eligit aut prosequatur, quod ratio per mētis leges sequendum vel fugiendum dictauerit. Est & in imaginatione Nemesis, quæ turpibus actionibus verbísque succenseat, ac legitimè indigneture Arist. 2. de arte dicendi, νεμεσᾶν pro animi commotione accipit & pro virtute, 2. Moralium ad Nicomach. mediam illā quidē inter φθόνον καὶ ἐπιχαιρεκακίαν, id est, inuidiā & peruersam lętitiā definitur itaque in Rhetoricis, λύπη ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως πράττειν, dolor ob eius felicitatem qui ea sit indignus, quod ni velim apertiùs explicari. Opponitur misericordiæ Nemesis, quæ est indignatio: sunt itaque quodammodo inter se cōtrariæ: non tamen propter se, at propter res subiectas : bonū enim bono nunquam contrarium est. Misericordia, est ægritudo ex alterius miseria, iniuria laborantis, & is quidem affectus nascens ex opinione mali, non cuiusuis, sed eius tantùm quod vel dolorem, vel interitum afferat, dolorē quidem, vt si quis vir minime malus pellatur in exilium, & ab amicis destituatur, aut aduersa fortunæ casu aliquo concutiatur: interitum, vt si quem innocentem torqueri, vexarive videamus. At Nemesis prospera fortuna improborum excitatur. In vtraque dolor quidā est: nam misericordia dolemus innocētis afflicti infortunio: Nemesi dolemus felicitate hominis improbi. Qua in re plerique falluntur qui eandem esse Nemesim atque inuidiam putant, propter affectuum similitudinem. Nam inuidia nullum inter bonos & malos discrimen ponit, sed bonis alienis cruciatur, seu illa digné, seu indignè accidant: & inter æquales ac similes præcipuè regnat. At Nemesis ægrè fert tātùm indignos & improbos opibus & honoribus florere: qua ratione laudabilis animi cōmo-

In mente lex.

In ratione iudicium.

In voluntate iustitia.

In imaginatione Nemesis.

Ayuntamiento de Madrid

est,vt virtus existimetur,& in probis tãtùm viris est. Cùm enim æquitas postulet,vt malis malè, bonis eueniat benè, certè vir probus & iustus maximè gaudet,cùm iustitia seruatur: vt cùm sceleratos homines,sicarios,grassatores,prædatores aliosque id genus de medio tolli videt:sic neque minùs gaudet quãdo viris bene meritis aliquid optimè succedit. Quæ omnia paulò pòst exemplis illustrabimus.De Nemesi sic Ammia.Marcel. lib. 14.ad finem: Hæc & huiusmodi innumerabilia vltrix facinorũ impiorũ honorúmq; præmiatrix aliquoties operatur Adrastia, atque vtinam semper,quam vocabulo duplici etiam Nemesim appellamus.Ius quoddã sublime numinis efficacis,humanarum mentiũ opinione lunari circulo superpositum,vel (vt definiunt alij) substantialis tutela generali potentia partilibus præsidens fatis:quã Theologi veteres fingentes Iustitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia despectare terrena. Hæc vt regina causarum,& arbitra rerum,hæc disceptatrix,vrnam sortium temperat,accidentium vices alternans,voluntatúmq; nostrarum exorsa interdum aliò quàm quò contendebant exitu terminans,multiplices actus permutando conuoluit. Eadémq; necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis vinciens, fastus tumentes incassum, & incrementorum detrimẽtorúmque momenta versans,vt nouit,nunc erectas mentium ceruices opprimit & eneruat,nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendũ extollit.Pennas autem ideò illi fabulosas aptauit, vt adesse velocitate volucri cunctis existimetur:& prætendere gubernaculum dedit eique subdidit rotam, vt vniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Sic ille: qui etiam lib.22. Quem ab ima sorte adúsq; iubendum Imperatori penè elatũ,ideóque intollerabilem,humanorum spectatrix Adrastia, aurẽ(quod dicitur)vellens, monénsque vt castigantiùs viueret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa. Audiamus etiam Artemidorum,qui lib.2.Nemesis, ait, semper bona est viuentibus secũdum legem,& moderatis hominibus, & philologis:at verò contra leges delinquẽtibus,& his qui aliquibus insidias struunt, & magnas res auspicantur. Nam impedimento esse,& obstare his quæ inconsultè & prẽter animi nostri sentẽtiam fiunt,Nemesim vocamus.Quidam prodũt, quòd Dea hæc bona quidem in peius vertat, mala autem in melius. De eadem Nemesi Plutarch.disputatione.De iis qui serò corripiuntur à numine,multa eruditè collegit,vt & Gyrald. Syntag. 15.& Erasm.in Prouerb.Adrastia Nemesis.

Locus ex Ammiano.

Artemidori locus.

Ayuntamiento de Madrid

Vestigia servat.] Epigramma Græcorũ 1. ἰχνεύει eam ob rẽ dicta, id est, vestigiaria, quæ vestigia hominũ insequatur; est & quædã ad prouerbiũ allusio, ἴχνη μετιέναι, & ἴχνη διώκειν. i. vestigiis insistere, & vestigia persequi: quod Platoni familiare est.

Continet & cubitum duraq; frena.] Hæc temperantiæ symbola diligenter annotat Pierius Hieroglyphicôn 36. & 48.

Ne malè quid facias.] Sic tãdem Nero post multa impia & scelerata facinorosa perpessus est suam Nemesim. Is enim matre interfecta, iudicium non effugit eorum qui prehendi non potuerunt, cui enim senatus coactus fuerat assentiri, huius statuæ populus noctu culeum suspendit; palam etiam voces audiebãtur, his conceptæ verbis: Nero matrem interfecit: quas multi ad Neronem deferebant, non tam vt afferrent interitum delatij, quàm vt Neronẽ apud Neronem accusarent. Tandem post miseram, impiam, & indignam omninò vitam, à senatu iudicatus est, vt nudus per publicum duceretur, furca eius inserta capiti, virgis ad mortem vsque cæsus, atque ita præceps de saxo daretur, vt retulit Xiphilinus, & Eutropius. Passus est etiã suam, certè vt atrocissimam, sic iustissimã Nemesim Seianus, magno quidem sed fallaci honore sub Tiberio lactatus, adeò vt imperatori pro collega haberetur, sed & Liuia Drusi, filij Tiberij ab eodem stuprata, & Druso veneni potione per Eudemum medicum extincto, quòd denique Prętorianos militesq; alios multis ac magnis largitionibus sibi deuinxisse, eóque in principẽ coniurasset, Tiberius hominem nõ aperta vi, sed paulatim depressum irretiuit, eumq; in senatu accusauit. Crimine patefacto Patres ita censuerunt; vt Seianus capite multaretur, eius corpus in Gemonias proiiceretur, in liberos etiam animaduerteretur: qua de re multa Dio. lib. 58. Corn. Taci. in 5. Val. Max. 9. cap. De improbè dictis & scelerate factis, aliique multi.

Neve improba verba loquaris.] Demadi pessimè cessit, qui dum funeribus necessaria venderet, optasse dicebatur vt in hac arte sua grande maiúsque solito lucrum obueniret, itaque damnatus est, quia id votum nisi ex mala mente, pessimoq; in Rẽpub. animo proficisci iudicatum est: adeò id lucrum non posse sine multorum morte contingere: Retulit Seneca de benefic. 6. Sic Thodoro præceptori Ptolomæi Ægyptiorum regis sua lingua fuit exitio: nã cùm Pompeium interfici persuasisset, quia mortuos non mordere dixisset, imò verò sese iactasset Cæsare Iulio fortiorem: in Asia tandem à M. Bruto deprehensus, meritas pœnas luit, vt est apud Plutarch.

Tandem

Ayuntamiento de Madrid

Tandem, iustitia obtinet.

EMBLEMA XXVIII.

ÆACIDÆ *Hectoreo perfusum sanguine scutum,*
Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit:
Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio, vt dominum posset adire suum:
Littoreo Aiacis tumulo namque intulit vnda,
Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit:
Victi Telamoniade tu dignior armis.
Affectus fas est cedere iustitiæ.

APparet id sumptum esse ex duobus Epigrammatib. Græcis lib. 1. titulo *de diuin.*: primúmque sic habet:

Ayuntamiento de Madrid

Ἀσπίδ' Ἀχιλλῆος τλῶ ἴντος ἄμμα πίσσας,
Λαρτιάδης δεινεῶν ἔλε κακοηθείᾳ.
Ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβου
Αἴαντος νικηθὲν ἄρμιον, οὐκ Ἰθάκην.
Pelidæ clypeum non æquo cessit Vlysses
Iudicio, plenum sanguinis Hectorei.
Sed mare naufragio detraxit, namque natando
Is tumulum Aiacis, non Itacham petiit.

Quod autem sequitur, Alciatus ipse expressit, sed Musa paulò fusiore, addiditque postremo ἐπιμύθιον:

Καλὰ πεισιθέων δὲ κακὸν πολὺ μᾶλλον ἀθύνει,
Καὶ κρίσιν· λήθῃ συγχρὼς ἀπέδωξε θάλασσα.
Ἀσπὶς ἐν ἀργείοισι βοᾷ, καὶ σῶμα τιτάσκει,
Αὐτὸν δ' ἐκκλέψασα τὸν ἄξιον ἀσπιδιώτην.
Ἐγχεῖ πᾶς τελαμῶν, ἐχέτω σάκος αἰακιδεύς.

De armis Achillis cótentio.

Cæterùm de Achillis armis inter Aiacem & Vlyssem coorta illa nobilis illa, Poetisque decantata controuersia, quæ sanè Aiacem cedere coactus esset astutus & vafer Vlyses, nisi sua eloquentia tanquam fascino aliquo iudices Græcos in suam sententiam pertraxisset. His tamen armis iniuria & dolo partis, non diu potitus est malæ fidei possessor. Retulit enim Pausanias non postremi nominis scriptor, se audisse ab Æolensibus, qui Ilium post eius euersionem tenuerunt, de armorum eiusmodi proiudisse iudicio, illudque in primis: Post Vlyssis naufragia, arma de quibus certamen fuerat, ad Aiacis tumulum tempestate delata. Id Deo volente factum colligit hic Emblematographus vt alludat ad vulgatum miserorum & afflictorum conquestum.

Pausaniæ locus præclarus.

Veritas, & ius premitur, non opprimitur.

Iustitia verumque laborat, sed tandem eluctatur: & quanquam prematur, non opprimitur tamen. Cicero pro Cluentio: Malorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentis defensio intercluſa respirat. Et pro Cœlio, exclamat magnam esse vim veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem solertiamque, contraque fictas omnium insidias facilè se ipsa seipsam defendat. Idem in Sextiana defensione: Alia quædam ciuem egregium iniqui iudicij procella peruertit, caret aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreati sunt atque reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. At verò qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ aut concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt, omnes ferè Reipublicæ pœnas aut

Ayuntamiento de Madrid

senti morte, aut turpi exilio pependerunt. Permultis sanè exemplis confirmari potest, pleroſque iudicum iniquitate, aut etiam populari rumore, vel alio modo damnatos, déque honoris gradu decessisse, qui tandem vita functi, certissimis conjecturis insontes, & ab omni obiecto crimine immunes deprehensi, concitatam de se opinionem non modò abstersérunt, sed immortali gloria tandem donati sunt. Opportunè ergo dictum est à Liuio: Veritatem laborare sæpè, extingui nunquam. Vt enim quæ falsa sunt, vel nullo certè laborante delentur temporis aliquo tractu: vera autem & iusta violentis hominum iniuriis interdum cedunt, sed tandem emergunt. Rectè Menander:

Ἐν παντὶ δεῖ καιρῷ τὸ δίκαιον ὑπερτερεῖν,
Εἰς τοι δικαίᾳ μυρίων οὐχὶ νδίκων
Κρατεῖ, τὸ θεῖον τῷ δικαίῳ τὴ συλλαβόν.
Tempore omni quod iustum est vincere par est:
Vnus vir iustus infinitis non iustis
Præstat, Deo & iustitia adiuuantibus.

Quamuis monumenta præclarorum hominum situ squalleant, eorum tamen virtus nullis vnquam seculis obscurari omninò potest. Huc fortè non incommodè illud Pindari ex Od. 8. Olymp.

Κατακρύπτει δ' ἀκύνις συγγόνων κεδνὰν χάριν,

Id est, Nec pulueris situm occulit congenitorum inclytam gratiam.

Æacidæ.] Achillis: ab Æaco Telamonis & Pelei patre.

Perfusum sanguine Hectoreo scutum.] Id dicit, propterea quòd Achilles Hectorem interfecit.

Concio iniqua.] Iniustum iudicium Græcorum procerum: vel iniqua concio Vlyssis: quam repete ex Ouidij Metamorphos. 13. Concio, tria significare Gellius lib. 18. cap. 7. notat ex Verrio Flacco: locum, suggestúmque vnde verba fierent: iam cœtum populi: & orationem ipsam quæ diceretur ad populum.

Itacho.] Vlyssi, ab Ithaca patria.

Iustior arripuit Neptunus.] Aqua marina fuit æquior Aiaci, quæ scutum & arma illi arrepta reddiderit. Tacitè videtur alludere ad id quod postea dicet, plus inesse piscibus marinis humanitatis & fidei, quàm hominibus. Seneca Declamat. 1. Controuersiarum 7. O maria iustiora iudiciis, ô mitiores procellæ patre! Sic Ouid. 1. Tristium eleg. 4. vbi poëta suos labores cum Vlyssis laboribus comparat:

Ayuntamiento de Madrid

Cúmque minor Ioue ſit tumidis qui regnat in vndis:
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

Idem 3. eiuſdem operis elegia vndecima:

Neptunique minor quàm Iouis ira fuit.

Apud eundem, Dido Æneæ.

Iuſtior eſt animo ventus, & vnda tuo.

In quibus ego comparationibus video Hyperbolen: & quidem mari nihil eſt implacabilius.

Dominum ſuum.] Aiacem, qui dominium quidem iure, poſt Achillem mortuum, animo retinuerat: poſſeſſionem vero minimè, quam Vlyſſes eloquentiæ viribus obtinuerat.

Boat.] Clamat, tranſlatè à bobus.

Voce.] Catachreſis, pro ſono,

Viciſti, &c.] προσωποποιία.

Telamonìade.] Aiax Telamonis fili.

Affectus fas eſt, &c.] ἔξήγησις & ἐπιμύθιον, ad quod illuſtrandum ſuccurrit Æliani exemplum nobile ex lib. 13. var. hiſt. de Macareo quodam ſacerdote Mitylenenſi, ſed quia liber eſt in omnium manibus, non adſcribam.

Etiam

Ayuntamiento de Madrid

Etiam ferociſſimos domari.

EMBLEMA XXIX.

ROMANVM poſtquàm eloquium, Cicerone peremptо,
Perdiderat patriæ peſtis acerba ſuæ:
Inſcendit currus victor, iunxítque leones,
Compulit & durum colla ſubire iugum:
Magnánimos ceſſiſſe ſuis Antonius armis,
Ambage hac cupiens ſignificare duces.

Emblema tractum ex Plinio & Ciceronе 2. Antoniana.

TEſtis huius hiſtoriæ poteſt videri Plinius, qui ſic libr. 8. cap. 16. Primus Romæ leones ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello cùm dimicatum eſſet in Pharſalicis campis, non ſine quodam oſtento temporum, generoſos ſpiritus iugum ſubire illo prodigio ſignificante. Plutarchus au-

Ayuntamiento de Madrid

tem in Ciceronis vita copiosa oratione recenset interitus eiusdem causas, quibus M. Antonius eum ad necem postulauit. Nulla tamen potior fuit, quàm quòd Cicero, cum sibi (è re sua) maximè esset opus, seruire tempori non potuerit. Actionibus enim Philippicis in Senatu habitis sic exanduit Antonius, vt inde omnē, quod aiunt, lapidē mouerit, quò Cicero de medio tolleretur. Cùm itaque ex vrbe discedens primò in Tusculanum venisset, indéque transuersis itineribus in Formianum, vt nauim conscēderet, in altum prouectus esset, ventisque aduersis agitatus, & vitæ & fugæ eum cepit tædium. Itaque reuersus in Formianum ab Antonij militibus petitus est, & Popilius Lænas (quem aliquando Cicero in Senatu defenderat patronus) prominenti ex lectica, præbentique immotam cerui-cem caput amputauit, & ab Antonio inter duas manus in rostris positum fuit, quo loco orationes in Antoniū Cicero habuerat. Val. Maxim. 5. cap. 3. multa Seneca 7. Controuers. 1. & suasoriarum 6. cap. Seuerus Cornelius fatum hoc planè funestum ita deflet.

Abstulit vna dies æui decus illaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ,
Vnica sollicitis quondam tutela salusque
Egregium semper patriæ caput: ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque togæque:
Publica vox sæuis æternum obmutuit armis.
Informes vultus sparsámque cruore nefando
Canitiem sacrósque manus, operúmque ministras
Tantorum pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouans: lubrica fata, deúsque
Respexit, nullo luet hæc Antonius æuo, &c.

Nihil tam durum quod frāgi non possit.

Meminere alij quidem facinoris huiusce Antoniani, vel potius insolēriæ plusquàm nefariæ insani huius hominis iugatos leones ad currum iungentis. Et hoc quidem certè sat nobis intelligi datur, nullam esse tantum vim, aut firmum animi propositum, nullius tam præfractam vocem & sententiam, quæ non coërcerit aut edomari queat. Quoties enim vel libertas vel virtus oppressa, & quasi sopita est tyrannorum violentia? Vltrò sese mihi offerunt exempla longè multa de iis qui indigna & immerita extincti nece à multis iam anteactis annis, desiderium sui nobis reliquerunt, vt eorum non possimus vel sine lacrymis, vel iusto dolore meminisse.

Sed vt ad Ciceronem reuertamur: Cæsarem in senatu confossum

Ayuntamiento de Madrid

fossum accipimus à ciuitatis Romanæ principibus, qui tyrannidem perferre non poterant; qui tamen cùm aleam periculosissimi & funestissimi consilij subiissent, longè aliud cecidit quàm putassent; tyrannum enim de medio sustulerunt, at ipsam tyrannidem tollere non potuerunt. Statim enim perturbatis rebus, & omnium consternatis animis eandem potentiam nescio quo fato M. Antonius occupauit, quanquam moribus & vitæ instituto dissimilis aliisque partibus Cæsare inferior: cui apertè omni contentione animi restitit M. Tullius, & plerique alij nobiles Romani: quos (inito fœdere cruentissimo Triumuiratus) proscripsit Antonius, ex iisque multos interfecit. Eam quidem quam non modò antè præsentiebat, sed planè experiebatur insanam M. Antonij rabiem, non dissimulat ipse Cicero 2. Philipp. cùm ait: Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius: auctoritas huius ordinis afflicta est? afflixit Antonius: desideratis clarissimos ciues? eos quoque eripuit vobis Antonius: omnia denique quæ postea vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Et deinde subiecit: Versatus in bello est, saturauit, se sanguine dissimilimorũ sui ciuium. Itémque 3. Philip. ait, eum in hospitis tectis Brunduſij fortissimos viros, ciues optimos, iugulari iussisse, quorum ante pedes eius morientium sanguine os vxoris respersum fuisse constabat. Certè Plinius lib. 14. cap. 22. Antonium sanguine ciuium ebrium, & eum sitientem nominauit. Et hæc quidem fortè satis. Quanquam enim ad Emblematis explanationem videamur adduxisse quæ studioso cuique satisfaciant: tamen adiiciemus, quod non parùm fortasse conducat ad materiam seu fontem carminis huius explanandum. Si enim locus est coniecturæ nostræ dandus (in quo tamen nihil cuiquam velim præiudicatum) videtur id Alciatus duxisse potius ex Antonianæ 2. M. Tullij loco, sed (vt plerisque doctis videtur) corrupto, qui sic habet: Vehebatur in essedo Tribunus, &c. sequebatur eum rheda cum lenonibus, comites nequissimi. Nonnulli hìc legunt, leonibus, quod non probatur criticis, & iis qui maiorem probabilitatem sectantur, quique censoriam virgulam in scriptis auctorum meliorum subinde adferunt. Quo ex loco suum videtur Emblema confinxisse Alciat. &, leonibus, legisse pro lenonibus: adhæc non rectè temporum rationem habuisse. Si quos moueat Plinianus locus quem attuli, nihil certè moror, cùm nihil præfractè hac in parte ausim affirmare.

M. Antonius tyrannus.

Fons Emblematis.

Roma

M. Tullij laus.

Romanum eloquium.] κατὰ τὴν ἐξοχήν. Romanæ princeps eloquentiæ vocatur Cicero, vt etiam disertus artifex Reipubl. administrandæ à D. Augustin. Plinius senior eum sic lib. 7. c. 30. salutat: Salue, inquit, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite, &c.

Pestis patriæ.

Patriæ pestis acerba suæ.] Allegorica nefarij hominis, Reique pub. pernicioſi hostis, descriptio, quam sæpè orationibus vsurpat. vt Catillinariis, Post reditum, pro Sextio idē orator: vt cùm Clodium aliquādo tetram & immanem belluam, sæpè furiam, sæpiùs pestem appellat. Sed & Gabinium atque Pisonem, duas imperij Romani pestes memini nominatos eadē oratione Sextiana. Sic in Politic. Plutarcus Reipubl. Hostes Aristiona, Nabim, Catilinam, pestes, morbum & vomicam patriæ appellat, id est, νόσημα καὶ ἀπόστημα πόλεως. sic Virgil. Aen. 3. Harpyias pestem & iram Deorum: & 12.

— Turni se pestis ad ora
Fertque, refertque sonans.

Non mihi tempero, quin & hæc adiiciam, in eorum maximè gratiā, quos in politioribus literis instituimus: quicquid lethale, noxium & damnosum est, id pestis nomine solere appellari. verbum enim, pestis, παρὰ τὸ πεσεῖν: vnde ducta vox antiqua, pes sum, pernicies etiam à pernecando dicta. Salluſtius: Et si certa pestis adesset, mansurum potius, &c. Catullus seipsum alloquēs ita de amore suo,

Me miserum aspicite: & si vitam puriter egi,
Eripite hanc pestem, perniciemque mihi.

Idem ad Rufum:

Eripuisti heu heu nostræ crudele venenum
Vitæ, heu heu nostræ pestis amicitiæ.

M. Tullius 1. in Catilin. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc Reip. pestem paulisper reprimi. & ibidem: Atque delebitur non modò hęc tam adulta Reipubl. pestis, verùm etiā stirps ac semen malorum. Idem 2. in Anton. vt Helena Troianis, sic iste Reipubl. causa belli, causa pestis atque exitij fuit. & Philip. 7. Tetram & pestiferam belluam ne inclusam & constrictam dimittatis, cauete. Apuleius 5. Asini aurei, De sororibus Psychæ: Sed iam, ait, pestes illæ, teterrimæq; furię anhelantes viperęum virus nauigabant. Idem lib. 7. Verùm fortuna meis cruciatibus insatiabilis aliam denuò mihi pestē instruxit. Eodem schemate dixit idem Apuleius 9. Asini. De muliere quadam: Sed omnia prorsus vt in quādam cœnosam latrinam in eius animū

con

confluxerant flagitia. Et Arnobius lib. 5. contra gentes, de Ioue loquens: Vt esset, ait, criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluuionibus deriuarent, &c.

Iugum.] Nolim prætermissum quod notat Pierius 48. Hieroglyph. iugo seruitutem significari, & fatigationem. vnde vulgatum illud. Subdere colla iugo, pro eo quod dicimus, in seruitutem trahere, à bobus sumpta metaphora. Iugũ quid.

Ambage hac.] Signis & mutis demõstrationibus eiusmodi, Leones enim iunxit, vt significaret se fortissimos quosque sub iugum misisse. Leo in Hieroglyph. fortitudinem, robur, & alia multa signat: qua de re Pier. Valerianus lib. 1. Ambages autem primaria significatione pro verborum circuitu, & sententiarum aliorsum tortarum ductu accipi solet: at hîc, quantum coniicio, schema vel pompam, aut factum insolentem arguit, quo tacitè quid sibi vellet, innueret Antonius. Scio quidem apud auctores frequenter sumi μεταφορικῶς pro verborum circuitu, qualis in criminibus excusandis aut velandis adhiberi nonnunquã solet. Liuius 2. Per ambages tegens ingenij sui effigiem. & 9. Vix pueris dignas ambages, senes & consulares fallendæ fidei exquirere, & id quidem translatitiè, propriè verò ambages sunt flexus & mæandri fluminum. Claudianus itaque Æquoris ambages dixit, sic sæpe apud Cornel. Tacitum Annalib. Leo quid. Ambages.

Gratiam

Ayuntamiento de Madrid

Gratiam referendam.

EMBLEMA XXX.

AERIO insignis pietate Ciconia nido,
Innectes pullos pignora grata fouet.
Taliaque expectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Parentibus quantum debeamus.

OMnibus iis qui humanitatis iura colunt, ab ipsa omnium magistra natura persuasum debet esse quantum parentibus debeant, nisi tamen omnem humanitatem sibi detrahi patiantur. Siquidem nō homines modò arcano aliquo sensu pietatis inparentes, sed & animantium quædam, à quibus abest ratio admonentur. Ciconiæ enim, vt est apud Solin. cap. 43. Polyhist.

Ayuntamiento de Madrid

lyhiſt. quantum temporis impenderint fœtibus educandis, tantum & ipſæ à pullis ſuis mutuum aluntur. Quamobrem Ægyptij cum ſignificarent hominem, qui patris curam gereret, Ciconiam & Cucupham depingebant, quòd hæ ſoleant genitoribus ſenio confectis eodem modo gratiam rependere, quo ipſæ fuerint educatæ. Is enim nidum parant, pennas vellicant inutiles, & pabulum ſuppeditant: idque quoad reſumptis pennis ſibi ipſis queant ſufficere. Itaque hæ & pietatis, & grati animi ſymbola gerunt, vt videre eſt apud Pierium lib. 17. Hieroglyph. Pudeat nos hac in re inferiores, aut etiã deteriores auibus eſſe. Atqui par eſt eo lubentius & alacrius naturæ nos reddere quod accepimus, nimirum vitam eorum conſeruare tutarique, qui nobis auctores vitæ fuerunt: & quo nobilior eſt noſtra cõditio, eò affectus debet eſſe paratior ad humanæ vitæ officia obeũda, & pietatem omnem exercendam. Nobis enim ætate iam affectis, & imbecillioribus factis, itidem liberi reſtituent. Nec verò eſt quòd pluribus has naturæ leges commonſtremus, quando-quidem omnes norint poſt tria illa, quæ ad diuinum cultum ſpectant præcepta, primum rerum humanarum decretum eſſe, vt parentes ipſos in honore habeamus: cui & ſpem certumque præmium vitæ longioris adiecit ſupremus ille legis auctor Deus, ad excitandam hominum tarditatem. Heſiodus huc alludens, τ. ἔργων, ſeculum impium deſcribit ab effectis hominum ſceleratorum, qui probro contumeliaque afficient, eoſque ſenio affectos non ſuſtentabunt. Iupiter, inquit, perdet hoc genus hominum, Ζεὺς ὀλέσῃ καὶ τοῦτο

γενὸν ἀνθρώπων ὀλογήρασκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας,
Μέμψονται δ' ἄρα τοῖς χαλεποῖς βάζουτ' ἐπὶ ἔργοις
Σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, οὐδὲ μὲν οἵγε
Γηράσκοντι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν
Χερσὶ δίκαι.

Ciconia pietas.

Sed vbi eſt illa naturæ vis (ait Caſſiodor. variar. epiſt. 14. lib. 2. quæ amplexu copulæ deſtinatur ad poſteros? ferarum catuli ſequuntur parentes: à ceſpite ſuo virgulta non diſcrepant: propago vitis propriæ ſeruit origini, & diſcrepat homo à ſuo fuſ⁹ initio! Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam perſonam poſſunt obligare? Nutriuntur à paruulis: ipſis laboratur: ipſis diuitiæ conquiruntur: & cùm ſibi vnuſquiſque credat abundare quod poſſidet cùm à patribus adhuc quæritur, pro altera potiùs ætate peccatur. Proh dolor! non mœrebimus eorum affectum, pro quibus ſubire non recuſamus exitium? Maria ipſa ſæuis tempeſtatibus excitata genitoris cura nõ refugit, vt peregrinis

Ayuntamiento de Madrid

regrinis mercibus acquirat quod proprię soboli relinquat. Aues ipsæ, quarum vita semper in escis est, naturam suam extranea sorde non maculant. Ciconia, redeūtis anni iugiter nunciatrix, eiiciens tristitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducēs, magnum tradit exemplum pietatis. Nam cùm parentes eorum pennas senio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos quærendos idonei potuerint inueniri, plumis suis genitorum membra frigida refouentes, escis corpora lassa reficiunt: & donec in pristinum vigorem alis grandæua redierit, pia vicissitudine iuuenes reddunt quod à parentibus paruuli acceperunt. Ideoq; non immeritò vita longa seruantur, qui pietatis officia non relinquunt. Hactenus Cassiod. Et hanc quidem naturę legum, quòd plerumque à sceleratis quibusdam naturæ monstris violaretur, iura ciuilia confirmarunt, vt l. 5. Si quis à liberis, D. de liberis agnoscēdis: & de alendis liberis ac parentib. Cod. vbi respōsum hoc legitur Antonini Pij: PARENTVM NECESSITATIBVS LIBEROS SVCCVRRERE IVSTVM EST. ea tamen alimenta præstari debent pro modo facultatum: & si non præstentur, captis pignoribꝰ & distractis cogetur quis satisdare sententię. Tractauit hoc argumentū Basilius Magnus orationibus περὶ ἐξαιμέρου. Nonnulla ex Platone 1. Alcibiad. petas licet, Aristotel. 1. De animal. historia, Plin. 10. cap. 23. & Val. Max. lib. 5. cap. 4. Prouer. περιστερὰ γέρων.

Aerio nido. Alto, ex subiecto, adiunctum μετωνυμικῶς. vt apud Virg. 1. ecloga:

Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

& 3. Palumbes eadem ratione dicuntur aëriæ.

Effigies Ciconiæ, in sceptris. *Insignis pietate.* Petronius Arbiter Ciconiam pietatis cultricem appellauit, hinc in numis Adriani sculpta est, cum inscriptione, PIETAS AVGVSTA. Reges enim antiquitùs summo in sceptro Ciconiæ gestabant effigiē, in imo Hippopotami, ait Suidas: vt admonerentur, pietatē plurimi esse faciendam: sæuitiam & crudelitatem cohibendam atque comprimendam.

Inuestis. *Inuestes.* Impuberes, & quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat, ait Nonius. de hoc verbo multa doctè Fornerius noster Selection. 1. cap. 29.

Pullos pignora. Appositio. Liberi inter virum & vxorem tanquam vinculi & charitatis mutuæ habentur pignora. Ouid. 3. Fastorum:

Liberi pignora. *Inque sinu natos pignora chara tenent.*

Sic Nouella Valentiniani de libertis: Itaque libertus, qui ciuis

Ayuntamiento de Madrid

uis Romani priuilegium fuerit consequutus, siue vnicum pignus, siue plures cuiuslibet sexus habeat filios, cùm mori cœperit, soboli suæ omnes proprias si maluerit facultates supremo securus dimittat arbitrio. Claudia. 1. De raptu Proserpinæ, vbi Pluto quæritur se priuari spe sobolis:

Ast ego deserta mœrens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas?

Et paulo pòst de Cerere:

Commendat Siculis furtim sua pignora terris.

Idem 3. eiusd. operis,

— Reuocat tandem custodia chari Pignoris. —

Abstinentia.

EMBLEMA XXXI.

Marmorea in tumulis vna stat parte columna
Vrceus, ex alia cernere malluuium est.

Vide Embl. 144 huius libri.

Ayuntamiento de Madrid

Ius hæc forma monet dictum sine sordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.

HÆc Epigraphe non plena satis esse, & argumento carminis accommodata mihi videtur. Velim itaque reponi sic. *Abstinentia à muneribus capiundis.* Cæterùm cùm nuper fortè fortuna incidissem in Aristeæ Græci scriptoris librum, qui est De lege diuina, commodè sese locus obtulit huic Emblemati non parum accommodus. Ille sic: ἐπηρώτησαν δὲ καὶ τοῦτο τὸν ἀφ' ἡμῶν ἀπενίσαντο τὰς χεῖρας, τὸ τελικοῦτα σύγκυται διεσάφωσιν δὲ, τὸ μαρτύριον εἶναι τὸ μηδὲν ἠργάσθαι κακὸν, πᾶσαν δὲ ἐνέργειαν διὰ τῶν χειρῶν γίνεται, καλῶς ἢ ἐσθλῶς μεταφέροντες ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀλήθειαν πάντα. id est, Interrogarunt (Iudæos intelligit) cuius rei causa manus abluerent vota facturi, significarunt illi id, fieri in testimonium & argumentum nullius sceleris perpetrati. Nam quòd per manus omnes conatus soleant expediri, ita pulchrè & sanctè ad iustitiam omnia referebant. Nonnulla sunt apud Cassiodorum præclara monita, quæ ad id maximè faciant, et eo petat qui volet lib. 9. epist. 19. & lib. 11. epist. 8.

Aristeæ locus de Iudæorum ritu in manibus abluendis.

Aqualis & malluuiũ.

Marmorea in tumulis. Hæ sunt iudicis æquissimi notæ, quibus post mortem vel maximè celebretur. Siquidem vrceolus vel aqualis vna tumuli parte; malluuium cum mantili in altera depictum, arguit sepulti hominis in administranda iustitia æquitatem & innocentiam. Quæ virtutes vt iudicem quemque maximè commendant; sic ab eo si abscedant, non iudex, sed impius & inhumanus carnifex habendus est. Reclamant enim adversus iniquos iudices, & diuinæ & humanæ constitutiones, quòd in Republ. bene liberalitérque instituta nihil debeat incorruptius obseruari, quàm iudicium, quòd lingua sæpius quam nummis peruerti solet. Quamobrem non iniuria Cicero docebat se non intelligere, cur qui sententiam pecunia corrumpit, pœna dignus sit: qui autem oratione, laudem ferat. At præcipuè iudicis est nec muneribus, nec affectibus priuatis ab æquitate dimoueri: debet enim ipse perpetuò meminisse Deum habere se iudicem, cuius oculum nihil effugere aut præterire possit. Adhæc, quantum ad symbola proposita spectat, malluuium & vrceus integritatem iudicis, & à muneribus capiundis abstinentiam repræsentant. Manuum siquidem abluendarum gestus olim fuit innocentiæ quædam aperta demonstratio. Cùm enim quis se insontem & immunem à crimine ali-

Virtutes iudicis.

Manus abluere quid olim.

quo

quo vellet indicare, sed nec vllum in eo admittendo assensum præbuisse, præsentibus quibusdam manus abluebat, vt ex ea manuum munditie puritatem animi declararet. Huc quidem spectat illud regij Psaltis, Lauabo inter innocentes manus meas: idémque est intellectum à peruerso nostri Redemptoris iudice Pilato, cùm accepta aqua manus abluit, innocentiam professus, criménque in Iudæos reiiciens. Quod annotauit Pierius Hieroglyph. 35.

Vrceus.] Vas terreum aut æneum ad aquam excipiendam aut hauriendam. Malluuium, siue pollubrum, vas est siue lebes ad manus abluendas, quasi manulauium. Vrceus.

Ius dictum.] Iudex, vt vult Varro, iuncto verbo dicitur, qui ius dicit. Ius dicere ipsorum est magistratuum. Cicero pro Flacco: Qui anno antè ius dixerat. Idem ad Atticum: Quippè ius Laodiceæ me dicere cùm Romæ Plotius dicat. & 10. Antoniana: Qui cùm Prætor vrbanus esset, vrbe caruit, ius non dixit. Ius dicere.

Sed id paulò distinctius est explicandum, ne mihi diem dicant iuris studiosi. Didicimus itaque ex Vlpiano, I. Ius dicentis, D. de iurisdic. omn. iudic. Ius dicentis, hoc est Prætoris, officium esse latissimum. At non modò prætorem intelligimus iuris dicentis nomine, sed & præfectum vrbi, vt D. de off. præf. vrb. l. 1. &, De in ius voc. l. 2. præsidem prouinciæ, l. cùm hi. §. sed nec mandare, D. de transact. & ædilem curulem, qui certis de causis ius dicebat, l. 1. de ædilit. edict. fuit tamen magis vsitatum, vt ius dicentis verbo, Prætor appellaretur, velut iuri dicundo præ aliis constitutus, l. 2. §. populo, D. de orig. iur. At de vrbis prætore id modò intelligimus: alij enim qui creati sunt Repub. augescente, ius non dicebant, sed tantùm de capitalibus quæstionibus cognoscebant, quæ ipsis obuenerãt sorte, vnde Quæsitores appellati. Ne longior sim, ita statuo, alium fuisse à Prætore iudicem, & à ius dicente: quod planum est ex M. Tullio, 2. in Verr. & pro Rabir. Post. Itaque distinguimus officium Prætoris, & ius dicentis: vt stipulationem etiam prætoriam à iudiciali: tametsi aliquando iudicis & prætoris nomina confundãtur. Etenim temporib. Imperatorum (quo antiqua penè omnia obsoleuerunt vnà cum linguæ Romanæ puritate) iudicum nomine quicunque magistratus etiam maiores appellari cœperunt.

Puras habuisse manus.] Hi puris manibus viuere dicuntur, qui purè atque integrè vitam transigunt: qui neque dolo neque Puræ manus.

Ayuntamiento de Madrid

astu aliis negotium facessunt: qui denique sunt (vt hîc Alciatus intelligit) ἀδωροδόκητοι. i. à muneribus accipiendis alieni. Horatius paulò deflexit:

——— *Bene si quis, inquit,*
Et viuat puris manibus.] Sic dicuntur in Nouell. 8. καθαραὶ χεῖρες.

Bonis à diuitibus nihil timendum.

EMBLEMA XXXII.

Iunctus contiguo Marius mihi pariete, nec non
Subbardus, nostri nomina nota fori,
Aedificant bene nummati, sataguntq́, vel vltrò
Obstruere heu nostris vndique luminibus.
Me miserum! geminæ quem tanquam Phineа raptant
Harpyiæ, vt propriis sedibus eiciant.

Integritas

Ayuntamiento de Madrid

Integritas noſtra, atque animus quæſitor honeſti,
His niſi ſint Zetes, his niſi ſint Calais.

QVerela eſt de duobus ſuis vicinis, qui ædificando luminibus ſuis officerẽt, ſicque ab eis importunè fatigaretur, vt olim Phineus ab Harpyiis, vt parum abeſſet quin propriis ædibus expelleretur, niſi ſuccurriſſet animi probitas & integritas. Sic enim viri boni ſæpenumero ab importunis dominis deturbantur ſine vlla legum & honeſti ratione, niſi æquanimitate, vel potius numinis aliquo præſidio, & quaſi ariete vindicentur. Demoſthenes in Calliclem: τὸ χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονος πονηρᾶ καὶ πλουσίου τυχεῖν: id eſt, Nihil moleſtius eſſe poteſt, quàm in vicinum malum & auarum incidere. Quò etiam illud Pindari non malè quadrabit ex Nemeor. 10. χαλεπὰ δὲ ἔρις ἀνδρῶν ὑπερτάτοις μάλιστα κρεσσόνων: Periculoſum eſt contendere cum potentioribus.

Pariete.] Proceleuſmaticus, dactyli vice.

Satagúntque vel vltro, &c.] Arguitur iniuſtus & violentus diuitum animus, à quibus in primis eſt timẽdum, quippe qui neque ius neque bonum, ſed nec æquum colunt. Qua ratione puto dictum à Platone 5. legum: valdè diuites homines non eſſe bonos. Refert Plutarc. ita quendam dixiſſe Syllæ gloriãti. Quomodo vir bonus eſſe potes qui tã magnas opes poſſideas, cùm nihil à patre acceperis?

Obſtruere noſtris luminibus.] Obſtruere luminibus vicini ἐμφράττειν τῇ αὐλῇ. eſt ſtructuram aliquam iuxta eius ædificium facere, quæ lumen eidem eripiat. Obſtruere enim luminibus, verbum antiquum iuris, vnde Cicero pro domo ſua: Cùm ille negaret, inquit, primò ſe luminibus eius obſtructurum minabatur: Idem in Bruto: Vt horum conciſis ſententiis (de Philiſto & Thucidide loquitur) interdum etiam non ſatis apertis cum breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuæ, quod idem Lyſiæ Demoſthenes: ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altiùs oratio. Quod dictum à Cicerone per metaphoram nemo non videt, pro eo quod dixiſſet ſine tropo; impedimento fuit ne orationis Catonianæ lumina viderentur. Rectè Thucydides: πρὸς τοὺς ἀγχιτόνους πάσι τὸ αὐτὶ πᾶσιν ἡγεμόνι μάλιστα. Ex vicinis malum bonúmve proficiſcitur. Harpyiarũ verò fabulam Plutarch. lib. De vſura vitanda, torquet in debitores, qui grauentur ære alieno: tolerant enim ac ſuſtinent tan-

Obſtruere luminibus quid.

Ayuntamiento de Madrid

quam Phineus Harpyias illas pennatas pascentes, &c. ὡς ἐφ' ἑνὸς ἁρπυίας τινὰς ἀποπτήσους βόσκοντες. Referam Alciati verba ex commentario ad tit. De verb. signific. l. 139. Finge, inquit: Concedit lex volenti lautè ædificare, vt vicinum ad proximæ rei venditionem cogere possit, an eum quoque adiuuabit, qui lautum ædificium perfecit, sed addere illi aliquid desiderat, puta hortum ampliare, vel impluuium? qua in re cum ego impeterer, negabam adiuuari. Cùm enim ornatus vrbis ratione ita constitutum esset, & qui ciues ad expolienda ædificia incitarentur, in eo qui iam perfecisset, hęc ratio locum non habebat. Paulopòst ita: Verùm cùm non tam iuri meo quàm rudicibus diffiderem, transegi, vt verissimum sit illud Hesiodi, μὴ δ' αὖ βὸς ἀπόλοιτ' ἐπὶ μὴ γείτων κακὸς ἔῃ. quod, vt ait Columella, non solùm de boue dicitur, sed etiã de omnibus partibus rei familiaris, adeò refert non habere malum vicinum. hęc Alciat.

Harpyiæ quot, & vnde dictæ.

Geminæ quem tanquam Phinea raptant Harpyiæ.] Hesiodũ secutus, duas tantùm Harpyias statuit. Virgil. trium meminit, quarum nomina Aëllo, Ocypete, & Celæno. Finguntur volucres monstrosæ, facie virginea, vnguibus vultures referentes ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, à diripiendo dictæ. vnde Suidas ait, ἁρπακτικὰς δαίμονας ἔστι. Sic autem habet fabula. Phineum vxorem duxisse Cleopatram, Boreæ & Orithiæ filiam tradunt, cúmque alteram nomine Idæam Dardani filiam superinduxisset, eius nefario suasu filios ex Cleopatra susceptos excęcauit: qua de causa dicitur & ipse à Diis excæcatus, in eúmque missæ Harpyiæ quæ cibos & mensam eius diriperent, & turpissimè fœderarent. Quòd verò Zetes & Calais cum Argonautis Colchos profecti Zetes & Calais. scentes à rege Phineo susceptí fuissent honorificè, vt eum ab intolerabili molestia liberarent, Harpyias magna dexteritate pepulerunt, & in Plotas vsque insulas persecuti sunt. Cætera ex 3. Æneid. Virgilianæ, 6. & 7. Metamorph. Ouid. petes. Vide etiam Valer. Flaccum 4. Argonautic. Sed quoniam nobis propositum fabulis ipsis allegoricas enarrationes adiicere, non videbitur à re alienum, si explanemus quid Harpyiarum nomine intelligatur. Sanè vt vis nominis indicat, Harpyiæ quid. Harpyia rapacitatem notat: vnde Harpax, & harpagare verbum apud Plautum, Fulgentius ait, ideò virgines fingi, quòd rapina omnis sterilescat, nulliúsque sit frugis: Volucres propter celeritatem qua feruntur, qui rapiunt: plumis operta, quòd latitet quicquid ab iis eruscatum est. Tres verò, quoniam primò aliena expetuntur, cui succedit inuasio, & possi-

Cur volucres Harpyiæ.

Ayuntamiento de Madrid

mò absconduntur. Hinc enim nomina è re facta. Aello, tanquam ἀελλὰν ἅλλη, tollens alienum: Ocypete, citius auferens: Celænum verò nigrum. Sunt qui per tres Harpyias, auaritiam, inuidiam & superbiam intelligi velint. Opinor autem hic Alciatum de industria duarum tantùm meminisse, vt ad rem suam, id est, duos vicinos accommodaret. Ille quidem 2. Prætermissorum ait, Harpyias ira tonantis aduersus Phineum impulsas à Poëta fingi, quòd quæcunque maxima oriantur mala, iræ diuinę soleant ascribi: & Theophrastus hasce tempestates sterilitates, & alia generis eiusdem, quæ non vitio terræ, sed cælitùs proueniunt, ἀπὸ τοῦ δαίμονος καὶ αἰτίου appellat, id est, causam Deorum numine vrgentem. Si plura de Harpyis requiras, consule Syntagma. 6. Historiæ Deorum Gyraldi.

Cur plumis præditæ.

Cur tres. Aëllo Ocypete. Celæno.

Integritas nostra, &c.] Accommodat fabulam. Propriis ædibus cedere cogar, & his expellar, nisi mentis integritate & honestate vindicer, méque tuer, vt olim Phineus, Zete & Calai adolescentibus fortissimis. Vitæ innocentis conscientia (vt hoc vel obiter adiiciam) est instar muri ahenei, qua nimirum quis sustentatus, non eget Mauri iaculis, nec arcu ad retundendas insidias iniquorum & violentorum hominum. Itaque rogatus Bias quæ vita metu careret? innocens, inquit, & eius qui sit sibi bene conscius: nam omnes animum innocentem amant & charum habent, vt est apud Pindar. adeò vt innocentem dãnare pro grauissimo crimine sit iam olim habitum: ergò malè cessit Archiæ quòd Archilochum interfecisset: Cæcilio Metello de Dalmatis citra causam triumphanti: Attalo regi Asiæ, quòd insontes amicos occidisset. Sed hæc satis: longius enim oratio euagatur.

His missi sint Zetes, &c.] Pindarus Pythior. 4.

Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἴν——
Τὺν Βασιλῆος ἀνέμων
Σῆκυ κάλλειν τὲ πατὴρ βορέας
Ἄνδρας πτερόεσσι νῶτα περ——
Φοίνικας ἄμφω πορφυρέοις. Id est:

Ridenti animo velociter ornabat rex vētorum Zeten Calaímque pater Boreas viros, qui alis in tergo mouebantur ambo purpureis. Boream autem ventum esse Septentrionalem nemo nescit, cuius filij dicuntur Zetes & Calais, fictis ingeniosè vocabulis. Ex nominũ etymo non est dubium quin longe multa peti possint, quę quasi nos manu ducant ad cognitionem rerum vberiorem, & quidem magis apertam. Certè mihi placet

Zetes & Calais, ad quid relata nomina.

Ayuntamiento de Madrid

scholiastis Pindari acumen, qui eo loco ζητῶ ὡς ζακύτω, nempè ἄγχω ἄνω, quòd nimium flet, interpretatur: κλαίω verò, ut qui καλῶς ἄνω, quia leniter flet. At ad rationem physicam non vsurpat Alciatus, sed ad mores conuertit, quò facilius ingeniosis hominibus suum id carmen ostentet.

Integritas nostra, atque animus quæsitor honesti.

Nam κλαίω fortasse ἀπὸ τοῦ καλοῦ, quo animi designatur integritas: animus autem quæsitor honesti, est ille ζήτης à ζητῶ nomen habens, quod quærere significat. Idem video posse obseruari facilè in Homericis nominibus permultis, & iis personis quæ à Platone inducuntur: quæ nomina interdum totius disputationis argumentum implicant.

Signa fortium.

DIALOGISMVS XXXIII.

QVAE te causa monet volucris Saturnia, magni
Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?

Hic

Hoc moneo, quantum inter aues ego robore præsto,
Tantum semideos inter Aristomenes.
Insideant timidæ timidorum busta columbæ:
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Aquila pro stemmate Imperatoris.

HOc ex Epigrammatôn Græcorum libro 3. sumptum pulchrè est æmulatus: quo sub nomine Aristomenis Imperatorem Caroli V. celebrat, alluditque apertè ad aquilam, quam in scuto habuit, & imperiali stemmate, quæ fortitudinis notam præ se ferat. Ea enim vt dignitate cæteris auibus antecellit: ita ille Princeps alios & fortitudine & splendore nominis longè antecedit. Epigramma est Antipatri, quod huc adscribere non piget:

Ὄρνι διὸς κηρυκὲ διάκτορε, τῷ χάριν ἵπτας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβου ἀριστομένους,
Ἀγγέλλω μερόπεσσιν, ὃν οὐκέτι δοῦναι ἄρηϊ
οἰωνὸν γενέμεν, τόσσον ὅσ' ἡμιθέων.
Δειλαὶ τοὶ δειλοῖσιν ἐφιδρύσουσι πέλειαι.
Ἄμμες δ', ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα. Hoc est:
Nuncia fare Iouis præpésque volatibus ales,
Cur magni ad tumulum sidis Aristomenis?
Hæc homines moneo, volucrum quantum optima viuo.
Tantum hic heroas optimus inter erat.
Stiparint pauidæ timidorum busta columbæ,
Ast ego delector fortibus vsque viris.

Iupiter Saturnius.

Volucris Saturnia.] Quasi dixeris Iouiana: nam & Iupiter dicitur Saturnius. Vigil. in 4.

Nec Saturnius hæc oculis pater accipit æquis.

Sic apud Homerum multis in locis κηρυκίδης.

Aristomenes.

Magni Aristomenis.] ἀριστομένης, optimæ mentis hominem sonat, ait Pindari Scholiastes, & Pausan. in Messenic. eum Græcorum omnium optimum Apollinis oraculo iudicatum refert: quod & alicubi confirmat D. Hieronymus. Vir fuit admirandę planéque stupendæ dexteritatis, qui de Lacedæmoniis victorias nobiles retulerit, à quibus bis atque iterum captus, mirabiliter euaserit, sed tandem ab eisdem occisus, execto eius corpore (videndi causa) cor hirsutum est repertum. Plin. lib. 11. cap. 37. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8. meminit Dion Chrysostom. oratione. 35. initiò ferè.

Quantum inter aues.] Collatio partium.

Ayuntamiento de Madrid

Semidei. *Semideos inter.*] Semidei sunt Heroës illustres, & nobiles viri, qui quoniam ad Deorum immortalium naturam quam proximè accesserunt, ab imperita plebecula, & Poëtis ipsis (qui vulgarem opinionem velis remisqúe consectati sunt) in numero Deorum relati creduntur. Hesiodus:

Ζεὺς μὲν χρυσείους ποίησε δίκαιόν τε γένος καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι. ——— Ouid. Metam. 1.

Sunt mihi semidei syluestria numina Fauni.

Et Statius in 2. Reges semideos appellat. Lucianus in mortuorum dialogis sub Trophonij persona, ἥρως, inquit, ἐγὼν ἐμὶ οὐδεμπώποτε, τοι μάντιθεὸς, ἀλλὰ ἡκέσιωαμφότερον ὄν. Mitto quæ Plutarch. de oraculorum defectu disputat, quæque diuus Augustinus 10. de ciuit. Dei cap. 21. aliique certè multi retulerunt de heroibus.

Columba pro trepidatione. *Insideant timidæ, &c.*] Columbam pro trepidatione & timiditatis symbolo ponere vulgatissimum fuit antiquis, nam & nomen illi apud Græcos τρήρων hoc idem significat: deducitur enim à τρέειν, quod est trepidare. Homerus enim sic:

Αἱ δὲ βάτλω τρήρωσι πτελεάσιν ἵδμασθ' ἑμᾶσας.

Hoc est,

Hæ pauidæ gressu similes abiere columbis.

Ouid. 1. artis.

Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ.

Pierius Hierogliph. lib. 22. id scitè perspicuéque declarat.

Busta,] Sepulchra. Iuuenal. Satyr. 3.

———*portandum ad busta cadauer.*

Ouidius Fastorum 5.

Compositique nepos busta piabat aui.

Et Virgilius:

Bustum. ———*semiustáque seruant Busta.*

Cicero in Pisonem: Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem. Mortuorum cadauera olim cremabant, & cineres, quæ religiosè asseruabant, busta dicebantur, quasi combusta. Cicero tamen 3. De legib. bustum pro monumento accipit, vt & Suetonius pro sepulchro.

Aquila insigne Romanorum. *Nos aquilæ.*] Aquilam Romanorum (rerum dominorum) insigne fuisse quamplurimi auctores referunt. Neque verò id sine causa factum coniicio, nam vetusti quique aquilam auium principem vocitabant: vt Horatius proinde dixerit ei Iouem permisisse regnum in aues vagas. Obseruant enim eius

eius auis præstantiam virium, eam politam, concinnam, intrepidam, strenuam, liberalem: quę adiuncta perpetuò fortem debent Principem comitari. Sed & aquilino naso homines regios appellarunt, testibus Platone & Plutarcho: ita vt Persæ ad regnum nemini aditum liberum concederent, nisi qui ea nota insignis esset, atque Cyrus ille, quem aquilino naso fuisse memorabant. Pyrrhus etiam Epirotarum Imperator, Aquilæ cognomen sibi datum à suis lubens admisit. Cùm enim milites eum Aquilam appellassent: τί γὰρ, inquit, ἀμείλλων τῶν ὑμετέρων ὅπλοις, ὄνυξι ὠκυπτέροις, ἀϊγὸμμιν; Quid verò non debeo vestris armis tanquam alis pernicibus in altum tolli? Imò verò apud Thebanos Aquilæ vt sacræ aues colebantur, vt apud Aegyptios Crocodili, Ibes, Cynocephali. Imò non ausim equidē transilire, Aquilam olim rerum successum prosperarum portēdisse, sic enim Iupiter omen optimum cępit, cùm sibi aduersus Titanas proficiscenti apparuit Aquila. Prætermitto lubens quæ prolixa sunt in Xenophontis commentariis. Certè Aquilam alij referunt Gordij, pauperis alioqui viri, in curru per totum diem sessitasse: vnde regnum Phrygiæ filio Midæ præmōstratum volunt. Cùm Hiero admodum adolescens esset, & mediocriū homo fortunarum, primo bello quod vnquam iniisset, Aquila sedit eius clypeo, quod præsagium regni fuisse creditur. Tarquinio Romam migranti Aquila pileum è capite abstulit, vnde Tanaquil vxor vaticiniorum perita regnum illi portendi coniecit. C. Marius puer Aquilæ nidum cum septem pullis in agro reperit: cuius ominis ratio fuit septem Consulatibus ostensa. Celebratur & Octauij Cæsaris Principatus primùm Aquilæ ostento notatus. Cùm enim aliquando in via Campanâ prāderet, Aquila ex improuiso panem ei de manibus eripuit, & leniter deinde reddidit. Nec prætermittendum quod legitur de Alexandro Macedone, quo recens nato, Aquilæ duæ in culmine domus per totum diem sedisse dicuntur: quod omen tum primùm captum fuit duplicis Imperij, nempè Asiatici & Europæi. Sed hæc dum colligo, ferè non sentio mihi ad reliqua pergendum.

Aquilæ præstantia.

Aquilino naso homines.

Pyrrhus, Aquila dictus.

Aquilæ sacra aues quibus.

Aquilæ omen.

Ayuntamiento de Madrid

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

EMBLEMA XXXIIII.

Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,
Et nimium felix sæpe timenda fuit.
Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
Multa pati, illicitis absque tenere manus.
Sic ducis imperium vinctus fert poplite taurus
In dextro: sic se continet à grauidis.

Philosophia Epicteti duobus comprehensa verbis.

DVobus his verbis, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, Philosopho Epicteto familiaribus, tota bene viuendi ratio comprehēdi potest. Primò siquidem ad patientiā adhortabatur, qua quisque disceret tum aduersos fortunæ casus, tum etiam laborem æquo animo perferendum: altero, esse ab omni luxu, potissimumque venereo

nereo præcipiebat abstinẽdum. Quæ duo præcepta duobus hisce verbis comprehensa, hic Horatius illustrauit:

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudauit & alsit,
Abstinuit Venere & Baccho.

In tolerantia constans hominis animus agnoscitur, quando scilicet malis non cedit, sed cõtra audentior exsurgit. Vnica siquidem constantia hominem ab hominum communi fece diferẽtem maximè, & longè nobiliorem facit: quandoquidem, vt doctè cecinit Prudentius, omnibus aliis virtutibus, & societatem & auxilium suum fortis patientia misceat; vtriúsque omnis vidua sit, quam non patientia firmet. At quantum conducat abstinentia quantásque habeat vires, pleni sunt auctorũ libri, plena antiquorum monumẽta: tam enim latè patet, vt per omnia omnium virtutum domicilia ferè locũ sibi suo iure vendicet. Hinc apud Lactantiũ triplex statuitur virtutis gradus: primus est à malis operibus abstinere: alter, à verbis malis: tertius, à rerũ malarum cogitatione. Sed vt paucis, quemadmodum Patientia & Abstinentia duæ virtutes sunt præ ceteris vtiles, sic iis opposita duo vitia, Intolerantia nempè & incontinentia, multò omnium grauissimæ & exitiosæ maximè dicebãtur Epicteto (teste Gellio lib. 17. c. 19.) nempè cùm aut iniurias, quæ sunt ferendæ, nõ toleramus, neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusque non tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque obseruãdo curet, is erit plerunque impecabilis, vitamque viuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Hactenus Gellius. Alciatus, vti hoc ob oculos ponatur, συμβολικὸν adiecit, nempè taurum roboris excelsi patientissimum & abstinentissimum animal. Ægyptij enim sacerdotes cùm fortem & temperantem significare vellent, taurum valetudinis integræ pingebant, ait Orus. Onerum enim & laborum omnium patientissimus est, ærumnas nullas detrectat, instatque operi herili quantumlibet, sed & obstinens est, quippè qui post vacæ cõceptum, cum illa non coëat, vt idem Orus lib. 2. literarum Hieroglyph. & Plin. lib. 8. cap. 45. Vide Pierium Valerian. lib. 3. Hieroglyphicõn. De aduersis æquo perferẽdis animo, quædam Lactantius 6. cap. 18. & Plutarchus Cõsolatione ad Appollonium de abstinentia verò exempla longè multa sunt apud Val. Max. lib. 4. cap. 3.

Patientia.

Abstinentia.

Tauri symbolum.

Et toleranda homini, &c.] Huic respondet verbum ἀνέχου. Adhortatio

Ayuntamiento de Madrid

hortatio est ad patientiam: cui simile Virgil. illud:

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Et nimium felix, &c.] Publij minus est is:

Fortuna cùm blanditur, captatum venit.

Tum enim maximè timenda est, cùm valde prospera putatur, ergò idem Publius verè:

Fortuna vitrea est, quæ cum splendet, frangitur.

Horatianum hoc etiam vulgò tritum: *Sæpius ventis agitatur ingens Pinus.* quò videtur respexisse ad illa Herodoti, in Polymnia: ἐρᾷς ὦ τὰ ὑπερέχοντα ξύλα κεραύνιος ὁ θεὸς, ἐνδιὴ ἐᾷ φαντάζεσθαι. τὰ σμικρὰ ἐνδιὴ μιν κνίζῃ. ἐρᾷς δὲ ὦς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα ἀεὶ καὶ δρυὸς, τὰ τοιαῦτα ἐπισκήπτῃ βέλεα, φιλεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολούειν.

Epictetus. *Epictetus.*] Stoicus fuit natus Hierapoli Phrygiæ, cuius quidem morum & vitæ tanta fuit admiratio, vt lucerna eius fictilis tribus drachmarum milibus penderetur. Circunfertur eius nomine Enchiridion multis paradoxis refertissimum, quod eius auditori Arriano tribuitur: continet libellus ille quasdam disputationes admodum vtiles & succinctas ad perturbationes animi cohibendas.

Illicitis absque tenere manus.] Id est tenere manus abs illicitis, nam absque, hîc non est vna dictio, sed duæ, conflatæ ex præpositione abs, & copulatiua, que, ne quis fallatur. Suadet itaque continendas esse manus ab illicitis, notum hoc,

Est virtus, placitis abstinuisse bonis.

Cui non malè conuenit Ciceronis illud Offic. 1. Bene Pericles, cùm haberet collegam in prætura Sophoclem poëtam, hique de communi officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles: O puerum pulchrum, Pericles: at enim prætorem, Sophocles, decet non solùm manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Sic ducis imperium, &c.] Ægyptij cùm indicarent hominem modestum, & qui facilè posset à malè factis auerti, taurum genu dextro ligatum pingebant. Si enim dextro genu constringatur, mansuetum se præbet, & vincula consequentem. Pierius eodem lib. 3.

Tauri symboio quid significetur.

Poplite.] Poples, genu est curuatura, pars genu opposita. Lucanus: ——*nisi poplite lapso*

Vltima curuati procederet vngula tauri.

Ayuntamiento de Madrid

In adulari nescientem.

EMBLEMA XXXV.

SCIRE cupis dominos toties cur Thessalis ora
Mutet, & vt varios quærat habere duces?
Nescit adulari, cuiquamve obtrudere palpum:
Regia quem morem Principis omnis habet.
Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon,
Nec sauire tamen domino fas: vltio sola est,
Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

EX Vlpiano Demosthenis interprete, historiam primi huius distichi petitam suspicor. Verba eius non piget adscribere: ἀλόβας ἀπό γενός τις τῶ Θεσσαλέως διεσχλὸς, ἐτυράννησε Θετ. Locus è Demosthenis interprete.

Ayuntamiento de Madrid

θετταλῶν. ἅτε καὶ οἱ τότε παῖδες. μὴ φέροντες οὖν τὴν τυραννίδα αὐ
θετταλοὶ, καὶ ἀπορροῦντες τί δεῖ ποιεῖν, μετεπέμψατο εἰς συμμαχίαν
τὸν φίλιππον. ἅτα ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐξέβαλε τοὺς ἀλευάδας ἐκ τῆς τυ
ραννίδος. καὶ οὗτος τοῦτο χάριν αὐτῷ ὁμολογοῦντες οἱ θετταλοὶ, δόλ
ωσιν αὐτῷ νέμουσαι παγάσας καὶ τὰ χρήματα τὰ ἐκ τῶν λιμέν
καὶ τῆς ἀγορᾶς. ἄπιστοι θετταλοὶ νομίζουσαι, ἢ διὰ τὸ τὴν ἰάσο
θετταλὸν ὄντα, ἄπιστον εἰρῆσθαι περὶ πίστεως. ἢ ὅτι ἐν τῷ πελοπ
νησιακῷ πολέμῳ, ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει ἀπὸ ἀθηναίων πρὸς λακε
μονίους μετετάξαντο, ὡς φησιν ὁ θουκυδίδης. id est, Aleuas quidam e
Herculis familia Theſſalus, tyrannide in Theſſalia potitus et
deinde huius etiam liberi. Quam cùm Theſſalli nec ferre po
ſent, & quò ſe verterent, non haberent, Philippi opem petie
runt. Is cùm veniſſet, Aleuadas tyrannos expulit. Cuius bene
ficij nomine gratum ſuum animum declaraturi, vſumfructu
Pagaſarum, portoriorum item ac mercatuum vectigalia illi co
ceſſerunt. Perfidi autem exiſtimati ſunt, vel propter Theſſalum
Iaſonem, quem Medeæ fregiſſe fidem conſtat, vel quia bello
Peloponneſiaco, cùm vtraque acies iam ſtaret in procinctu, ad
Athenienſibus ad Lacedæmonios defecerunt, vt ait Thucydi
des. Hactenus Vlpian. Innaſcitur autem plerunque populari
rebellio, vel ob iniquam magiſtratus adminiſtrationem, vel in
tolerabilem Principum tyrannidem. Accidit enim plerunque
principi rerum gerendarum imperito, quod equiſoni, qui dum
equum alioqui violentum moderari neſciat, nec cùm ſit o
pus aut freno, vt ſiſtat, aut calcaribus, vt incitet ad curſum,
aut modum teneat, excutitur facillimè, ſeque ex eius manu
equus eximit: Eodem modo Princeps importunus, & in ſuos
plus æquo ſæuiens, vel etiam omninò regni adminiſtrādi pro
ſus ignarus, vulgi animos in ſe commouet. Eam ob cauſam de
cebat Ariſtippus bene ceſſurum Regi & Principi, ſi equitandi
artē primùm teneret: etenim ſi alias diſciplinas diſceret, id quo
dem hominum opera & vigiliis effici, qui tamen ſæpenumero
verum dicere ne quidem audent, vt quod ſciunt odioſum eſſe
principibus, qui cùm deliquerint, argui nolunt: at equitandi
peritiam Princeps nō modò ex hominibus, ſed ex equo diſcet
rit, qui adulari neſciat, vt homo, nec certè blanditi, vt paraſitus
aut ſcurra. Si enim vel ipſe Princeps equum, vt decet, non re
xerit, erratum ſtatim equus vindicabit, ſuumque ſeſſorem quo
cunque ſit, deiiciet. Seriò itaque prius ars hæc addiſcenda prin
cipi, aut ſeſe indignum reputet, qui in tanto dignitatis gradu
ſedeat

Equitandi peritia qua ratione in principibus eſſe debet.

Ayuntamiento de Madrid

sedeat. Quod præceptum alicubi à Plutarcho literis consignatũ memini ad hunc fermè sensum: Qui equos domant, iis primùm adblandiuntur, ac molliſſimè tractant, vt assuescant freno: sic popularis multitudo lenitate retinenda & excipienda ei qui diu in pace regere cupiat. Huc respicit grauiter dictum à Scipione Africano maiore, quo, regi Antiocho pacem cum Romanis inire cupienti exprobrauit, non esse tempus, quãdoquidem rex ipse perpessus esset lupatum & hippocomonem. Quò etiam Stobæi ea pertinent, quæ retulit ex Epicteto, serm. 44. Quemadmodum, ait, bonus equorum domitor non bonos tantum pullos alit, feroces autem famelicos valere iubet, sed ambos ex æquo nutrit, magis verò castigat alterum, & cogit similem fieri meliori: sic vir prouidus, & ciuilis facultatis peritus, bonos ciues beneficiis demereri, malos autem non continuò perdere conatur: sed de alimento quidem minus ei prospiciet; instituet verò, & vrgebit eum vehementiùs qui rationi & legi obstiterit. Plutarch. initio De institutione liberali: Qui equi à primis bene domiti annis, suis non obsequuntur sessoribus? Qui autem indomiti perstãt, nónne ceruice duriſſimi, & animis feroces euaserunt? Idem De discrimine adulatoris & amici, ex Carneade ait, Diuitum & regum filios nihil rectè neque bene discere, præterquàm equitare: quod his assentetur præceptor in exercitatione literarum, semper ea probans quæ puer admiserit, cedens ac submittens sese plus quàm par est. Certiſſimum enim est, sæpè ab equo sessorem deiici, qui equitandi fuerit ignarus. Hæc ferè Plutarch. Græca studioſis penè omnibus ad manum esse scio: itaque hic consisto. Nec verò hic transilire possum, equum rectè cum populo, non quouis sed ferocienti, & qui nisi difficulter freno pareat, sessorem cum principe comparari. Didici enim frenato equo hieroglyphicè hominẽ designari ferocem quidem & animo inuicto, sed qui tamen obsequatur rationi. Est enim equus, animal ferox & superbum, sed quod hominis leges subeat, & quas non egrediatur, vbi paululum assueuerit; vt quod ait Horatius,

Non equitem dorso, non frenum depellat ab ore.

Sic Virgilius in Georgic.

Sed tamen idem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.

Idipsum & obseruatur in Carthaginis historia: cùm enim vrbis fundamenta iacerentur, caput aeris equi repertum, & hinc gẽtem fore bello egregiam præmonstratum est: cuius ostenti ea

Scipionis cordata vox.

Carneadis apophthegma.

Ayuntamiento de Madrid

significatio fuit, facilem victu per secula gentem. Addã & hoc apud Onirocritas & somniorum coniectores, caput equi, aliud canis, si in somnis apparuerit, seruitutem significari. De quibus iam satis. Nunc ad historiam redeo, quam me non statim esse nactum fateor, sed penè aliud agens tandem reperisse. Cùm enim iam horum commentariorum, non quidem perpoliendorum, sed scribendorum me satietas aliqua tandem caperet, quippè qui ad studia grauiora festinarem, mihiq; permulta nõdum satisfacerent, quod omninò, sicuti mihi proposuerã initio, consilium auctoris detexisse non viderer, maximeq; trium vel quatuor Emblematõn, & huius ipsius in primis, opportune de iis verba facienti mihi, & studia humanitatis recolenti (ante annos, ni fallor, vnà cum viro doctissimo ROBERTO VVEDIO, Tornodorensi Glareani Loriti quondam auditore, qui per septennium hac in Academia Parisiensi diligenter & eruditè docuit) mihi venit in mentem, quod aliud agẽs ab homine amico acceperam, huius Emblematis originẽ videri haurire ex Diod. Siculi lib. 16. ad annum Philippi 4. Sic enim penè Diodorus: Alexandrum Phereum tyrannum interfecerũt Thebe vxor eiúsque fratres Lycophron & Tisiphon: qua ex re sibi gratiam popularem pepererunt. Hi tamen in apertam tyrannidem prolapsi, sæuitiam tantam exercuerunt, vt Principes Aleuadæ in Thessalia nobilissimi in eos coniurarint. Quòd verò id per se non possent, Philippum Macedonium in sui auxilium aduocarunt: qui profectus in Thessaliam, tyrannis deiectis libertatem huic populo restituit.

Locus è Diodor. Siculo.

Thessalis ora.] Regio Thessalica. i. ipsa Thessalia.

Obtrudere palpum.] Prouerb. Plautinum, pro eo quod est, arte dolóq; fallere, siue adulari. Hinc Palpones dicuntur adulatores. Translatio ab equisonibus, qui refractariis equis vel manuum plausu, vel linguæ palpo blandiri solent. Lege Chiliad.

Obtrudere palpum.

Regia quem morem Principis.] Occurrit exemplum Constantini Manassis, de Imperatore Michaële ab assentatoribus misere perdito: In fabulis est (inquit ille) venatorem illum Actæonem à rabidis canibus pro fera dilaniatum: sic certè cum Michaëlem stipassent assentatores quidam improbi, effeminati, omninoq; malè feriati, in quod exitium miserum, in quam malorum lernam eum non coniecerunt? Curtius lib. 8. Non deerat talia cõcupiscẽti pernicioſa adulatio, perpetuum malum Regum, quorum opes sæpius assentatio, quàm hostis euertit. Paterculus 2. historiæ Rom. De nepote Augusti Caio: Nec defuit conuersa-

Principes ab assentatoribus perditi.

tio

tio hominum vitia eius assentatione alentium, etenim semper magnæ fortunæ comes adest adulatio.

Sonipes.] Equus velox & superbus, à sonitu pedum sic dictus. Sonipes.

Hippocomon.] Ab equis ornandis seu componendis, vt etiam Hippocomius ab equis instruendis fucato colore, robur inani sagina mentientibus, ait Quintil. & Alciat. noster Comment. in tres posteriores lib. Codic. Hippocomon.

Nec sæuire tamen domino fas.] Clementia principem maximè decet, nihilq; debet esse ab eo tam alienum, quàm nimia censuræ seueritas; quòd si cogant iura & leges in facinorosum aliquando sæuire, id efficere debent, non quidem personæ, sed vitij odio. Clementia principis.

Lupata.] Frena asperrima, quibus equus ferocior coërcetur, à lupinis dentibus ita nominata, qui dentes inæquales sunt. Ouid. 1. Amorum: Lupata.

Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Claudian. 1. de raptu Proserpinæ:

Terruit orbis equos pressis parere lupatis.

Et Panegyrico de Probini & Olybrij consulatu:

—— *luga ferrea nectit*
Cornipedes, rigidisq; docet seruire lupatis.

Ayuntamiento de Madrid

Obdurandum aduersus vrgentia.

EMBLEMA XXXVI.

Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,
Quo magis & premitur, hoc magè tollit onus:
Fert & odoratas hellaria dulcia glandes,
Quæ is mensas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has colligementis „
Qui constantis erit pramia digna feret, „

OCcasione palmæ arboris, quæ pondere pressa non flectitur, sed attollitur, & cuius suauissimi fructus, nempè dactyli, cum voluptate secundis mensis apponuntur: ad laborum & difficultatum perpessionem fit adhortatio, ex qua nempè simus vtilitatem aliquam non minimam capturi. Locus sese mihi offert

Ayuntamiento de Madrid

offert Phornuti Græci scriptoris, qui ait, Musas ex veterũ sententia coronari palma, ob nominis similitudinem, eo quòd Phœnices primi credantur litteras inuenisse. Probabilior autem ratio est, quæ ab eo sumitur, quòd planta hæc renela sit, quòd benefica, quòd perpetuò virens. Arbor hæc difficulter scanditur, fructusq; refert suaues admodum, vt non ab re Musæ coronis vtantur è palma confectis. Græca si quis malit, apponam: στεφανοῦνται δὲ φοίνικι, ὡς μέν τινες νομίζουσι, διὰ τὸ ὁμώνυμον, ἀπὸ τῶν φοινίκων δοκεῖν εὑρεῖν τὰ γράμματα· ἔστι δὲ συλλογώτερον ὅτι διὰ τὸ τρυφερὸν καὶ εὐεργὲς καὶ ἀείζωον καὶ δυσανάλωτον καὶ γλυκύκαρπον τὸ φυτόν. Nullus est certè, qui eruditionis aut famę laudẽ maximam assequi possit, nisi primùm graues & molestos labores pertulerit. Id velim symbolum bene natis adolescẽtibus proponi, qui aliquando studiorum liberalium difficultate non minimum deterrentur. Si enim fructum maximum literarum, cogitatione intimoq; sensu degustarẽt, hac vna grata boni spe, molestias quantumuis acerbas deuorarent. Sanè rebus in agendis proposita semper debet esse constantia, quæ sit ærumnæ cuiusuis firmissimum condimentum. Ad id explicandum palmã proponit; cui si pondera magna imponas, ac tam grauiter vrgeas & oneres, vt oneris magnitudo sustineri nequeat, nõ deorsum illa cedit, nec intra flectitur; sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur. Ideircò in certaminibus fuisse victoriæ signum quamplurimi prodidere, hinc vulgatum adagium, Palmam ferre. Vide Gellium lib. 3. c. 6. ex Plutarch. 8. Sympos. ac. & Plin. 16. c. 42. Constantiæ exempla Val. Max. habet lib. 3. c. 8.

Phornuti locus.

Studiosi deterrentur laborum difficultatibus.

Palmæ natura.

Odoratas glandes.] Odoriferos dactylos.

Bellaria dulcia.] πέμματα vel τραγήματα: sunt q; omnia ea quæ secundis mensis apponi solent. Gellius lib. 13. cap. 11. Locus est elegans apud Ioan. Salisberiensem (auctorem quidem non ineptum, & quem non ægrè inter optimos fortasse haberemus, si meliore sæculo floruisset) in Polycratico lib. 8. cap. 7. Significant bellaria, ait, omne genus mensæ secundæ, quoniam ibi solent apponi quæ pulchriora sunt & delicatiora. Vtitur autem hoc nomine M. Varro: Bellaria, inquit, ea maximè mellita sunt, quæ mellita non sunt. Quod fortè eò referri potest, quòd vtenti gratiora sunt ea quæ necessitas appetit, quàm quæ irritatio gulæ inuenit, hæc ille. Addam & locum Arnobij aduers. gentes lib. 7. nam & his verbis bellaria significat. Pulmentorum varietatibus, ait, afficiuntur Dij cælites, vt fieri mos est post cœnarum ditium & locupletum saginas: frustilla hæc paruula pro

Bellaria.

Ayuntamiento de Madrid

ſuauibus mateolis ſumunt, non quibus famen ſedent, ſed vt palatis admoueant otium, ſeque ipſos plenæ appetitu voracitatis inſtigent. Sed vereor ne quis hæc præter rem congeſta dicat.

Menſas inter.] Ἀνάμεσον, pro inter menſas.

Reptans.] Nitens & conſcendens, μεταφορὰ.

Mentis qui conſtantis erit, &c.] Γνώμη, quæ complectitur totius Emblematis ſententiam. Eam illuſtremus licet exemplo nobili, vt Emblema per ſe quidem lepidum, acceſſione quadam fiat illuſtrius. Admirabilis Q. Fabij Maximi conſtantia omni laudatione ſuperior venit in mentem. Is cùm pecuniam pro captiuis Annibali numeraſſet, fraudatus ea publicè, tacuit. vt enim parentibus, ſic neque patriæ communi parenti putabat eſſe aliqua occaſione ſuccenſendum. Cùm ſibi dictatori magiſtrum equitum Minutium iure imperij ſenatus æquauit, quanquam queri poſſet, ſiluit tamen. Multis iniuriis, contumelijs, probris laceſſitus, in eodem animi habitu permanſit. In bello gerendo prouidus, rumores qui de ſe temerè à ſuis ſpargebantur, quòd cum Annibale iuueniliter exultante non conſereret manus, aut contempſit aut eluſit, adeò vt ſe inuictum aduerſus iram, ſpem, metumque præſtiterit. Dignus ergo non vna palma Fabius, qui niſi ſe imprimis ſuoſque fortitudine inuicto quoque robore animi viciſſet, Annibalem potentiſſimum hoſtem vt etiam pugnando retudiſſet.

Omnia

Ayuntamiento de Madrid

Omnia mea mecum porto.

EMBLEMA XXVII.

HVNNVS inops, Scythicique miserrimus accola Ponti,
Vstus perpetuo liuida membra gelu:
Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyæi,
Et pretiosa tamen stragula semper habet.
Nam murinæ illum perstringunt vndique pelles:
Lumina sola patent, cætera opertus agit.
Sic furem haud metuit, sic ventos temnit & imbres,
Tutus apudque viros, tutus apudque Deos.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

EMblema hoc à Iustino historico petitum esse, facilè quiuis intelliget, qui Scytharum descriptionem, quam retulit

Ayuntamiento de Madrid

Locus è Iustino Historico.

ille lib. 2. euoluerit: Sic enim: Scythis inter se fines nulli: neque enim agrum colunt, nec domus illis vlla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehunt: quibus, coriis imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippè sine tecto munimento tóque pecora & armenta habentibus, quid saluum esset, si furi liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac cetera mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis vsus vestium ignotus: & quamquam continuis frigoribus vtantur pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Hæc continens illis morum quoque iustitiam dedit, nihil alienum concupiscentibus. Quippè diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atq; vtinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia lieni foret. Profectò non bellorũ tantũ per omnia sæcula tempus omnibus continuaretur: neque plus hominum ferrum & armquàm naturalis fatorum conditio raperet. Prorsus vt admirabile videatur hoc illis naturam dare, quod Græci longa pientum doctrina, præceptísque Philosophorum consequi nequeunt, cultósque mores incultæ barbariæ collatione superari: tantò plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quanto iis cognitio virtutis. Et hæc quidem Iustinus. Quem locum integrum, quia pulcherrimus est, ascribere malui, quàm truncatum. Hinc enim Alciatus, vt opinor, materiam traxit Emblematis, vti iam dixi: cuius epigraphe, *Omnia mea mecum porto*, ex apophthegmate Biantis, sententiam complectitur, & quasi mã ingeniosæ picturæ quam subiecit oculis. Ea verò significatur, animũ hominis pẽdere non debere ex his quæ caduca sunt & fortuita, vtpotè quæ sollicitudines & cruciatus innumerabiles pariant, sed ea tantùm debere esse satis, quæ benigna natura sit elargita, vel quæ ab ingenio proficiscuntur. Vel intelligit paupertatem vbicunque terrarum (etiamsi ab omnibus pene miserrima censeatur) esse tutam & securam. Quam ad rem describit Hunni Scythici hominis cæterorum iudicio paupertatis conditionem, vt ex eo concludat, tutiores esse opes & facultates quæ nobis insunt, quàm quæ petuntur aliundè. Genus hominum sic describi ab historicis recentioribus animaduerto, ne vel minimùm studioſi hæreant. Pannones initio eam terram tenuerunt, Pæones olim dicti: inde Hunni habuere, gens Scythica. Mox Gothi ex insulis Oceani Germanici profecti

Biantis apophthegma.

Animus ab externis minimè pendens.

Paupertas vbique tuta.

Descriptio Hunnorũ.

Ayuntamiento de Madrid

post Gothos Longobardi, nouissimè Hungari ex alia Hungaria Scythica egressi, quæ non lōgè à Tanais ortu extat, & Imbra hodie dicitur: misera adhuc regio, vtpotè quæ sit sub cælo frigidissimo, Duci Moscouiæ tributaria: non tamen aurum, argentumve, quibus omninò carent, sed pretiosas animalium pelles sabellorum sciſmorúmque pendunt homines. Non arant, non serunt, neque panes conficiunt: ferarum carnibus & piscibus vescuntur: aquam potant, sub tuguriis ex virgultis contextis inter densas siluas humiles habitant, vnde fit, vt homines syluestribus feris commorantes, vestimentis se non laneis neque lineis induant, sed pellibus nuper aut lupo, aut ceruo, vrsóve detractis. Nullius ipsis aut auri, aut argenti vsus: lac & mel in cibatu frequens: contra frigora & rigores ferinis pellibus mutiniſque corpora communibant. Facilè huc possem aggerere nobilem eiusdem gentis descriptionem ex 31. Ammiani Marcellini, ab initio ferè, sed studiosos admonuisse sat est.

Accolæ.] Incolæ, qui aduentitius terram colat.

Vsus perpetuo gelu.] Vrere etiam frigoris est. Virg. 1. Georg. Vrere.

——— *Boreæ penetrabile frigus adurit.*

& Lucanus:

Vrebant montana niues. ———

Sic Ouidius 3. Tristium, eleg. 2.

Plurima me pelago terráque pericula paſsum
Vstus ab aſsiduo frigore pontus habet.

Eodem lib. eleg. 4.

——— *astricto terra perusta gelu.*

Sed & Fastor. 1.

Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Ne noua per gelidas terra sit vsta niues

Quanquam tamen verbum istud, Vrere, prō molestiam exhibere, accipi metaphoricōs, & quidem non rarò, palam est. Cornel. Tacitus lib. 13. Ambusti multorum artus vi frigoris. & Festus Pompeius lib. 14. ait, primum nomen inde accepisse frigus, quòd fructus nempè ac virgulta perurat.

Qui Cereris non nouit opes.] Qui vsum panis atque vini non habet. Sic Marcellinus in sua vita: visu sunt asperi, vt neque igni, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusuis pecoris carne vescantur.

Lyæi.] Bacchi, id est, vini, ἀπὸ τῦ λύειν sic dicti, quòd hominum membra & animos dissoluat, vti norunt omnes. Bacchus Lyæus.

Stragula.] Vestimenta, pallia, pro lectorum opertoriis, aliàs. Stragula.

Ayuntamiento de Madrid

Murinæ pelles.] E murium pellibus. Ammian. Marcell. fig: Indumentis operiunt linteis, vel ex pellibus syluestrium mū- rium consarcinatis. Nec alia illis domestica vestis est, alia fo- rensis: sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quàm diuturna carie in pannulos de- fluxit defrustata. Hæc ille. Seneca in epistolis meminit pelli- cularum vulpium & murium, quæ ad arcendum frigus com- paratę essent. Has Armelinos atque Zibellinos quidam putant, sed nondum scio an rectè,

Sic furem haud metuit, &c.] Sic sanè nemo potest non beatiss. mus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se vno ponit om- nia: cui autem spes omnis & ratio & cogitatio pendet ex for- tuna, huic nihil potest esse certi, nihilque quod exploratum habeat, permansurum sibi, ne vnum quidem diem, ait M. Tul- lius. Huc pertinent quæ Seneca disputat epist. 14. quo loci com- parat fortunæ & doctrinæ bona. Circunspiciendum nobis et quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primùm nihil inde con- cupiscamus: rixa est inter competitores. Deinde nihil habea- mus quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit quàm minimum sit in tuo corpore spoliorum. Nemo ad ha- manum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci plures computant quàm oderint. Nudum latro transmit- etiam in obsessa via pauperi pax est. Ad philosophiam erg confugiendum: Hæ literæ non dico apud bonos, sed apud me diocriter malos, insularum loco sunt, &c.

Ayuntamiento de Madrid

Concordiæ ſymbolum.

EMBLEMA XXXVIII.

CORNICVM *mira inter ſe concordia vitæ eſt,*
Mutua ſtatque illis intemerata fides:
Hinc volucres hæc ſceptra gerunt, quòd ſcilicet omnes
Conſenſu populi ſtantque caduntque duces:
Quem ſi de medio tollas, diſcordia præceps
Aduolat, & ſecum regia fata trahit.

PRincipibus & Regibus hæc vna & prima eſſe cura debet, vt populi concordiã tutẽtur, omnemq; motuũ & ſeditionũ cauſſas præcidant, ſi ſuũ ſtatum tranquillũ & ſecurũ eſſe velint. Plebis cõcordia principi neceſſaria.

Quam

Ayuntamiento de Madrid

Quam concordiam & consensum regię potestatis conseruatricem hîc proponit συμβολικῶς, adhibita cornicu quæ sceptrum sustinent imagine. Maxima itaque debet esse Regum prudentia & moderatio in eorum quibus præsunt, amore fouendo, & modis omnibus persequendo, si modò sibi bene velint esse cõsultum. Meminisse si quidem debent imperium suum pẽdere a populari consensu. Quod ne sit molestum exemplis hinc inde conquisitis confirmare, tantummodò repetam quę auctor ipse met in l. 15. Comment. De verbor. signific. attulit. Principio rerum omnium, inquit, non diuina iussione, sed ex populi cõsensu reges assumpti sunt: quod & post Romani imperij occasum seruatum fuit, cùm Carolus Magnus à populo Romano Augustus electus est, & à Pontifice Leone sacro oleo inunctus: quod ius populi hodie Gregoriana lege in septẽ Germaniæ Primates translatum est. Sic & Franci Chilperico eiecto, quod regno non esset idoneus, Pipinum, πανηγυρικῶς consilio substituerunt. Et cùm Pipini proles à maioribus degenerasset, rursus Odonẽ, mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad summum fastigium euexerunt. Is Hugo est, qui vulgò Capetus dicebatur, vnde oriundi sunt qui etiam Francorum rebus moderantur. Et quod de maximis hisce Regibus, nimirũ Romano & Franco, dictum est, idem & in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit, deprehẽdet, vt meritò censeri diuina lege eum iustum Principem esse, qui ex populi cõsensu regnet, quod & Aristoteles tradit: qui verò inuictis dominetur, eum tyrannũ esse. Vnde cùm magna regna non ex subditorum consensu, sed per violentiam primò constituta sint, meritò D. Aug. de ciuit. Dei 4. magna latrocinia esse dixit, adducto etiam piratę cuiusdam exemplo, qui comprehensus, & ante Alexandrum Magnum adductus, cùm interrogaretur qua causa mare haberet infestum: Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocorum quia magna classe, Imperator. Hactenus Alciatus. Quoties autem veterum monumenta percurrimus, facilè obseruamus quàm fluxa, & momentanea sit Principum potentia, quamquã sublimis & altis nixa radicibus putetur. Hi enim nisi precariò, & quasi populari suffragio imperant, nempe quorum nisi moderatum sit imperium, quam citissimè corruit. Ælianus refert Thrysum insignem tyrannum suos adeò torsisse, vt legem tulerit, qua nemo neque priuatim neque publicè inuicem colloqui aut miscere sermones auderet. Quod cum sub-

Locus ex Alciato.

Historia Thrysi tyranni ex Æliano.

Ayuntamiento de Madrid

subditis molestissimum & odiosissimum esset, qui nutu oculorum, manuumque gestu animi sensa cogebantur exprimere, id etiã voluit esse prohibitum, vt molestiæ dolorem adiiceret intolerabilem: quispiam eorum locum publicũ petiit, qui multis lachrymis effusis, alios etiam ad fletum prouocauit. Id cùm resciisset tyrannus, in forum statim venit, quò etiam id si posset, populo eriperet, flendi nempè libertatem, ciues commoti arma regiis satellitibus extorserunt, & suum tyrannũ de medio sustulerunt. Eandem fortunę mutationem sensit Amasis Ægyptiorum Rex. Cùm enim plerosque ex suis extremo supplicio afficiisset, alios fortunis spoliasset, & in omnes insolentior atque superbior veniret, imperium eius aliquantò toleratum est, donec Actisanes Æthiopum Rex in eum irrupisset: tum enim odia occulta erupere, cumque multi ab eo desciuissent, regno tandẽ pulsus est, teste Diodoro lib. 2. Cæterum Cornices haberi pro cõcordiæ symbolo tradunt Orus & Pierius lib. 20. Hieroglyph. Iuuenalis Satyra prima: Amasidis factum. Cornix quid.

Vt colitur pax, atque fides, victoria, virtus,
Quæque salutato crepitat concordia nido.

Quem Satyrici locum scio à plerisque non de cornice (quod pro concordiæ nota hic statuimus) sed de ciconia intelligi. Solent enim ad id Ouidianum istud adducere:

Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Sed cornicis imago videtur in Faustinæ Augustæ nummis cum inscriptione CONCORDIA. Sceptrũ autem virgã regiã Hieroglophicũ regni esse, ex literis sacris tradit idẽ Pierius lib. 41.

Mutua statque illis. Priores editiones habent,

Inque vicem nunquam contaminata fides.

Quam autem sequimur, correxit Barth. Anulus, vt alios quosdam locos, quos postea indicabimus.

Quòd scilicet omnes, &c.] Huc, ni fallor, videtur pertinere Horatianum illud, Ode 35. lib. 1.

Inuriosa ne pede proruas
Stantem columnam: neu, populus frequens
Ad arma cessantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.

Hic columnæ nomine, sceptrum Principis, ipsumque adeò statum regium, populi, omniumque Reipub. ordinum concordia fundatum significat: quę nisi seruetur, concordia, omnia pessum eunt. Proinde Nazarius panegyristes: concordiã, fundamẽtum ac radicem otij, bonorum ciuium seminarium, quietis publicæ segetem appellat.

Discordia

Ayuntamiento de Madrid

Discordia Dea.

Discordia præceps aduolat.] Discordiam Deam coluere pagani homines, quam eandem cum Ate (de qua postea) plerique volunt. Vide Gyrald. Syntag. 1.

Regia fata.] Regis aut Principis mortem.

Concordia.

EMBLEMA XXXIX.

IN bellum ciuile duces cùm Roma pararet,
Viribus & caderet Martia terra suis:
Mos fuit in partes turmis coeuntibus eosdem,
Coniunctas dextras mutua dona dare.
Fœderis hæc species: id habet Concordia signum,
Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Ayuntamiento de Madrid

ME docuit Alciatus ipsemet Annotationibus, quas in Cornelium Tacitum edidit, vndénam materiam sumpserit Emblematis, nempè ex eodem Tacito, lib.2.& 18.quibus ostẽditur, dextras concordiæ signa vltrò citroque destinari ab exercitibus solitas. Nec verò aspernor, quod libris Genialium dierũ notat Alexander Neapolitanus, nempè Marium, cum in Romanos maxima clade sæuiret, quos seruare voluit, dextra porrecta aut salute data incolumes feciſſe: nisi quod ille, suo more, vel multa confingat, vel auctorem nõ appellet ex quo aliquid mutuetur. Sed ad rem. Tacitus in lib.2.Annalium, vbi de morte Germanici agit: Iurauere amici, dextram morientis contingẽtes, hic gestus est datæ fidei Germanico, qua pollicebantur familiares, eius se mortẽ vlturos. Idem paulò antè: Ab rege Parthorum Artabano legati venere, miserat amicitiam ac fœdus, & cupere renouari dextras. Hic fœdus renouatum inter principes Germanicum & Artabanum significatur. Occurrit exemplum Valerij Max. ex lib.6.cap.4.de Caio Popilio, qui legatus ad Antiochum missus, isque cùm prompto animo & amicissimo vultu dextram Popilio porrexisset, inuicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum cõtinentes tradidit, cui cùm post aliquam breuem morã satisfeciſſet, Popilius manus eius tanquam socij apprehendit. Cæsar.2. De bello Gallico, tendere manus, petendæ pacis signum fuiſſe Gallicum memorat, vbi de Bellouacis. Item 7. Gergouiorũ mulieribus, quę pectore nudo prominentes, è muro passis manibus Romanos obtestabantur. Signum item fuiſſe deditionis eodem lib. traditur, vbi de Heduis, qui manus tendere, deditionem significare, & proiectis armis mortem deprecari dicuntur. Ferè transilierã quæ Iustin. de Dario moribundo retulit 11.lib. Is enim rex porrecta manu expirauit, quam vnicum pignus fidei regiæ dexteram se ferendam Alexandro dare dixit. Sic conqueritur Æneas Virgilian.1.Aeneid.

Origo huius Emblematis.

Lib.2. c.19.

Dextra symbolum fidei.

—Cur dextræ iungere dextram
Non datur? Quò pertinet & illud ex vndecimo Aeneid.
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

Cicero etiam pro Deiotaro: Per dextram ipsam, quam hospes hospiti porrexisti. Fuit enim & hospitij symbolum apud Syros & Persas. Hinc & Romani Principũ bene de Republ. meritorũ statuas pedestres & equestres ita effinxerũt, vt dextra porrecta, fidem in Rẽpubl. ostenderent. Itaq; in ipso belli, seu tumultus ciuilis classico, ne amici cum inimicis absque discrimine preme

Ayuntamiento de Madrid

merentur, interpositum est eiusmodi fidei sacramẽtum. Hoc de symbolo Pierius lib. 35.

Ciuile. Bellum

Viribus & caderet, &c.] Significat bellum ciuile, idque videtur ex Horatij Epod. 16. Oda imitatus?

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Itaque consultor ille apud Antiochum Annibal rebus omnibus maturo iudicio perpensis ait, Romanos nunquam nisi armis suis vinci posse: nec Italiam aliter quàm Italicis viribus subigi.

Roma terra Martia,

Martia terra.] Roma, vel quòd fuerit studiis asperrima bellis vel propter Romulum Martis filium, vt fama tulit, sic appellata. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Dumque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.

Martial. 5. lib. epigr.

Pulcrior, & maior quo sub duce Martia Roma,

Alio quodã loco Martiam turbam, pro Romano populo dicit.

Crede mihi, nimium Martia turba sapit.

Sic Symmachus lib. 1. epistolar. Ab exortu penè vrbis Martia &c.

Scilurus

Concordia insuperabilis.

EMBLEMA XL.

Tergeminos inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor:
Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryonis.

CONcordia, vinculum incolumitatis & pacis, tot tantásque vires habet, vt vix ferè queat, etiamsi præ se ferat nescio quid pusillum aut debile, nempè vbi singulorum habetur ratio. Vt enim lapides quidam insulæ Cycladicæ (teste Plinio) integri natant in aqua, fracti concidunt in fundum: ita Respublicæ discordiis pessum eunt, & quàm ocyssimè collabuntur: concordi verò pace ligatæ manent & perdurãt. Quod apertè docuit Sciluri ille Scytha, cùm moribundus ex telorum fasciculo colligato, & postea soluto inuictam concordiam filiis cõmendauit. Vis concordiæ. Sciluri factum.

Ayuntamiento de Madrid

Eam ob rem etiam finxerunt veteres, Geryonem fuisse tric
porem, aut tricipitem, quòd vnà cum fratribus, quos duos
bebat, tanto amore tantáq; fide æuum traduxit, vt ij vno
Geryó cur triceps & tricorpor. mine Geryones dicerentur; adeóque vnicam regi anima
voluntatem ineſſe, quanquam tres eſſent, communis iac
opinio, quòd ſanè idem omninò videtur Iuſtino ſub finem
44. Nec enim moror, quòd alij id referãt ad tres inſulas Hi
niæ copioſiſſimas, duas nempè Balearides & Ebuſin, quibus
perauit Geryon: ſed neque quod Palæphatus, ad Trinacria
eſt, tricipitiam ciuitatem in Euxino ponto malit conuen
cùm hoc nihil ad noſtrum inſtitutum pertineat. Cæterùm
Geryones ab Hercule vinci nunquam potuiſſe, niſi ſepa
& à ſe diſiũctos; ex quo perſpicuum ſit, quàm firmus & inu
ſit vnanimus ille animorum & voluntatum quaſi nexus a
conſenſus. Vniuerſi quippè concordes inuicti, qui ſinguli de
les, & nullius ſunt roboris. Sic enim, vt Philoſophi loquun
vnita virtus valentior eſt ſeipſa diſperſa. Lege Pierium lib.
roglyph. 32. c. De tricipitio. Tales fuiſſe Moliones, aut Mo
nides obſeruo; ſiquidem D. Gregorius Nazianzenus, vt
obiter adiiciam, pro commodi fratrum amore, verbum Mo
nides vſurpauit, non ſine aliqua prouerbij facie: ἐὶ Μολιονίδα
ὁμηρικῆς ἄελπτον τὸ θαῦμα, οὓς κοινωνία συμφορῶν ἐγνώρισε: Moli
dæ, Homerici poëmatis miraculum, quos periculorum ſoci
coniunxit. Plutarch. περὶ φιλαδελφίας, θαυμάζουσιν ἀδίκως τ
Μολιονίδας ἐκείνους συμφυεῖς τὸς σώμασι γεγονέναι δοκοῦντας
aliter quam Molionidas illos admirantur, quos coalito co
re concretos fuiſſe exiſtimarunt. Hi vaſta corporis mole A
regi Elidis auxiliares, oppreſſi ſunt ab Hercule atque intere
ait Pindarus. Interpres Homeri ad Iliad. λ quaternas manu
tidemq; oculos illis tribui à veteribus adnotat. Horum no
na Eurytus & Creatus.

Tergimenos,] Lucretius lib. 5.

Quidve tripectora tergemini quoque Geryonæ vis.

Virgil. 8. Æneid. — *Maximus vltor*
Tergemini nece Geryonis ſpoliſq; ſuperbus
Alcides aderat.

Geryon vnde dictus. *Vno nomine Geryonis.*] Geryon, vocabulum priſcum à ger
riuatum, quod eſt aduena, vt interpretatur Hieronymus.
filius Priſci Hiarbæ Numidæ fuit: ergo adueniens claſſe in
ſpaniam, Geryonæ. i. aduenæ nomen habuit. Non poſſum
loco ſubticere quod mihi occurrit ex Politicis Plutarchi

Ayuntamiento de Madrid

loco monet, eum qui sit infirmo corporis habitu, industrium sibi pro socio debere sumere, vt quondam Nicias Lamachum. Siquidem proditum est memoriæ his artibus Geryonem admirabilem fuisse, qui multa crura, pluresque manus atque oculos habere dicebatur, vnico tamen animo atque consilio regni sui fines moderaretur, hæc ferè Plutarchi. Permulti meminere huius pegmatis, vt Eunapius Sardianus auctor Græcus, vita Sophistarum: Lucianus in Toxari, ipso extremo penè: Arrianus de Alexandri gestis lib. 2. quo loco sententiam retulit Hecatei de Hercule & Geryone.

Ayuntamiento de Madrid

Vnum nihil, duos plurimum posse.

Emblema XLI.

Laertæ genitum, genitum quoque Tydeos vnà,
Hac cera expressit Zenalis apta manus,
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa est,
Solum mens hominem, dextráve destituit.

Fons Emblematis.

EMblematis huius typum obseruo apud Homerum Iliad. quo loco vnà cum Agamemnone & Menelao Nestor consultat de mittēdis exploratoribus in Troianorum castra. Ha in se prouinciam recipit Diomedes animi magni vir, si tame ei socius aliquis vnà profecturus adiungatur. Eius hæc verba:

Ayuntamiento de Madrid

Νέστορ', ἐμὲ στρύνῃ κραδίη κέλεται θυμὸς ἀγήνωρ,
Ἀνδρῶν δυσμενέων δῦναι φρατὸν ἐγγὺς ἐόντα
Τρώων, ἀλλ' ἔτις μοι ἅμα κρείων ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος,
Μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται.
Ξύντε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἑνόησεν,
Ὅππως κέρδος ἔῃσιν, ὁμοῦ δ' ἐπέρ τε νοήσῃ,
Ἀλλάτε οἱ βραδύνει νόος, λιπαρὴ δέ τε μῆτις. id est,
Nestor me mouet cor generosum; animus,
Fortium hostium subire castra, quæ propè sunt,
Troianorum: sed sit aliquis vir qui me sequatur,
Maior erit mihi fiducia, & audacius erit
Euntibus vnà duobus: namque hic ante illum cogitat
Qualiter vtile sit: solus verò quanquam intelligat,
Tamen ei tardior animus, & consilium imbecillius.

Plutarchi disputatio, qua ciuilem hominem informat, huc facit, cùm ita dicit: Κἂν δ' ἧτις ἐγώδης, Ἐπιφανὴς δὲ καὶ μεγάλη πρᾶξις, αὐτὸν ἅπτηται ταύτης τάξαντα πρῶτον, εἶτα προσελέσθαι τὸν φίλον, ὡς ὁ Διομήδης,

Εἰμὶν δὴ ταρύνῃ πελεύειτ' ἰμαυτὸν ἑλέσθαι,
Πῶς κεν ἔπειτ' ὀνοσαίμην ἐγὼ δεῖσο λαθοίμην;

Cùm res aliqua proponitur, magna quidem illa atque illustris, sed ardua & difficilis, laborum & operis socium tibi amicum assumito, vt Diomedes. Quòd si mihi alterum adiungi iubetis, inquit, quî tandem possim obliuisci diui Vlyssis? &c. Eundem Homeri locum Apuleius de dæmonio Socratis vsurpauit, & breuibus verbis explicuit: Nónne Vlysses, ait ille, cum Diomede deliguntur, veluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius? Nihil egregium, nihilque magnificum perfici bellè potest, in his potissimùm quæ bellica negotia respiciunt, nisi maturo consilio coniungantur corporis vires. i. nisi iuuenum robustiorum viuacitas, senum & eorum qui valeant experientia, ductu regatur. Non enim solùm viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed cõsilio, ratione, sententia. Proinde Sophocles: Consilium & vires.

Γνῶμαι μοὐγὼ ἔργων τῶν ἐν ἀνθρώποις πρόφοι.
Βουλαὶ τάδ' ἐξέπραξαν, οὐ χεῖρῶν σθένος.

Hominum quidem rationibus opera fiunt ac enutriuntur: sed eas res cõsilia effecerunt, non manuum robur. Proponitur autem ἄγαλμα, in quo sint expressæ & mutuo coniunctæ effigies Vlyssis & Diomedis, quorum alter prudentia & consilio, alter Vlyssis & Diomedis effigies iunctæ, quid.

Ayuntamiento de Madrid

verò firmitate virium commendabilis. Itaque quantum profuerit, vtriusque industria, & laudata strenuitas in bello Troiano, notum est ex Homero & historicis. Huc Prouerbium ἀνὴρ, ἀνὴρ ἀνήρ, Vnus vir, nullus vir: quo intelligitur quantum conferat mutuum auxilium in rebus arduis, & alioqui difficilibus. Huc etiam referendum illud, σὺν τε δύ' ἐρχομένω, ex Iliad. Homericæ κ. Quam ob causam apud Ægyptios Mercurij gemini simulachrum sic effectum conspiciebatur, vt alterum senili esset vultu venerandum, alterum, florente iuuenta: vt significarent eum, qui Reipub. munia obire ritè velit, cum animi prudentia vires habere debere coniunctas, quòd alterum alterius egeat adminiculo.

Mercurius geminus.

Aristoteles 8. Moral. ad Nicomach. σὺν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι, &c. quod perspicuè declarat Sallustius initio Catilinarij belli: Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis procederet. Nam & priusquàm incipias, consultò, & vbi consulueris, maturè facto est opus, ita vtrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget. Lege Plutarch. disputationem pulcherrimam, An seni gerenda Respubl. sit. Sed occurrit mihi Hesiodi istud.

Πλέον γε πλείονα μιλτύν, μάλλον δ' ἐπιδώκειν. id est,
Plus augere potest multorum industria vires.

Iámque Homericum ex Iliad. μ.

——Πλείονες δέ τί ἔργον ἄμεινον.

Quid verò Euripideum hoc sciens præteream ex Phœnissis?

——Εἷς δ' ἀνὴρ ὃ πάνθ' ἑρᾷ. vel illud ex Heraclidis,

Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἄδουπος μάχη.

In id quadrat elogium de Fauno Aboriginum rege, quod in t. retulit Dionysius Halicarn. ἀνὴρ μιτὰ τὸ δραστήριον καὶ εὐψύχ vir & impiger & consultus. De Mithridate sic Paterculus: Consiliis dux, miles manu. Idem Pacatus panegyrico Theodosij, dux consilio, miles exemplo. Sed placet admodum quod fuit memoriæ proditum de Lælio & Scipione, quorum amicitia nō minus quàm consiliū de rebus magnis celebrabatur. Itaque qui glorię Scipionis inuidebant, dicebant eum esse egregiorum hi cinorum histrionem, nempe Lælium illius collegam gestorum Scipionem præclara quædam gerere, sed Lælij consilius. Tradi Iul. Capitolin. Antonium Pium, nec in bellicis, nec in ciuilibus negotiis aliquid statuisse, quàm sumpto cum viris grauibus consilio, dicebat enim æquius esse vt tot & totalium virorum cos

Ayuntamiento de Madrid

consilium sequeretur ipse, quàm vt tot præclari homines ab vnius consilio penderent.

Laertæ genitum.] Id est, Vlyssem Laërtæ & Anticleæ filium. Vlysses.
Hic Rex fuit Ithacæ & Dulichij insularum vir, multichius, & astutus admodum, cuius nomine Odyssea tota Homeri conscripta est.

Genitum quoque Tydeos.] Diomedem, Tydei & Deiphiles fi- Diomedes.
lium, inter Græcorum duces fortissimos insignem. Zenalis.

Zenalis.] Quis ille fuerit, adhuc clam me esse fateor ingenuè. puto equidem nomen esse cuiusdam egregij pictoris, qui ætate Alciati non minus celebris fuit, quàm Alexandri tempore Apelles, aut Lysippus, alter pictor, alter statuarius: nisi aliquis malit esse nomen quoddam fictitium.

Solum mens hominem, &c.] Consilium viribus destitutum parum conducit: contrà verò corporis robur consilij expers, facilimè in præceps ruit. Isocrates Paræneſi ad Demonic. *βέλτιον δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὀφελησαν, καὶ δὲ τούτους πλείω τοὺς ἰσχύοντας ἀλλαξαι, ἢ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων εὐεξίαν, τὰς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείας ἐπιδεῖσθαι.*

Ayuntamiento de Madrid

Firmissima conuelli non posse.

EMBLEMA XLII.

OCEANVS quamuis fluctus pater excitet omnes?
Danubiúmque omnem barbare Turca bibas:
Non tamen irrumpes perfracto limite, Cæsar
Dum Carolus populis bellica signa dabit.
Sic sacræ quercus firmis radicibus adstant.
Sicca licet venti concutiant folia.

INnuit ea vix confici, aut labefactari posse, quæ firmis hærent radicibus, quæque vel longo temporis decursu, vel insigni aliqua virtute famam sibi peperêrunt immortalem. Id autem fermè totum mutuatus est ex Epigrammate quodam Crinagori εἰς Ῥ῾ώμλν.

οὐδ' ἂν ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμῦρων ἐγείρῃ,
οὐδ' ἂν γερμανίην ἔκνευ ἅπαντα πίῃ.

P ij

Ayuntamiento de Madrid

Ρ' ὅμως σὺλ' ἔσσυν βλάψῃ ὄϊν Θ', ἄχει κι μίμνε,
Δίξια σημαίνειν καίσαρι δαρσαλίῃ.
Οὕτω καὶ ἱερὰ ῥῶσε δρύες ἐμπίδα ῥίζας
Ε' σασιν. Φύλλων δ' αὖα χέουσ' αὔεμοι.

Apponam Ioannis Sleidani versionem, vt tyrunculus facilè deprehendat, quorsum imitatus sit Alciatus auctorem Græcum, nec perinde ad verbum reddiderit, vt scilicet gratularetur Carolo V. Imperatori, qui Turcas insigni victoria profligauit, vt mox dicemus. Sic ergo Sleidan.

Oceanus moueat licet omnes vndique fluctus,
Et potet Rhenum Teutona terra suum,
Non cadet imperium Romæ, quo tempore Cæsar
Præerit, atque salus publica facta reget.
Sacra Iouis quercus nam sic radicibus hæret,
Et tamen aridulas hinc capit aura comas.

Germanorum Principum victoriæ de Turcis.

Id conuertitur ingeniosè ad celebres illas victorias, quas Germani Principes de Turcarum exercitu retulerunt. Cùm enim Solymannus trecentis millibus armatorum, Vngaria maiori ex parte occupata, Austriam ipsamque Germaniam toto conatu inuadere statuisset, de Vienna, clarissima Austriæ vrbe, obsidenda cogitauit, quod immenso apparatu circiter Idus Septemb. anno 1529. aggredi conatus est, cuius minas & impetum, quanquam maximum, cùm Germani non ita putarent esse metuendum, vrbe vndique obsessa, tanta fortitudine restiterunt, vt Turcæ multoties reiecti, vix ad oppugnationem vel fustibus adigi possent. Sic Turca per mensem integrum continuis oppugnationibus Viennam frustrà tentauit, postridie Id. Oct. re infecta inglorius discessit, & fugienti similis in Thraciam rediit, multis millibus ex suis amissis.

Oceanus quamuis, &c.] Citatur ex Lucilio:

——*pater optimus diuûm,*
Vt Neptunus pater.

Patrem Neptunum, vt hîc Oceanum patrem, qui aquam significet, à qua cuncta oriuntur; dici palam est, quæ doctrina fuit Thalétis. Homerus: ὠκεανός τ' ὥσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Idem ὠκεανοῖό τε δῶν γενέσιν, καὶ μητέρα τηθύν. mater Tethys inquam, id est mare dicitur: vt Platoni prima illa rerum omnium materia: qua ratione Pindarus, ἄριστον μὲν ὕδωρ cecinit. Simile Virgilianum hoc,

Oceanúmque patrem rerum.

Cicero Academ. 2. Princeps Thales, vnus ex septem, cui sex

Ayuntamiento de Madrid

reliquos consensisse ferunt, ex aqua dicit constare omnia. Quò pertinent etiam Homerica isthæc à multis decantata, quibus Oceani patris vbertas longè latéque patens ostenditur,

Ἐξ οὗ περὶ πάντες ποταμοὶ περὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι περὶ φρείατα πάντα νάουσι.

Sed & Catull. Argonauticis:

Occeanúsque pater totum qui amplectitur orbem,

Oceanus pater quid, allegoricôs.

Quid si per Oceanum patrem ἀλληγορικῶς intelligamus Turcicum Imperatorem sua celeritate, suóque (vt ita loquar) hominum, vel potius mancipiorum examine & inaudita multitudine, toti Europæ orbique Christiano, vt magnum & immensum mare cæteris fluuiis bellum indicentem, dudúmque minitantem? Oceanus denique ἀπὸ ὠκύτητος, à celeritate. Videtur hîc alludere ad illud ex 1. Metamorph. Ouid. vbi loquitur de diluuio in terras missо:

— *illum*
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis,
Conuocat hic amnes. ——

Intelligit itaque noster hic auctor innumerabiles Turcarum copias in alto mari nauigantes, Danubiúmque Germaniæ fluuium nobilissimum numeroso suo exercitu exhaurientes. Alludit ad exercitum Xerxis, quem Græci vt numerosissimum facerent, flumina exhausisse finxerunt.

Sic sacræquercus, &c.] Comparatio appositissima. Licet ventis hinc & hinc perflantibus è quercu frondes decidant aridæ, ipsa tamen immota sedet arbor: sic imperium firmis hæret fundamêtis augustum & stabile, tametsi plerique hinc auocentur, aut pereãt in bellis Turcicis. Quò pertinet illa Virgiliana collatio:

— *veluti annosam valido cum robore quercum*
Alpini Boreæ nunc huc, nunc flatibus illuc
Eruere inter se certant, &c.

Quercus quid.

Et aduerte interea, quercus nomine significari in Hieroglyph. fortitudinem, diuturnitatem, imperium firmum & principatum, vt docet lib. 51. Pierius Valerian.

Firmis radicibus adstant.] Huc fortè non omnino malè illud referam Senecæ è lib. De prouidentia. Id in quoque, ait solidissimum est, quod exercuit. Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus consurgat. Ipsa enim vexatione constringitur, & radices certiùs figit. Et id ex Epistola 265. Libanij Rhetoricis (quem librum Græcè si haberem, eò libentiùs vterer:) Ea inquit, me ne minimè quidem commouerunt. Neque enim vetusta, & iam firmis radicibus arbor ad terram flecti, vento etiam maximè furenti, facilè potest.

Spes

Ayuntamiento de Madrid

Spes proxima.

EMBLEMA XLIII.

INNVMERIS agitur Respublica nostra procellis,
Et spes venturæ sola salutis adest:
Non secus ac nauis medio circum æquore, venti
Quam rapiunt, salsis iámque fatiscit aquis.
Quòd si Helenæ adueniant lucentia sidera fratres:
Amissos animos spes bona restituit.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

SI quid nostræ coniecturę dandum, suspicamur id ab Alciato scriptum fuisse, quo tẽpore ad Niceum colloquium, magna omnium spe & vocis expectabantur Reip. Christianæ Principes potentissimi, Carolus quintus Imperator, & Franciscus 1. Galliarum Rex: quò loci nonnulli in certam spem veniebant fœdus

Tempus Nicei colloquij.

Ayuntamiento de Madrid

fœdus aliquod firmum & ſtabile, pacemque inter eos compoſitum tandem aliquando & ſancitum iri: vt eo tranſacto negotio rixarum omnium & contentionum, tum denique falſarum opinionum religione Chriſtiana tam longè lateque graſſantium omnis occaſio tolleretur, aut certè magna parte lues iſta ſanaretur. Comparat ergo Chriſtianam Rempublicam cum naui vētis & fluctibus hinc & illinc agitata, ſic vt parum abſit, quin inſanis & furētibus aquis obruatur, omniumque ſpes penitùs cadat, niſi tā craſſæ caligini & tempeſtati Deus Opt. Max. aliquid lucis immiſerit, quò bonorum virorum totiuſque populi conſternati animi recreentur. Sunt verò qui hìc per Caſtorem & Pollucem intelligi velint ſummum Pontific. & Imperatorem, à quibus vnanimi voto ad metam eandem collimātibus bellorum ceſſatio, turbationumque optata fuit quies. M. Tullius Epiſt. ad Cornificium 12. lib. rectè nauis nomine Rempub. deſignauit. Conſcende, inquit, nobiſcum, & quidem ad puppim. Vna nauis eſt iam bonorum omniū: quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus, vtinam proſpero curſu. Idem in Piſonem non ſine gratia vſus eſt eadem allegoria: Non tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernaſſem, ſaluamque in portu collocaſſem, frontis tuę nubeculam pertimeſcerem. Alios ego vidi ventos, &c. Et pro Sextio eandem tranſlationem mirè variat. Si mihi in aliqua naue cum meis amicis nauigāti hoc accidiſſet, vt multi ex multis locis prædones claſſibus eam nauem ſe oppreſſuros minitarentur, niſi me vnum ſibi dediſſent, &c. Cum verò in hanc Reipubl. nauem ereptis ſenatui gubernaculis, fluitantem in alto tempeſtatibus ſeditionum ac diſcordiarum, armatæ tot claſſes, niſi ego vnus deditus eſſem, incurſuræ viderentur, depugnarem potiùs cum ſummo, non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro, quàm non id vnus pro omnibus ſuſciperem. Horat. 1. Carmin. eodem ſenſu & ſchemate.

Comparatio reip. cum naui ventis agitata.

Caſtor & Pollux quid allegoricè.

O nauis referent in mare te noui Fluctus, &c.

Præter Stobæi locum cap. 44. & alium quendam è Plutarchi Bruto, quibus Rempublicam naui comparant, ſuccurrunt duo alij è Panegyricis Maximiano dictis. Prioris eſt Paccati: Statim igitur præcipitantem Rempub. refrenaſti, & gubernacula fluitantia recepiſti, omnibus ſpes ſalutis illuxit, poſuere vēti, fugere nubes, fluctus reſederunt, & ſicubi adhuc in longinquioribus terris aliqua obuerſatur obſcuritas, aut reſiduus vndarum pulſus immurmurat, neceſſe eſt tamē ante tuos nutus diluceſcat & ſileat

Ayuntamiento de Madrid

sileat. Alter verò, est Mamertini: Neque, inquit, cùm Reipubl. nauem secundus à puppi flatus impleret, salutarem manum gubernaculis addidisti, &c. alia enim longiora sunt, quàm vt huc transferri commodè possint. De naui quædam Pierius doctè collegit libro 47. quæ hìc commemorare nihil attinet.

Circum.] Circùm hìc aduerbij naturam induit.

Fatiscit.] Deficit, & penè obruitur vi tempestatis & fluctuum. Virgil. 1. Aeneid.

Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Quòd si Helenæ aduenant, &c.] περίφρασις est Geminorum, qui Castor & Pollux à Poëtis dicuntur, & Iouis ex Leda filij. Hi vbi adoleuissent, mare piratis liberarunt, eaque de caussa propitij nautis olim credebantur. Ferunt, si horum alter appareat, tempestatem portendere; si ambo, serenitatem. De his sic Plinius: Vidi nocturnis militū vigiliis inhærere pilis pro vallo fulgorem effigie ea, & antennis nauigantium, aliisque nauiūm partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, vt volucres sedem ex sede mutantes: graues cùm solitariæ venere, mergentésque nauigia: & si in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autē salutares, & prosperi cursus prænunciæ, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatamque Helenā ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant, eosque in mari Deos inuocant. Hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate abdita. De stellis, quæ Dioscuri appellātur. Plutarch. 2. Decretorum philosophicorum, cap. 18. Ouid. sub fines 5. Fastorum. Diodor. Sicul. sub finem etiam cap. 5. lib. 5. Lactant. lib. 2. cap. 2. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. & alij quammulti. Sed obiter memini legere me apud Festum, stellam significare lætum ac prosperum, idque ex Ateio Capitone, auctoritatem secuto Seruilij auguris. Lucem etiam seu lumen, id est φῶς pro spe accipi sollemne fuit, vt apud M. Tull. 1. Philippica: Lux quædam videbatur oblata, &c. Enripid. item, φῶς ἤκῃ ἐμοῖς κακοῖς, lux venit meis malis. Nam & Varro de lingua Latinā 2. testatur, lumen pro fausto omine veteribus fuisse. Ex quo illud Virgilij:

——— *Subitoque fragore*
Intonuit læuum, & de cælo lapsa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

In

Ayuntamiento de Madrid

In simulacrum Spei.

EMBLEMA XLIIII.

QVAE Dea tam læto suspectans sidera vultu?
Cuius periculis reddita imago fuit?
Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
Quæ miseris promptam Spes bona præstat opem.
Cur viridis tibi palla? quòd omnia me duce vernent.
Quid manibus mortis tela refracta geris?
Quod viuos sperare decet, præcido sepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi, volitantibus vndique noxis,
Ascræi vt docuit musa verenda senis.

Qui

Ayuntamiento de Madrid

Quæ tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen?
Est bene cùm nequeat dicere, dicit, erit:
Qui comites? bonus Euentus præcepsque Cupido.
Qui præeunt? Vigilum somnia vana vocant.
Quæ tibi iuncta astat? scelerum Rhamnusia vindex,
Scilicet vt speres nil, nisi quod liceat.

Spei effecta.

ELegans est Spei descriptio per Dialogismum, cuius nempè vires & adiuncta conuenientissimis symbolis explicat. Ea enim hominem lætum reddit, & semper meliora expectantem ad mortem vsque comitatur. Ea tamen si importune sit & immoderata, vltricem Rhamnusiã secum aduocat, quæ vota plus æquo ambitiosa faciat irrita. Alia sigillatim enarrabo, si priùs huc adscripsero doctissimi viri B. Dardanij epigramma in Spem, vt, si fieri possit, cum Alciati Emblemate conferam. Est autem eiusmodi:

Tu quæ sustentas tereti vestigia ligno,
Esne Dea? an nostro sanguine creta? Dea.
Vnde fata? è cæca rerum caligine, & ecquæ
Admouit nutrix vbera? Credulitas.
Ecquinam à tergo plaudent tibi? gaudia, dic quis
Pallidulo semper te præit ore? Timor.
Suspicis intento cur cælum lumine? tandem
Hinc dabitur votis meta suprema meis.
Fare, age, quæ vultus deturpet causa serenos?
Excrucior quoties irrita vota cadunt,
Cur baculo innixa es? dum pascit opinio mentem
Cæca meam, irrepsit curua senecta mihi.
Quid titubas pedibus? rerum est spes lubrica: sæpè
Quod puto complecti, labitur è manibus.

Spes Dea.

Obiter adnotarim Spem Deam à Romanis cultã ædes habuisse in foro olitorio. Gyraldus ait, eam se vidisse pictã in Adriani Imperatoris aureo numismate. Femina fuit stans, inquit, iustitiq; luciniam sinistra manu nonnihil attolens: dextra in cubitum elata pateram proferebat, in qua repositũ erat veluti ciborium, id est, vas in floris similitudine, cum hac inscriptione SPES P. R. Quidam etiam Spem Deam viridi indutam palla effinxerunt, & sedentem supra dolium cum cornice: quidam etiam cũ Nemesi, &c. hæc ille. vide Syntag. 1.

Spectare sidera quid.

Suspectans sidera vultu.] Hic aduertendum alicuius expectationis

tionis signum, quod expressè notauit regius Psaltes, 120. psalmo, Ἦρα τὰς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου. & 122. πρὸς σὲ ἦρα τὰς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.

Peniculus, *Peniculis reddita imago.*] Id est, penicillo depicta & expressa. Peniculus, vel penicillus, siue peniculum, pictorum est instrumentum, ex caudarum extremitatibus confectum, Plin. 35. lib. Arrepto peniculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam.

Elpidius, *Elpidij fecere manus.*] Nomen est è re fictitium. nam ἐλπὶς ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, hoc est, à Spe, quam depinxit, nomen habet.

Spes bona præstat opem.] Alludit ad Prouerb. Spes seruat afflictos: & Spes alunt exules. Ouidius:

Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat:
Viuere spe vidi qui moriturus erat.

Sed & memini legere me apud Plutarchum, olim Romæ aram fuisse bonæ Spei. Cui cõuenit & versiculus è Comœdia quapiã.

ἀνὴρ ἀτοχῶν σώσεται τὰς ἐλπίσι.

Spes viridi veste induta. *Cur viridis tibi palla?*] Palla vestimenti genus est ad terram vsque promissum. Viridis autem color eorum est proprius, qui spe lactantur aliqua: dicet enim postea,

Nos sperare docet viridis, spes dicitur esse
In viridi, quoties irrita retrò cadit.

Fracta tela mortis. *Quid manibus mortis tela, &c.*] Refracta mortis tela nõ temerè Spei tribuuntur, quòd viuos etiam in extremas miserias adactos soletur & recreet, vt enim habet Adagium, Ægroto dum anima est, spes est: & Theocritus:

Θαρσεῖν χρὴ φίλε βᾶτ', τάχ' ἄμεινον ἴσως τ' ἄμεινον,
Ἐλπίδες ἐν σωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες,
Χὤ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πίλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει. hoc est,
Fidere, Batte, decet, melius cras forsan habebis,
Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis.
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.

Quidam Rhodius ob intempestiuam libertatem à tyranno iniectus in caueã, in qua more feræ alebatur, ad cruciatum ignominiamque amputatis naribus, ac fœdata vulneribus facie cum à quibusdam admoneretur, vt inedia sibi dolorum finem aliquem quæreret, his respondit. At cuncta homini, quoad viuit, speranda sunt. Repete pulcherrimam Spei descriptionem apud Ouidium 1. de Pont. Eleg. 7. Quæ dum commentor, iubens adiiciam Fornerij mei, præclari certè hominis distichon quod ille mihi vtraque lingua, eademque sententia suggessit: ἐλπὶς

Ayuntamiento de Madrid

Ἐλπὶς γὰρ τοῖσι μόνη τέρψις ἐνδοθι οἴδου,
Ἧς ἀπὸ χείλεσσι θανεῖν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ βιῶναι.
Intus alit pectus nostrum spes vnica: qua si
Destituar, durum est viuere, malo mori.

Præcido sepultis.] Præcidere hîc amputare vel denegare significat: & dicimus, spem alicuius rei præcidere, i. auferre siue præcludere, vt apud Ciceron. 2. Verr. Præcidere.

Cur in dolioli, &c.] Ignauiæ hæc nota esse potest. Nam ferè dũ speramus, desidemus: sed malim hoc ad fabulam referri, quam tradit Hesiodus de Pandora, principio fermè libri, qui ἔργα καὶ ἡμέραι inscribitur. Hæc enim pyxidem omnibus malis refertam cùm aperuisset, innumerabilia calamitatũ genera tum primùm homines inuaserunt, vna tantùm spe in dolij labris remanente, id est, in ipsius ore pyxidis consistente. Sic enim Hesiodus: Locus ex Hesiodo.

Αλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Εσκέδασ' ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μοῦνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ἐνδοθεν ἐμίμνει πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη. hoc est, —*Tegmen ab vrna*
Dum Pandora leuat, totum exiliere per orbem
Curarum infestæ effigies: Spes sola remansit
Intus, & è labris ima sub parte resedit.

Origenes aduersus Celsum lib. 4. hanc ridet fabulam. Ridiculũ, inquit, est quod de dolio dicitur, quòd olim viuerent homines ablq; malis, & graui dolore, & morbis molestioribus, quæ Parcæ mortalibus dederant: sed fœmina manibus magnum dolij operculum auferens, diffudit hominibus, & curas atroces partita est; sola autem ibi Spes in tutissimis domibus intus relicta est sub dolij labris, nec extrà euolauit. Hæc Origen. Mythologi tamen Pandoram, ad humanum corpus referunt, fœminęo nomine expressum, quòd carnis imbecillitas minimo exsolui potest. Pandora.

Ascræi vt docuit, &c.] Hesiodus ab Ascra Bœotiæ vico. Virg. 6. Ecloga:

——*Hos tibi dant calamos, en accipe, Musa*
Ascræo quos ante seni.

Quæ tibi adest volucris cornix.] Quòd vocem edat Cras, Cras, cornix Spei adiungitur.

Oscen.] Oscen, auis dicebatur olim ab Auguribus, quòd ore auspicium faceret, ait Varro. Oscen.

Ayuntamiento de Madrid

Locus ex Suetonio.

Est bene cùm nequeat, &c.] Videtur hoc imitatus, & quidē mutuatus ex Suetonij Domitiano, vbi agitur de Cornice, quę paucis ante Imperatoris mortem diebus dicitur edidisse illud: τὰ πάντα καλῶς, quod ostentum sic est aliquis interpretatus, ait ipse Suetonius:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,
Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.

Bonus Euentus.

Qui comites? bonus Euētus, &c.] Duo hi Spei comites vana quædam phantasmata ingerunt, ne plus tædij adferat expectatio, quàm ferre queant miseri mortales. Boni Euentus simulachrū dextrâ pateram, sinistrâ spicam ac papauer tenens, sculptā Romæ fuisse scribit Plin. lib. 34. c. 8. & 36. c. 5. Boni Euentus, & Bonæ fortunæ simulachra in Capitolio ex Praxitelis operibus. Gyrald. Syntagm. 1.

Spes vigilū somnia.

Vigilum somnia vana vocant.] Plato dicebat τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶτε, quò videtur alluisse Maro in Bucolic.

——*An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

Non enim est qui verbis possit facilè consequi, quàm varias in animo patiantur imaginationes, qui vehementer aliquid sperant. Atque his inanibus simulachris perinde afficiuntur, ac si mel oblectant, vt si iam tenerent quæ sibi pollicentur.

Vigilum somnia vana.] Pindarus Olymp. 12.

——Αἶγε μὴν ἀνδρῶν
Πολλὰ μὲν, τὰ δ' οὐ κάτω
Γνώμη μεταμώνια τίμνοισα, κυλίνδουσ' ἐλπίδες. id est,

Spes etenim mortalium, multa sursum, deinde verò deorsum vana mendacia secantes volutant.

Scelerum Rhamusia vindex, &c.] Quælibet enim sperare, nō est cuiusli bet. Itaque in hoc præcipuè illud animo fixum hæreat, Ne qu id nimis. Fortunæ, vt naturæ noscenda est mensura sua; nec v e rò sapiunt qui altiùs sperant, plusque animi gerūt, quàm viriu m habeant.

Ayuntamiento de Madrid

In dies meliora.

EMBLEMA XLV.

Roſtra nouo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæcq; cliens ventri xenia, dixit, habe.
Progreditur ſemper, nec retrò reſpicit vnquam,
Gramina cùm pando proruit ore vorax.
Cura viris eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat, & vt melius ſit, quod & vlterius.

RVſticus quidam Alciati vicinus Kalendis Ianuariis porcinũ caput pro ſtrenis obtulit. Hinc ſibi Emblematis argumentum nactus Alciatus, ex natura ſuis (qui dum ſiliquas ore reflexo colligit, ſemper vlterius progrediens, nunquam retrò aſpicit) nempè vt nihil procraſtinando meliora ſequamur, neq; temporis aliquam particulam ſinamus effluere, quod non pertineat ad aliquem progreſſum, & rei meliùs gerendæ occaſionem. Alludit autem ad extremum (vt ne in minutulis etiã otio- Natura porci.

Ayuntamiento de Madrid

Symbolum Caroli Quinti Imp.

sum deprehẽdas) ad symbolum Caroli V. Imperatoris, quod est VLTERIVS. Quid si hoc referamus ad studij Philosophici assiduitatem, vt Plutarchus facit disputatione de profectu morum? Sic enim ille: ἐν τῷ φιλοσοφεῖν οὐκέτι λαγόσης διάλειμμα πημεπῆς, ἀδὲ συριγμός: In philosophando & virtutis itinere nulla est cessatio, nulla perpetui progressus intermissio. Contrà, miserè & nonnunquam improbè desipiunt qui suis ita malè rebus prospiciunt, vt quò magis ætate prouehuntur, peiores euadunt, sicuti Menedemus permultos Athenas, studiorum causa, profiscsci dicebat, principio sapientes, deinde philosophos, postea rhetores, tandem idiotas. Qui itaque se meliorẽ in dies facit, quasi seipsum vincit: qui in deterius abit, vinci se ignauè permittit, quod Plato 1. De legib. ait esse turpissimum: κατάδαι αὐτὸν ὑπ' ἐαυτοῦ, πάντων αἰσχιστὸν τι ἅμα καὶ κάκιστον.

Rostra nouo. Rostrum nõ modò de auibus, sed & de aliis animantibus dicitur.

Cliens. Litigator, qui patronum sequitur, vt ab eo defendatur in iudicijs.

Illicitum

Illicitum non sperandum.

EMBLEMA XLVI.

Spes simul & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet vt speres non nisi quod liceat.

RECTÈ & verè Pindarus Nem. 8.

Κενεᾶν δ' ἐλπίδων κεῦνον τέλος!

Vanæ spei imbellis euentus, quo spectat Horatianum illud ex 4. Carmin.

Terret ambustus Phaëthon auaros
Spes, &c.

Meminimus in superiori Spem cũ Nemesi vnà expressam fuisse; ex quo intelligi liceret, nihil nisi quod fas & iustũ sit, quódq; fieri facilè possit, expectandum, sibique fingendum esse. Nam valdè est insolens & temerarium ambire quæ nequeas assequi, aut si assequaris, non tamen tueri aut seruare possis. Occurrit exemplum Cæsaris Borgiæ Valentinorum Ducis, qui audaciùs quàm aliquis alius eiusdem cõditionis, Imperij maiestatem sibi Spes cum Nemesi,

Ayuntamiento de Madrid

Cæsar Borgia.

pollicitus, militaribus aliquot vexillis appingi curarat illud vulgo Italico, *O Cæsar, ô nullo*, id est, Aut Cæsar, aut nullus: qui tandem morte misera interceptus, vaticinij locum inuenit; sed non quem spe magnifica sibi proposuerat. Itaque de eo sic lusit Sannazarius:

Aut nihil, aut Cæsar vult dici Borgia: quid ni,
Cùm simul & Cæsar possit, & esse nihil?

Idémque in eundem:

Omnia vincebas, sperabas omnia Cæsar:
Omnia deficiunt, incipis esse nihil.

Obiter aduertendum distichon Alciati videri è quopiam Græco expressum, sed ad imitationem effictum:

Ἐλπίδα πρὶ νέμεσιν δίνυς παρὰ βωμὸν ἔτυξα,
Τῶ μὲν ἵν' ἐλπίζῃς, τῶν δ' ἵνα μηδὲν ἔχῃς.

Quod sic eleganter reddidit Politianus:

Spem simul & Nemesim posita dicat Eunus in ara,
Scilicet vt speres omnia, nil habeas.

Scripsit & in eandem sententiam lepidè ac doctè Marullus: quia proximè videtur accedere ad Alciati Emblema, huc adscribere non grauabor:

Quænam hæc tam semper tam læta est? optima rerum
Spes bona, quæ lateri iuncta potens Nemesis.
Dux magis, an comes est? vindex magis, vnde duabus
Templa eadem? speres ne nisi quod liceat.

Ayuntamiento de Madrid

Pudicitia.

EMBLEMA XLVII.

PORPHYRIO, *domini si incestet in ædibus vxor,*
Despondétque animum, præsq; dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ est caussa: sit index
Sinceræ hæc volucris certa pudicitiæ.

AElianus cap. 35. lib. 14. ait. Porphyrionem muliebris pudicitiæ obseruationem esse matrisq; familiàs adulterium suspendio suo indicare. Quod Athenæus etiam commemorat Dipnosoph. libro 9. cap. 12. ex Polemonis lib. 5. eorum quæ ad Antigonum & Adæum scripsit, retulitq; Leonicus in Var. hist. libro 3. cap. 17. Aiunt itaque Porphyrionem domi educatum, mulieres quæ sunt sub viri imperio, diligenter obseruare, eiusmodiq; habere sensum adulterium admittentis, vt quan-

Porphyrionis auis natura mira.

Ayuntamiento de Madrid

de hoc cognouerit, domino significet, sibique vitam suffocatione, vel vt alij volunt, suspendio adimat; quam esse certissimam commissi adulterij notam aiunt. Huius rei causa est in abditis naturæ arcanis: tantúmque licet hinc colligere, quàm turpe, quámque flagitiosum sit adulterium, cuius actu vel clanculario auis eiusmodi vita priuetur. Itaque quantum ad id argumentum pertinet, hæc adhiberi potes pro certa & illibatæ pudicitiæ symbolo. Huius etiam naturæ miraculi mentio est apud alios quosdam, sed neotericos, quorum studium & industriam laudo: sed veteres in primis habeo. Secundus Maternus (quem ego aliàs citaui, auctorem certe pium & doctum) scribit, à leone castissimo animali leænam feminam iugulari, quæ cum pardo coierit. Apud Aristotelem & Plinium exempla quædam alia leguntur, quibus eadem naturæ verecundia ostenditur. Non est alienum quod Nouella 12. Iustinian. scribit, eos qui se polluunt nefario coitu, ea facere quæ bruta rationis expertia detestantur. πράττειν ἀσεβῆ καὶ ἀνόσια, καὶ πολλῷ κρείττω ἐπιθυμῆν, ἐπεὶ καὶ πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἀπέστραται ζώων.

Incestus. *Incestet.*] Polluat se adulterio. Incestus, vel incestum, est flagitium in affines admissum. Non. Marcel. sed & pro quacunque libidinosa pollutione Seruius accipit. αἰσχος, pudoris cingulum, quo spōsæ ornabantur, per translationem sumitur pro pudore ac legibus connubij. Hinc ἄνιερον, pro turpi flagitio Græci accipiunt. Iurisconsulti incestum sumunt pro impudico, & turpitudinis flagitio, in propinquos admisso, l. vlt. D. de ritu nupt.

Despondere animum. *Despondétque animum.*] Animum despondere, apud Ciceronem nusquam legi Budæus opinatur: vsum tamen eius loquendi formulæ apud Varronem, Liuium, Columellam notat; apponit Plautin. id è Menæch. Pater eius postquam perdidit puerum, animum despondit.

Causa occulta. *Abdita in arcanis.*] Caussam occultam philosophi appellant; vt cùm quæritur, cur magnes ferrum? cur succinum paleam trahit? id in naturæ arcanis esse dicitur.

In

In victoriam dolo partam.

EMBLEMA XLVIII.

AIACIS tumulus lacrymis ego perluo Virtus,
Heu misera albentes dilacerata comas!
Scilicet hoc restabat adhuc, vt iudice Graco
Vincerer: & causſa ſtet potiore dolus.

EXplicatur id agalma ab Euſtathio ad Iliados Homericæ β. citatúque à Porphyrio alicubi. Quod epigramma tributum Virtuti, conditionem ſuam deploranti, mutatum fuiſſe à Mnaſalca Sicyonio, & in Voluptatem conuerſum, ex altero factum de Aiace, me admonuit doctiſſimus Camerarius. Hoc ex 3. Epigrammatôn Græcorum ſumptum: eſt enim tetraſtichon Aſclepiadis. Fons Emblematis.

Α' Α'ιγὰ ἀπλάμων ἀρετὴ παρὰ τῷ δὲ κάδυμαι

Ayuntamiento de Madrid

Αἴαστ' ὦ τύλῳ πειραμίνα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημίνα, σύννιν' ἀχαιεῖς
Αἰδλόφρων ἀπάτα, πρέσσον ἐμοῦ κίκειται. id est,
Dilacerata comas, viſus miſerabilis eheu
Conſideo ad cineres hîc Telamoniadæ,
Icta dolore graui mihi quòd fraus callida quondam.
Iudicibus Graÿs antè locata fuit.

Virtutem lugere quid.

Proſopopœia eſt Virtutis ad Aiacis tumulum inſidentis, & magna lachrymarum copia eiulantis, propterea quòd iniuſtè lata ſit à Græcis iudicibus ſententia de armis Achillis Vlyſſi, non autem Aiaci, cui debebantur, adiudicatis. Quo intelligi datur, quoſdam viros bonos plerumque iniquorum iudicum decretis angi, & iniuſtè de ſuo iure deturbari, nullius tamen condolentibus aut opem vel conſilium præſtantibus. Eiuſdem omninò argumenti ſequitur eodem 3. lib. Epigramma nomine Antipatri, ex quo liquet Aiacis tumulum fuiſſe in littore Rethæo, vt etiam Q. Calaber: ſed fuiſſe prope Sigæum Troiæ promontorium ponit Plinius lib. 5. cap. 30. & Sozomen. hiſtor. tripart. cap. 18. lib. 2.

Dilacerata comas.] Signum doloris grauiſſimi. Sic Ouid. de Tibulli morte:

Venit inornatas dilacerata comas.

Æſchyli ſcholiaſtes ἐν πέρσαις: σιώνθης καὶ τοῖς θρηνοῦσι τίλλουτὰς ἰδίας τρίχας. Porro Alciat. imitatus eſt Ouidian. hoc 4. de Ponto. 13.

Agamemnon.

Venit ad albentes illabefacta comas.

Iudice Græco.] Id eſt, Agamemnone, quem prauum Atridem vocat Auſon. in Epitaphio Aiacis, quod etiam huc non malè referri potuiſſet. Vide num alludat ad Prouerb. Græca fides. Sed is poſtremò locus mihi videtur altiore quadam conſideratione indigere: nam cùm dicit,

Hoc reſtabat adhuc, vt iudice Græco Vinceret.

Rem exaggerat ipſa Virtus lachrymarum plena, à iudicis perſona. Eſt enim indigniſſimum, virtutem à Græcis ipſis, à quibus id omnium minimè fuit expectandum, eiectam, oppreſſam ac deſertam fuiſſe: ſunt enim Græci ſapientiæ nomine cõmendati, quo etiam cæteris aliis nationibus præluceant. Atqui ſi id à Barbaris profectum eſſet, ferendum quidem aut ridendũ, denique fuerat. E multis quæ occurrunt locis ad id illuſtrandum, apponam vnum aut alterum ex M. Tullio: quibus clarorum virorum benéque de rep. meritorum caſus miſeros & indignam

Ayuntamiento de Madrid

fortunam conqueritur. Sic pro Sextio: Hæc audiuimus de clarissimorum virorum consiliis & factis: hæc accepimus, hæc legimus, neque eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione cæcarunt mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros, & bene de Repub. meritos in inuidiam aliquam vocauerunt: leues hoc semper nostri homines, & audaces, & malos, & pernicioſos ciues putauerũt: at verò qui horum impetus & conatus repressserunt, qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt: ij graues, ij principes, ij duces, ij auctores, huius dignitatis atque imperij semper habiti sunt. At ne quis ex nostro, aut aliquorum prẽterea casu hãc vitæ viam pertimescat, vnus in hac ciuitate, quem quidem ego possum dicere, præclarè vir de Republ. meritus, L. Opimius indignissimè concidit, cuius monimentum celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimũ in litore Dyrrhachino relictum est, &c. Idem 1. de Oratore vbi agit de Rutilij causa, qui C. Marij Proconsul à publicanorum iniuriis Asiam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia tunc erant, in exilium pulsus est damnatus repetundarum. Sic itaque Cicero: Cùm esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentiæ, cumque illo nemo neque integrior esset in ciuitate neque sanctior, non modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatiùs quidem aut liberiùs causam dici suam, quam simplex ratio veritatis ferebat. Et post: Nũc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur, nemo ingemuit neque inclamauit patronorum; nihil cuiquam doluit: nemo est questus: nemo Rempub. implorauit, nemo supplicauit. Cæterùm nescio an conferre huc possim opportunè adag. quo dicitur bonos viros esse lacrymabiles; faciles enim sunt ad misericordiam viri boni piique: vt de Heraclito palàm est, sic Æneas Virgil. fatur lacrymans. Dido contrà duritiem eidem exprobrans in 4.

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

Et Horat. in Ŏdis Plutonem illachrymabilem facit:

Non si trecenis quotquot eunt dies
Amice, places illachrymabilem Plutona.

Nolim prẽtermissum quod notatur à scholiastis quibusdã, Aiacem (de quo hîc) nominatum ab αἴ, αἴ, heu, heu, nota dolentis, seu lamentantis particula, & αἰάζειν lamentari est.

In

Ayuntamiento de Madrid

In fraudulentos.

EMBLEMA XLIX.

PARVA lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras, & caua buſta colit,
Inuidiæ, prauique doli fert ſymbola pictus.
Heu nimium nuribus cognita zelotypis!
Nam turpi obtegitur faciem lentigine, quiſquis,
Sit quibus immerſus ſtellio, vina bibat.
Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
Quam formæ amiſſo flore relinquit amans.

Stellio. PLinius lib. 29. cap. 4. tradit è ſtellionibus malum medicamentum fieri. Nam, inquit, cùm ſtellio immortuus eſt vino

Ayuntamiento de Madrid

vino, eorũ qui biberint, faciẽ lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necant ex, insidiãtes pellicũ formæ. Alciatus li. 1. Parergõn, cap. 46. id copiosè satis enarrat. Sic enim ait: Crimẽ stellionatus nomen sumpsit à stellione lacerta stellata: quod animal malè apud veteres audiit, siue quia inuidũ (cùm enim eodem, quo anguis modo pellẽ exuat, eam confestim deuorat, tanquã vtilẽ esse pro comitialis morbi remedio norit, idcircòque hominibus præripiat, vt plinius lib. 8. cap. 31. attestatur) siue quòd ex eo malum medicamentum fiat, quo mulieres decipiuntur. Nã cùm mortuus est in vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit: ob hoc in vnguento eum necant, si quæ mulieres pellicum formæ insidiantur, qua ex caussa verisimile est primò proditum id iudicium: an quia in id animal versus sit, vt canis Onid Metamorph. 5. —— *Duri puer oris, & audax*; vnde & impudentiæ est symbolum, Græceq; dicitur ἀσπάλαξ, quia sit ἀσπαλὴς τῆς ἁφῆς, contactu asper & durus. Hæc Alciat. noster. Sanè idem Plinius lib. 30. cap. 10. nullum esse animal dicit, ex opinione communi, quod fraudulentiùs inuideat homini: indeque stellionum nomen in maledictum translatum ferunt. Plerique volunt stelliones eosdem esse ac tarantulas, quas Græci ἀναλαβώτας nominãt. Quia verò ex proximo Alciati loco meminerimus criminis stellionatus, de eo hæc pauca obiter: Stellionatus iis obiicitur qui aliquid dolo fecerint: & vbicunque nomen proprium deficit criminis, stellionatus obiicitur, ait Vlpian. Locum autem præcipuè habet in eo qui rem fortè alij obligatam dissimulata obligatione per caliditatem distraxerit: sed & in eo qui merces suppositurum fecerit, vel corruperit, quique imposturam fecerit, pœna stellionatus nulla est à legibus constituta, quia nec legitimum crimen est. Cæterùm & hoc aduertendum, vt auctoris mentem apertiùs aperiamus, in plerisque animantibus certas quasdam notas esse malignitatis à natura inditas, vt caueamus ne quid inde noxæ damnive contrahamus. Vulgò enim fertur cauendum esse ab iis qui notis quibusdam insignes sunt. Diciturque non rarò eum qui pedibus claudicat, & animi quadam claudicare parte: quique gibbo sit deformatus aut struma, aut aliquo generis eiusdem vitio, cæteris infestiorem esse, & magis verspellem, si quid tamen vulgo hominum opinioni dandum: Vitiosum corpus vitiosæ naturę imaginem esse. Quod Homerus in suo Thersite confirmauit, qui vt deformior erat, ita etiam turpior, loquacior, & seditiosior, describitur.

Crimen stellionatus.

Notæ malignitatis.

Sic

Sic Cicero pro Roscio Comœdo cauillatur Fannium Chęream ex habitu corporis: Nónne ipsum caput,& supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur, nónne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum(si quam coniecturam affert homini tacita corporis figura)ex fraude,fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite & superciliis semper est rasis, ne pilum vllum viri boni habere dicatur. Lusit eodem penè schemate Martialis in Zoilum:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus:
Rem magnam præstas Zoyle, si bonus es.

Stellatus corpora guttis Stellio.] Virg.4.Georg.

—— *Sæpè ignotus adedit*
Stellio lucifugis congesta cubilia blattis.

Ouid.5.Metamorph.

—— *Latebrasque petit, aptumque colori*
Nomen habet variis stellatus corpora guttis.

Huc referam non inuitus doctissimi viri Turnebi carmina de Stellionis eadem animaduersione, ex Epithalamio Francisci Valesij:hæc enim:

Sic quæ pellicibus nuptæ insidiantur auaris,
Quas forma plus esse dolent, medicata propinant
Pocula guttata lentigine stellio quæ tu
Inficis, vt vario signetur tergore vultus
Discolor & maculis liuescant ora subortis.
Et cana busta colit.] Ouid.3.Amor.8.eleg.
Mors tamen à templis in cana busta trahet.

Prauique doli.]Doli mali,quem Seruius definit machinationem quandam alterius decipiendi caussa,cùm aliud simulatur,aliud agitur. Labeo autem omnem fallaciam,calliditatem,machinationem ad circumueniendum & decipiendũ alterum adhibitã, censetque sine dolo malo aliud agi posse, aliud simulari.

Dolus malus.

Zelotypus

*Zelotypis.*ζῆλος,æmulatio seu inuidentia; τύπος,forma.Hinc mulier zelotypa, quæ formæ alienæ inuidet.Ea zelotypiæ opinio permultis mulieribus animum dedit viros quoquo modo tollendi de medio, vt hoc etiã adiiciam præter rem. Nam Cic. 2. de offic. refert Alexandrum Pheræum ab vxore interfectum propter pellicatus suspicionem. Sic Antoninũ Verum Lucilla, Lemniæ viros omnes vna excepta interfecerunt:& Demetrius Antigoni filius, Nicanor,aliique à suis feminis interempti.Denique cùm omnia peruestigaris, collige tecum, quòd vindictæ nemo magis gaudet quàm femina. Ouid.2.artis.

Ayuntamiento de Madrid

Sed neque fuluus aper mediatam ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes,
Femina quàm ſocij deprenſa pellice lecti
Ardeo, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammamque ruit, poſitoque decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta dei.

Lentigine.] Lentigo, macula ſubrufa, aut nigricans in facie aut manibus ad lentis ſimilitudinem, Lentigo.

Pellice.] Pellex, quaſi παλλαξ ἡ παλλακὶς, ait Gell. lib. 4. cap. 3. vel à pellendo, quòd vxorem legitimam è thalamo pellat, vel quòd virum pelliciat. Paulus in l. 144. de verb. ſign. Digeſtis ex Maſurij, Sabini ſententia pellicem pro ea ſumit quæ citra matrimonium cum aliquo conſueſcat, domique retineatur: adiditque vulgò ſic accipi, quæ cum eo ſe miſceat cui ſit vxor. Cæterùm an admittere auſim diſtinctionem Iuriſconſulti in dicta lege inter pellicem, amicam, concubinam, nondum ſatis liquet. Sed præſtat audire Demoſthenem oratione aduerſus Neæram, egregiè nomina τῆς παλλακῆς, τῆς ἑταίρας, καὶ τῆς γυναικὸς diſtinguentem: ait enim τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν. τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῆν ἔνδον φύλακα, πίστιν ἔχειν. Amicas habemus voluptatis cauſa: pellices ſeu concubinas famulitij & curæ quotidianæ gratia corporis vtimur: vxores autem ducimus vt legitimos tollamus liberos, fidamque rei familiaris cuſtodiam habeamus. Pellex.

Dolus

Ayuntamiento de Madrid

Dolus in suos.

EMBLEMA. L.

ALTILIS allectator anas, & cærula pennis,
Assueta ad dominos ire redire suos,
Congeneres cernens volitare per aera turmas,
Garrit, in illarum se recipitque gregem,
Prætensa incautas donec sub retia ducat:
Obstrepitant captæ, conscia at ipsa silet.
Perfida cognato se sanguine polluit ales,
Officiosa aliis, extiosa suis.

Proditorũ fraudes.

HAc similitudine (cuius facilè subintelligitur apodosis) proditorum animum fraudulentium apertè arguit: qui cum bene

Ayuntamiento de Madrid

bene velle se fingant, vt simulatis eiusmodi alloquiis imponãt, eo sanè nocentiores, quò versutiores, habendi sunt. Sic enim plerunque insontes & incautos in ignota discrimina, vel ad extremum vsque vitæ periculum adducant & compellant, sed potissimùm cùm vel vitæ consuetudine, & familiaritate, aut etiam obsequij aliqua specie fucata eos tenent irretitos, modisq; tam tenacibus illigatos, vt sese hinc nequeant extricare, quo de genere sunt vespertiliones quidam, & sceleratissimi sycophantæ (quorum numerus quantum his temporibus accreuerit, dici nõ potest) qui viros inculpatæ vitæ, simplices planè, & ab omni fuco alienos, in discrimen & præcipitium trahat; nullumq; non mouent lapidem, vt, quod est in prouerbio, in laqueos inducãt: quam ad rem cuniculis quibusdam vtuntur, cùm impingunt nomen detestandi sortilegij, vel etiam hæreseos, aut sectæ alicuius, vt securiùs magisque impunè ouiculam. i. hominem simplicem, miniméq; malum ab omni crimine tam scelesto, tamq; abominando alienissimum mactent, vel certè quocunque tandem modo exterminent; sic vt insons ille miserus hac aspersus labe (tametsi toto vitæ tempore virtuti pietatiq; nomen dederit) humanæ societatis pernicies, & pestis habeatur ab imperita multitudine, quæ vt in vitium plus quàm liceat credula, ita ob inconstantiam maximam, quæ illi familiaris est, ad virtutes ipsas inuertendum sic prompta & parata sit, vt, quod ait Flaccus, sincerum anidè cupiat vas incrustare. Sed vt paucis contraham, hoc genus hominum vt exitialius & magis aduersandum, sic & præter alios, in quod leges animaduertant, dignissimum. Quod enim vnicè docuit optima illa omnium magistra natura, hi tollunt, & improbitate iniquiore labefactant, nimirùm vbi contra suum sanguinem insidiantur, & in animas suas fraudem moliũtur, vt loquitur Salomon. Id totum tamen torqueri melius fortasse potest in patriæ proditores, quales fuere οἱ φιλιππίζοντες apud Græcos, apud Olynthios Lasthenes. Talis fuit Metius ille Suffetius dux Albanorum, pugnæ desertor in bello Romanorum aduersus Albanos, qui suæ proditionis pœnas dedit ab equis discerptus, vt lib. 1. Liuius memorat.

Altilis allectator anas.] Anatem à natandi assiduitate dictam Anas. tult Varro, 5. De ling. Lat. Altilis, quòd alatur domi, vel ruri, vt gallinæ, &c. Allectator porrò ab alliciendo. Legi alicubi morem esse aucupibus exoculatam columbam in reti colligare, quæ strepitu cæteras columbas ad se pelliceat, ea dicitur παλεύτρια, à παλεύω, quod est decipere, seducere, in laqueum allicere. Sed

Ayuntamiento de Madrid

audiamus ipsum Alciatum, qui ea de re sic lib. Parerg. 9. cap. 11. Plaut. in Milite, Paleutrio nomen veteratori impostoriq; seruo conueniens, vnde & παλαύτριαι, quasi allectatrices aues Aristoteli lib. De hist. animal. 9. turtures vel columbæ, quæ aluntur, vt aucupes alias alliciant, eosque ad congeneres capiendos adiuuent; quod & in coturnicibus fieri consueuit, itémq; anatibus, de quibus (est enim aucupij genus valde iucundum) nos quandoque carmine sic lusimus:

Altilis allectator anas, & cærula pennas, &c.]Hæc Alciatus.

Ire redire.]Ire, pro abire, vt alludat ad verba Iustiniani, in §. Ceruorum quoque, De rer. diuisione, in Institut. in syluam ire & redire solent, & paulò pòst: In iis animalib. quæ ex consuetudine abire & redire solent. Martialis 12. lib. epigram.

Atque inter mensas ire, redire suas.

Garrire. *Garrit.*]Garrire, quasi ineptè strepere, Nonius, & propriũ esse auium quidam putant.

Maledi

Ayuntamiento de Madrid

Maledicentia.

EMBLEMA LI.

Archilochi tumulo insculptas de marmore vespas
Esse ferunt, linguæ certa sigilla malæ.

VEspæ tumulo affixæ Archilochi, linguæ malę petulantiam effrenem arguunt: hæ enim raucæ sunt & mordaces, sed nonullam ab iis neque oblectationem, neque fructum comparare possis, vti nec à maledicis aut mordacibus expectare quicquam præter aculeum debeas. Hoc autẽ Archilocho intelligitur scriptor quiuis, insolita quadam verborum petulantia & mordacitate alios insectans: in quo tamen neque curam, neque eruditionem possis deprehendere: sed hoc tantùm notus, quòd audaciam in obtrectando maluerit ostentare, tamq; praue innotescere, quàm stare gratis, & cum silentio, vt loquitur Martialis. Fuit verò hic Archilochus Poëta Lacedæmonius, vel Parius, vt alij volunt, qui Lycamben socerum tam atrocibus & virulentis

Maledicentiæ notata.

Scriptor maledicus.

Ayuntamiento de Madrid

carminibus infectatus est, vt eum adegerit ad laqueum. Hinc Prouerb. Archilochia edicta, pro contumeliosis & mordacibus: &, Archilochi patria, pro maledicis: &, Archilochum terere, pro eo quod est, maledicentia delectari. Quò pertinet Archilochi epithaphium ex 3. Epigram. Græcorum lib.

Ξῆμα τόδ' Ἀρχιλόχε παραπάντιον, ὅς ποτε πουλὺν
Μῶσαν ἐχαδναίῳ πρῶτ' ἐβάψε χόλῳ,
Αἰμάξας ἑλικῶνα τ' ἤμερον, οἷδε λυπάμβης
Μυρόμενόν θ' τριτώων ἄμματα δυγατέρων.
Ἤσυχα δὴ παράμειψον ὁδοιπόρε, μήποτε τάδε
Κινήσης τύμβῳ σῆκας ἐφεζομένους. hoc est,

Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara
Cuius vipereo carmina felle madent.
Sanguine fœdauit Musarum Helicona, Lycambes
Luget natarum turpia lora trium.
Hospes abi tacitè, irritos ne fortè crabrones.
Illius in tumulo quos habitare vides.

Pindar. 2. Pyth. ait se nolle conuicio aliquo Ixionem afficere, quòd Archilocho conuicia non bene cesserint. Sic ille:

——— Ἐμὶ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινόν, κακαγορίαν.
Εἶδον γὰρ ἐκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
Υογιρὸν ἀρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔθρεψε πιαινόμενον. id est,

Me autem oportet effugere morsum imbellem & impotentem maledicentiam nempè. Vidi enim iam olim multa in egestate positum conuiciatorem Archilochum, infensis obtrectationibus enutritum, & quasi pinguem factum. Antisthenes dicebat Diogenem vespis esse similem. Vespis enim non magnum est alarum strepitum, aculeum autem acutissimum. Dion oratione 8. & Stobæus Sermon. 11.

Vespæ obtrectatores.

Certa sigilla.] Quæ sunt symbola certæq; notæ hominis intemperanter lingua abutentis, vt qui maledicentissimus fuerit.

Ayuntamiento de Madrid

In receptatores ſicariorum.

EMBLEMA LII.

Latronum, furumq́; manus tibi, ſæua, per vrbem
It comes, & diris cuncta cohors gladijs:
Atque ita te mentis generoſum prodige cenſes,
Quòd tua complures allicit olla malos.
En nouus Actæon, qui poſtquàm cornua ſumpſit,
In prædam canibus ſe dedit ipſe ſuis.

In receptatores.] Hæc epigraphe mihi ſtatim reuocauit in mẽtem quod de receptoribus, ſeu receptatoribus iura edixerunt, in quos nempe voluerunt acerrimè animaduerti, l. 3. §. cognoſcit. D. de off. præf. vigil. quia ſine his diu maleficia latere non poſſint. l. 1. de recepti. Sic Vlpian. in l. Congruit. de præf. vult à

Ayuntamiento de Madrid

præsidē animaduerti in sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, prout eorum quisque deliquerit: receptoresq; eorum coërcere, sine quibus latro diutiùs latere non potest. Cui simile illud Quintiliani ex declamatione 255. vbi ait, proximos eos esse transfugis à quibus transfugæ recipiuntur: quia natura sinit, facere scelus & probare.

Fons Emblematis à Stobæo.

STobæo citatur illud ex Phauorino, ni fallor: Ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τριφομένων ἀπ' αὐτῶν κυνῶν ἀπώλετο, ὅτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταλύουσιν: Quemadmodum Actæon à canibus quos alebat, discerptus est: ita parasiti & assentatores eos à quibus enutriuntur, miserè perdunt. Nonnulli sese putāt insignes & quidem nobiliores, si quosuis sicarios, nulliusque frugi homines & ganeones inertes, domi & mensæ susceptant, haud sano mentis oculo prouidentes se vnà cum patrimonij commenuti damno, nominis & plerumque vitæ iacturam facere. Testissimos enim se fore credunt, vtpotè tanto tamque generoso satellitio stipati; & tamen non aduertunt, quanti constat, quamque noxia sit ea familiaritas. Anulus in picta poësi sic:

Cornibus in cerium mutatum Actæona sumptis
Membratim propry diripuere canes.
Næ, miser est dominus, parasitos quisquis edaces
Pascit, adulantum præda parata canum:
Se quibus irridendum suggerit & comedendum,
Seruus & ex domino corniger efficitur.

Venatores Actæones.

Qui mythologica tractarunt, hoc de Actæone figmentum a venatores referunt, qui suas opes miserè dilapidant in venandi luxu inutili admodum & sumptuoso: etenim à canibus quos aluere, tandem vltione diuina quasi membratim dilaniantur. Nam tametsi nihil aliud sceleris admitterent, nihil eo quod erogent in victum canum quod commodiùs posset egenis & pauperie pressis conferri: ea tamen culpa satis habet grauitatis ad prouocandum iustam Dei præpotentis iram, quòd tot bona nobis non est elargitus, vt iis tam malè vtamur. Eaque grauius illi peccant, quòd rebus necessariis animum non applicent, vt agriculturæ, vt Reip. vt aliis honestis actionibus, sed omnem temporis vsuram collocant in venatu: quodque vt in vrgentem minusque sibi notam penuriam præcipitent ruant. Itaque dici non ab re potest, eos non à canibus modo sed auibus & equis absumptos ac dilaceratos. Palæphatus et Poëtas hoc figmento nihil aliud docuisse, quàm homines o

uc

Ayuntamiento de Madrid

uere maximè debere, ne quid agant quod diis inuisum sit aut ingratum, aut quod eos in iram prouocet. Adhæc olim omnes labori fuisse intentissimos, & manibus victum quæsiuisse non seruis aut exteris sua negotia, sed sibi tantùm commisisse: ideóque qui laborioſi essent, opibus & facultatibus præ cæteris abundasse: contrà qui se otio dedebant, voluptates consectabantur, venationi & aleæ dabant operam, in extremam rerum penuriam decidisse, & opibus exhaustos esse, quemadmodum & ipsi Actæoni contigit. Sed id speciatim in prodigos adolescentes non ab re licet conuertere, qui promi magis quàm cõdi, vt Phryges serò sapiunt, & tum fortè, sed frustrà resipiscunt, cùm nihil est amplius in loculis. Sibi quidem mirè placent, cùm secundis fortunæ ventis opes suppetunt, quibus impudentes & ignauos ganeones (qui nullum aliud sibi pensum relictum habent, quàm vt lautas culinas assectentur, alienáque quadra viuant) pascant & enutriant. At exhaustis patrimoniis, quid illis supereſt nisi vt aliena compilent, tandémque in malam crucem adigantur, ab iis relicti; longúmque valere iussi, à quibus in conditionem tam miseram, tamque abiectam coacti sunt? Non piget huc traducere, quæ Dion Chysost. orat. 10. De seruis, appositè scribit, se non putare damna à malis canibus plures accepisse, quàm à malis hominibus. Etenim à canibus pernicioſis vnum Actæonem aiunt (inquit ille) perditum, & his quidem in rabiem cùm acti essent: à pernicioſis verò hominibus dici non posse, quot perierint & plebeij & reges, quot etiam ciuitates, hi quidem à seruis, illi autem è militibus & satellitibus, alij ab amicis quibusdam, nomine tenus amicis: alij quidem à filiis & fratribus, vxoribúsque damna capiunt innumera. Retulimus suprà ex Constantino Manasse memorabile Michaëlis Imperatoris exemplum, quem cum Actæone discerpto à canibus comparat: siquidem inconsultò illi Principi, quòd ab assentatoribus obsessus esset miserè omninò cessit.

Veterum industria.

Otioſi venatores.

Locus Dionis Chryſ.

Scæua.] Proprium quoddam nomen aut fictitium non temerè suspicetur aliquis. plerique, sæua, legunt, pro, dira, crudeli, terrifica, &c. sed malim scæuam accipi, vt Symmachus, pro improbo, sinistræ famæ homine, rerum imperito. Quæ sub obtentu tuo à quibusdam scæuis designata dicuntur, ait ille. Et Græci, eum qui sit ingenio tardo σκαιὸν appellant. σὺδὲ σκαιὸς ἀλλὰ ἰκπλήσσων, dicit Aristophan. 1. neque scæuam, neque consilij inopem.

Ayuntamiento de Madrid

Manus.] Multitudo, vt maxima militum manus apud Ciceronem in Philipp. & sæpè aliàs.

Prodige.] Cicero, Offic. Prodigi, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt omninò relicturi.

Allicit olla malos.] Ea est ollæ amicitia, vt habet Prouerbium, ad quod respexit Martialis lib. 2.

Hunc quem vina tibi, quem mensa parauit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Vinum amat & cyatos, & fumina, & ostrea, non te.
Sublato vino nullus amicus erit.

En notus Actæon, &c.] Tangit Actæonis fabulam, quam fusè narrat Ouidius 3. Metamorph. Hanc lubens prætereo, vt vel pueris notissimam.

Ayuntamiento de Madrid

In adulatores.

EMBLEMA LIII.

SEMPER *hiat, semper tenuem, qua vescitur, auram*
Reciprocat Chamæleon:
Et mutat faciem, varios sumitque colores,
Præter rubrum vel candidum.
Sic & adulator populari vescitur aura,
Hiansque cuncta devorat:
Et solùm mores imitatur Principis atros?
Albi & pudici nescius.

EXpressum id è Plutarchi libello, De discrimine adulatoris & amici, huius hæc verba: ὁ κόλαξ ἀτιχνῶς τὸ τοῦ χαμαι λέοντος πέπονθον. ἰκανός τι γὰρ ἁπάσῃ χροιᾷ πλὴν τοῦ λευκοῦ Emblema è Plutarcho petitum.

Ayuntamiento de Madrid

Adulator vt Chamæleon.

συναφομοιοῦται ηδὴ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὁ μόνον ἑαυτὸν ἐξο-
νάτων παρέχειν οὐδὲν ἀπολείπῃ τῶν αἰσχρῶν ἀμίμητον. Adula-
tori quidem omninò id accidit vt Chamæleonti : sique-
dem vt ille colorum omnium similitudinem exprimit præte-
quàm albi: sic assentator, cùm se similem præstare nõ possit
his quæ digna sunt studio, turpia quæque imitatur quanm
potest. Vt enim nonnulli pictores imperiti, quia nequeant
sequi quæ pulchra sunt & difficilia, in næuis quibusdam ac ve
rucis aut rugis depingẽdis toti sunt, & quælibet repræsentan
præter ea quæ pulchra sunt, quæque ingenioſi artifici laudẽ
mereantur : Sic & assentator ; vt principi viro, cui assidet, q
quid gratum faciat, eius diligenter imitatur intemperantia
iracundiam, supercilium, acerbitatem in seruos, diffidentia
in domesticos, & cognatione iunctos. Nam præterquàm qu
sponte naturaéque propensione ad deteriora propensum est,
detur eo modo sibi longè abesse à vitio reprehensionis, si
pia imitetur. Quem morem vt barbaricis moribus conuenien
tissimum, meritò perstrinxerunt auctores grauissimi : hoc en
vitio quòd laborarit Alcibiades, vt qui ingenio esset versa
& ad quiduis comparato, naturam Chamæleontis habuisse
ctus est. Sed mirum est sanè quod narrant de Arabum quib
dam populis, apud quos inualuit consuetudo, vt illorum Re
aliqua corporis parte affecto, aut decurtato, populus eius
gionis ęgritudinem imitetur Principis, illóque membro fac
lanáque conuoluto, sic in medium prodit. Quod idem de scu
ra quodam Philippi Macedonis memoriæ proditum accep
mus. Cùm enim in oppugnatione cuiusdam ciuitatis Argi
rum, vnus Philippo fuisset erutus oculus, postridie scurra fal
similem oculum circum ligatus processisse fertur. Idémq
cùm crus in quadam pugna Regi fractum esset, in eius conspe
ctum venire non erat solitus, nisi claudicans, eodémque cru
colligato. Ea itaque est assentatorum mens, hoc vnum stu
dium, vt imitentur omnia, omnibus assensum præbeant, pra
terquàm iis quæ sunt à natura sua longissimè remota, nim
rùm quæ à niueo simplicitatis & innocentiæ decore, ac pud
ris & verecundiæ quasi rubori omninò sit aliena. Nam qui
Antisthenes dictitabat, vt meretrices omnia bona præter pu
dentiam, sanúmque iudicium suis amatoribus imprecantur
sic assentatores iis quibus cum agũt. Vide Pierium in Cham
leonte, lib. 27. Hieroglyph.

Alcibiades. Arabum assentatio.

Scurra Philippi Macedonis.

Chamæleon.

Semper hiat, &c.] De Chamæleonte sic Plin. capit. 33. libro

Ayuntamiento de Madrid

Ipſe celſus, inquit, hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: & coloris natura mutabilior: mutat namque eum ſubinde, & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque ſemper quemcunque proximè attingit, præter rubrum, candidúmque. Caſſiodorus Variar. formularum lib. 5. epiſt 34. naturam Chamæleontis ad fruſtratorem debitorem non minùs ingeniosè traducit. Fugere neſcius, ſed ſuæ ſpõſionis ignarus: obliuioſus cùm relinquitur: trepidus, cum tenetur. Mutat verba, variat conſtituta: nec in vna dicti ſui qualitate cõtẽtus, diuerſis imaginibus immutatur. Meritò Chamæleonti beſtiæ conferendus, quæ paruorum ſerpentum formę conſimilis, aureo tantùm capite, & reliquis membris ſubalbẽtis praſini colore diſtinguitur. Hæc quoties hominum aſpectus incurrerit, dum ei fugiẽdi velocitas denegatur, nimia timiditate, colores ſuos variè commutat, vt modò veneta, modò blattea, modò praſina, modò poſſit cyanea reperiri. Prouer. Chamæleõte mutabilior.

Reciprocat.] Repetit, retroflectitur, vel recipit. procare, petere eſt, vnde procax, & proci dicti. Reciprocum verò à recipiendo dici ait Varro, quia eò redeat vnde profectũ eſt. Hinc maris & animæ reciprocatio. Hoc loco verò reciprocare propriè eſt auram reſorbere, ſubindeq; retrahere: ſic enim Liuius reciprocare pro reſpirare vſurpauit.

Veſcitur aura.] Alluſio ad Prouerb. Vento viuere. Populari aura veſci, eſt populi nugis aſſentiri, vulgi mores inſequi. Color albus & rubeus.

Albi & pudici neſcius.] Color albus mentis integritatem, vt rubeus pudorem ſignat, vt dicemus poſtea.

Ayuntamiento de Madrid

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere.

EMBLEMA LIIII.

COLCIDOS in gremio nidum quid congeris? eheu
Nescia cur pullos tam malè credis auis?
Dira parens Medea suos sæuissima natos
Perdidit, & speras parcat vt illa tuis?

Typus Emblematis.

HOc ex Græco Archiæ:

Αἰαῖ ὀλω νήσους τε διαπλαμένη σὺ χελιδὼν,
Μηδείης γαστὶ πτυκτίδι νοσσοτροφεῖς,
Ἔλπη δ' ὀρταλίχων πίστιν ἔχειν τίν δ' φυλάξεαν
Κολχίδα, μηδ' ἰδίων φείσαμένη τοκέων,

Sic Marullus exposuit 3. Epigrammatôn:

Quid vaga tot terras vrbesque emensa volucris,

Ayuntamiento de Madrid

Colchidos in ſano nidificas gremio?
Pignoribuſque tuis credis malè ſana fidelem,
Ipſa ſuos partus quæ lamauit atrox?
Ni fœtus exeſa tuos Pandione nata
Phaſiaca quærit perdere ſæuitia.

Breuiùs reddidit Politianus, nimirùm tribus hendecaſyllabis:

Medeæ ſtatuta eſt miſellæ hirundo,
Sub qua nidificas, tuoſne credas
Hunc natos, rogo, quæ ſuos necauit?

Sed breuiſſimè Borbonius noſter, vno diſticho,

Medeæ ſtatua eſt: natos cui credis, hirundo?
Fer alio: viden hæc mactet vt ipſa ſuos?

Apoſtrophe eſt ad hirundinem, ad ſtatuam Medeæ nidificantẽ: ex quo datur intelligi, cauẽdum eſſe ab eo qui ſemel impoſuit: vel iis nullam amplius habendam fidem, qui ſemel vel quoquo modo læſerint, aut iis nullo pacto aſſentiendum, qui cùm ſua dilapidarint, vix aliorum curam commodè geret. Nemini enim res aliena quàm ſua debet eſſe charior aut cõmendatior. Quomodo enim fieri poteſt, κακῶς κεχρημένον ἀνδρα τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις. Id explicat Socrates apud Xenophontem lib. 3. ἀπομνημ. nempè colloquio cum Glaucone. Refert Plutarch. ἐν γαμικ. παραγγελ: Qua ratione Timarchum impudicitiæ & prodigalitatis accuſauit Æſchines, non tamẽ vt hominẽ probro afficeret, quàm ne deinceps ad populũ concionaretur. Qui enim rem familiarem adeò malè adminiſtraſſet, indignus videbatur qui publica crederentur. Præclarè Tiberij factũ memoratur à Corn. Tacito: qui vt honeſtam innocentium paupertatem leuauit: ita prodigos, & ob flagitia egentes Vibidiũ Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Syllam, Vitellium mouit ſenatu, aut ſpontè cedere paſſus eſt. Gorgia oratore publicè aliquando dicente vt concordiam ſuaderet, Melãthius non ſuſtinuit: aiebat enim de pace eum minimè aliis verba facere debere, qui ſibi, vxori & ancillæ concordiã perſuadere nõ potuiſſet. Idem in Laconicis: Agis Archidami filius ei minimè Duci fidẽ habẽdã dicebat, neque credendum iuuenũ exercitũ, qui ſuam ipſius patriã miſerè prodidiſſet. Id dicebat Ephoris, qui Imperat. quẽdã lubricæ hominẽ fidei in hoſtes mittebant.

Fides non habenda, ei qui fidẽ violarit.

Colchidos.] Medea Colchis nominata, quòd Colchorũ regis filia fuerit, quæ Iaſoni vt nuberet, aurei velleris obtinẽdi corripiendiq; viam ei cõmonſtrauit, ſed priùs Dracone ſopito. Tãdem ab Iaſone repudiata, quos ex eo liberos ſuſceperat, interemit. Repete fabulam ex 7. Metamorph. Ouid.

Medea.

Teme

Ayuntamiento de Madrid

Temeritas.

EMBLEMA LV.

IN PRAECEPS rapitur frustra quoque tĕdit habena
Auriga, effreni quem vehit oris equus,
Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
Et temerè proprio ducitur arbitrio.

Cui non credendũ.

SIgnificatur nihil ei cõmittendum esse, qui in proprios affe
ctus nullum sibi sumit imperium, sed temerè huc atque
huc concitatus fertur, non aliter quàm equus, quem nulla fre
nullæque habenæ continent. Similitudinem hanc mutuatus
ex Platone, qui animum nostrum cum auriga, corpus verò
eiusdem perturbationes cum equis comparabat. Iuxta quod
Hieronymo etiam dictum est, sensus corporũ quasi equos

sine ratione currentes: animam verò in aurigæ modum frena currentium retinere. Maximè enim est afficiendum, vt appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrãt, nec propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignauiam deserant, sintq; tranquilli, atque omni perturbatione careant, vt docet M. Tullius. Locus Platonis est in Phædro, de duobus equis bono & malo, & eorum aurigę ratione, quò M. Tullius allusisse visus est 2. De Republ. Vt auriga indoctus è curru trahitur, operitur, elidi-tur, laniatur. Quem locum obseruauit Heraclides Ponticus lib. De allegoriis Homericis. Locus hic, vt apparet, è Maximi Tyrij sermone 55. tractatus est. Neque verò grauabor locum integrum sublegere: τοῦτον δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνδείας πρὸς τὸ θεῖον ἐξεῦρε θεὸς τρόπον, ἐπιθεὶς τῷ ψυχίῳ γνῦπον σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, καὶ παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ, ἀφῆκε θεῖν, ἐχόντα μὲν παρ' αὐτοῦ ῥώμῃ τὸ ἅρμα τιχνυς, ἐχόντα δὲ καὶ ἀτιχνίας ἐξουσίαν. ἡ δὲ, ἐπιδὰν ἐπιβῇ ἅρματος, καὶ λάβηται τῶν ἡνιῶν, ἡ μὲν σύλλαμβάνει καὶ μαναρία ψυχὴ καὶ μεμνημένη τοῦ ἐπὶ τὸ ὄχημα ταύτῃ ἐμβιβασαμένου θεοῦ καὶ ἡνιοχεῖν προτάξαντος, ἐχίται τῶν ἡνιῶν: καὶ ἀρχὴ τὸ ἅρματος, καὶ κολάζει τὰς τ' ἵππων ὁρμὰς οἵδε εἰσὶν ἀτιχνῶς παντοδαποὶ, ἄλλος ἄλλαχῆ θεῖν διεμεμυμένοι, ἐμὲν αὐτῶν, ἀκόλαστος καὶ ἀδηφάγος καὶ ὑβριστὴς, ὁ δὲ, θυμοῦδης καὶ ἰτητικὸς καὶ ἐμπληκτος, ὁ δὲ, νωθὴς καὶ ἀκέλευμῖνος, ὁ δὲ ἀνελεύθερος καὶ σμικρόφρων καὶ ταπεινός. ἅτως ἅρμα ἐπασιασμένον παράτῃ τὸν ἡνίοχον κἄτα καὶ μὲν κρατήσῃ αὐτὸ, κατὰ τῆς τὸ θνατὸν ἵππευόμενον ἄξων φέρεται, νῦν μὲν τῷ ἀκολάστῳ ἵππῳ πᾶν τὸ ἅρμα ξυμφερόμενον αὐτῷ ἡνιόχῳ ἐπὶ ὕβρεις καὶ παροινίας καὶ λαγνείας καὶ ἄλλας ἅτε ἀλικινεῖς ἡδονὰς, νῦν δὲ τῷ θυμικῷ ἐπὶ κακώσεις παντοδαπάς. Quæ Latinè ita sonant: Verùm hic vnus inuentus est modus ab ipso Deo, quo humana conditio minorem se esse diuina fateretur, propterea scilicet quòd animum terrestri corpori, tanquam aurigam imposuit currui, cuius & habenarum sustinendarum & incitandi vim esset habiturus. Huic enim aurigæ, simul aurigandi artem, virésque tradidit: simul etiam liberum abutendæ artis arbitriũ dedit, qui postquàm inscenderit currũ, & habenas acceperit, siquidẽ felix beatúsque animus sit, memoriamq; habeat se iussu Dei sublatum esse in currum, validéque aurigationẽ regere debere, nimirùm habenas moderatur, regitque currum, & equorum temeritatem contundit. At equi diuersum appetunt cursum, temereque huc atque illuc rapiunt currum, hic ad petulentiam, ingluuiem ac cõtumeliam, ille ad temeritatem atque ferociam, alius verò tarditatem, mollitiem, seruitutem, fatui

Ayuntamiento de Madrid

fatuitatem, atque humilitatem ſectatur; cuiuſmodi ſeditionibus diſtractus currus, aurigam conturbat: & ſi vicerit eum praepotentis equi vis, fertur currus pro libidine victoris. Quo ſit vt victrice interdum petulantia, vnà currus & auriga ad conv melias, conuicia, impuritates, atque alias nefarias, minimèq ſinceras voluptates; interdum verò dominante iracundia, multas variaſque calamitates vterque feratur in praeceps. H etiam referam commodè illud D. Cypriani, ex lib. De diſcip Cypriani locus. na & bono pudicitiæ: Coërceat animus, ait, ſtimulos carnis, p frenet impetum corporis: Accepit hanc enim poteſtatem, vt ad imperium eius membra ſeruiret. Et quaſi legitimus ac po fectus auriga vitra conceſſas corporis metas extollētes ſe c nis impetus, cæleſtium præceptorū habenis reflectat, ne v terminos ſuos currus iſte corporis raptus in periculum ſu ſecum & ipſum rapiat aurigam, &c.

In præceps rapitur fruſtra, &c.] Alludit ad illud Virgilianum

—*Fruſtra retinacula tendens,*

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Et ad prouerb. De curru delapſus. Citatus ex Platone locus in Phædro, qui explicatur commodiſſimè à Plutarcho, Qu ſtionum Platonic. 8. quò pertinet Ciceronis hoc è 3. Tuſc Exiſſe è poteſtate dicimus eos qui effrenati feruntur, aut li dine, aut iracundia. Qui igitur exiſſe è poteſtate dicuntur, id dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum tot animi à natura tributum eſt; hinc cōpotes & impotes, qui a mum habent, vel non habent in ſua poteſtate.

Effreni quem vehit oris.] Manifeſta alluſio ad parœmiam, Os frene, id eſt, ἀχαλινῶ στόματ& ἵππ&.

Ayuntamiento de Madrid

In temerarios.

EMBLEMA LVI.

Aſpicis aurigam currus Phaëthonta paterni
Igniuomos auſum flectere Solis equos;
Maxima qui poſtquam terris incendia ſparſit,
Eſt temerè inſeſſo lapſus ab axe miſer.
Sic plerique rotis fortunæ ad ſidera Reges
Euecti, ambitio quos iuuenilis agit;
Poſt magnum humani generis clademq́; ſuámque,
Cunctorum pœnas denique dant ſcelerum.

PHaëthõtis caſus hîc traducitur in Principes quoſdam Ducéſque iuueniliter exultantes, qui magno ſuo ſuorúmque malo cuncta ſurſum & deorſum vertunt: cúmque quod volunt, omne ſibi licere putent, non mirum eſt, ſi intolerabilem malo- Stulti Principes.

P

Ayuntamiento de Madrid

rum lernam secum aduehant. Nihil enim aliud afferre pote
tam cæca præcepsque temeritas, quàm certissimum populi d
scrimen, & interdum exitium. Quòd si illi quandoque resipisc
(quod ferè non fit, nisi accepto damno, eóque grauissimo, id
ne contingit, postquàm vulgus decidit in grauem fortunar
omnium iacturam, vt spei nihil reliqui habeat: ferè fit enim,
Principes illi fatui & excordes, eo quod habeant in alios imp
rij ac potentiæ, pro sua libidine miserrimè abutantur, & q
prodigant in Reip. detrimentum. Vitio datur Agamemno
quòd ambitiosus magis quàm cordatus fuerit, qui pro
Helena tot tantósque homines ad necem postularit, suós
ad eandem belli aleam prouocarit. Rectè Flaccus:

Fabula quæ Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento collisa duello,
Stultorum regum & populorum continet æstus.

Non est ambiguum, quin securius ævum traduxissent, & gl
credo meliorem fuissent cõsecuti nobilissimi Imperatores C
rus, Xerxes, & Alexander, si suis contenti finibus, maluissent
gna propria tutari & administrare, quàm armorum alea p
quàm par esset, alienis inhiare. Itidé & innumerabiles alij, cu
rum efferatior ambitio, regnandiq; cupiditas, & suum & pop
li interitum accersiuit. Quid enim, vt cæteros taceam, alitud
cit Alexander, quanquam præclaris naturæ & doctrinæ subs
natus muneribus, quàm vt gratiatorum princeps orbem cu
curraret, sibi suisque labores & molestias innumerabiles cr
ret, nullúmque quietis & otij finem proponeret? Huius insa
bilem victoriarum sitim nullus vel prosperrimus succesus re
quam restinguere potuit: nullus honos, quamquam magn
eius ambitionem sedauit. Itaque non contentus amplissim
imperio Persico, impetum fecit in Scythas, in Bactrianos, in
dos, vltrà etiam progressurus si per copias suas licuisset, aut
morte violenta repressus esset. Quid de Pompeio? quanta
tute & experientia viro? quàm magni à suis habito? nec e
vna causa fuit cur à Romanis, aliísque gentibus maximo in
nore esset. Eum tamen miserè occæcauit, tandemque perd
insana ambitio, nec se modò, sed & patriam & Remp. quam
fendere se iactabat, oppressit & funestè dilacerauit. Totus e
in aucupanda gloria, in cuius communicationem admitt
minem sustinebat, dum Spartacum perdomuit: dum Luc
eripit victorias Põticas & Armeniacas; dum Metello hono
de piratis suffuratur, vnúsque omnibus excellere, omniu
obs

obscurare gloriam cogitat, alienauit à se optimorum quorumcunque animos. Ergo dum potentiam suam putat egregiè fultam C. Cæsaris affinitate, quem sibi adiunxerat ad suas vires firmandas, ab eodem fuit oppressus.

Et hos quidem suæ ciuitatis Phaëthontas rectè dicimus, quales nimium multos superior patrum & nostra vidit ætas. Constantinus Manasses, Annal. de Michaëlo Imperatore hunc in modum ferè scribit: (quia enim Græca non suppetunt, Latinam versionem huc conferre non verebor:) Vbi Michaëlus maturam ad ætatem peruenit, iámque solus amplitudinem negotiorum imperij procurare cœpit, reapse verum illud probauit esse quod est in fabulis. Quippè mox vt alter quidam iuuenis Phaëthon, curru conscenso, totum Romanorum imperium perdidit, & ipse de auito patrióque regno, veluti quodam curru, est deturbatus & excussus, non pronus tantùm cadens, sed etiã deorsum lædens. Quippè luxuriosæ humidæque vitæ se dedidit, velut alter Nero, immodestus in vino, animo effœminato, impudicus, temulentus, omnem pecuniam in collusores exhauriens, qui erant scurræ impuri, cutruum agitatores, mimi, primo statim diluculo temulentiæ dediti, delicias ciborum & suauium opsoniorum auidè quærentes, totos dies apud inuerecundas mulieres exigẽtes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis. s. olim erat ille Sardanapalus, rex Niniuitarum, &c. Quod dum meditor, vltrò sese offert Caroli vltimi Burgundiæ Ducis fatum deploratissimum, qui propter virtutem bellicam, & ditionem amplissimam, inter Principes fortunatissimos haberi potuisset, si vim ingenij, qua pollebat, & magnitudinẽ animi qua se terribilem & formidabilem ostenderat, ad sua potius asseruanda, aut etiam augenda, quàm ad extera expugnanda conuertisset; nec sanè tam infœlicem mortem obiisset. De quibus tamen aliàs fortasse commodiùs. Huc refert Adagium, Aut Regem, aut fatuum nasci: &, Habenas ignarus non tractet. Fabulam hanc alij aliò transferunt, nimirùm ad insignem quandam conflagrationem, vt Plato in Timæo, cui Lucretius libr. 5. subscribit. Ficinus & aliquot alij tradunt fuisse Cometã vastum natura solarem, qui tandem dissolutus, intolerabiles æstus concitauerit. Sed hæc præter rem. Si ad mores referre malis, apponere huc potes exemplum Flaminij Consulis, cuius temeritas insigne detrimentum suæ Reip. attulit. Valer. Max. 1. c. 6. Phaëthontis casum ad principes improuidos, ambitiosos, suiq; officij minimè memores torsit etiam Dio. Chrysostomus oratione prima De regno.

Michaëlus Imperator.

Carolus Dux Burgundiorum.

Ayuntamiento de Madrid

Igniuomos equos.] Quatuor equi Solis naturam illius ignean
Equi Solis. indicãt: Phlegon, à φλέγω, quod est inflammo; Pyrois, quasi igni-
tus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς; Eous, ab ἠὼς, aurora; Aethon, quasi ardens: Sun
qui his equis quatuor horas iuxta Solis exortum apparentes in-
telligi velint, vnde est illud,

Hæc iubet, hæc splendet, dein hæc calet, illa tepebit.

Malim ego à studiosis legi diligenter quæ de iis Solis equi
habet Ouid. 2. Metamorph.

Sic plerique votis, &c.] Similitudinis est ἀπέδοσις. Fortunæ rot
cui insidet, tributa est, propter varietatem & inconstantiam.
Galenus ἐν προτρεπτικῷ ὅτι τὰς τέχνας egregiè fortunam eiusq
inconstantiam depinxit.

Furor

Ayuntamiento de Madrid

Furor & rabies.

EMBLEMA LVIV.

ORA gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptum in summo margine carmen habet,
Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida:
Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

QVorundam Principum & Imperatorum ferocia & immanitas signis plerumque notisque vexillaribus exprimitur, ita vt quid in animo reconditum habeãt, tactis symbolis aperte ostendant. Quid enim significant in eiusmodi stemmatis Vultures, Gryphes, Dracones, Aquilæ, Leones, quàm rapacitatem, ferociam, internecionem, formidinem, & cætera generis eiusdem, quæ perpetuò sanguinarios Duces comitantur? At vt carmen nostrum explanemus, habuit Agamemnon clypeum, in signa ferocitatis.

Ayuntamiento de Madrid

quo esset depictus Leo ad terrorem aliis incutiendum: quod quidem scutum in Olympiæ fano per aliquot tempora pependit, inscriptione etiam adiecta:

οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὃ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.

hoc est,

Terror hic est hominum, quique hunc gerit, est Agamemnon.

Leo, terrorum symbolum.

Leo quidem pro signo roboris & vigilantiæ apud Ægyptios habebatur: sic & ad terrificum hominem, qui reliquos aspectu fulmine consternaret, assumebatur, testis est Pierius in Leone. Plutarchus Aristide: Hanc iusti appellationem, inquit, regum & potentium nullus est prosecutus: ἀλλὰ πολιορκηταὶ καὶ πραυνοὶ, καὶ πορθητορες, ἔνιοι δὲ αἰετοὶ καὶ ἱέρακες ἔχαιρον προσαγορευόμενοι, τῶν ἀπὸ βίας, καὶ τῆς δυνάμεως, ἢ τέχνης, μᾶλλον ἢ τῶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς δέξιν ποιοῦντες: sed potius dicti sunt vrbium vastatores, fulmina, & tonitrores: alij etiam aquilæ & accipitres vocari maluerunt, ab ira & potentia, vt apparet, magis quàm ex virtute laudem & gloriam amplectentes.

Ayuntamiento de Madrid

In eos qui supra vires quicquam audent.

EMBLEMA. LVIII.

DVM dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cateráque arma tenet,
Alciden Pygmæa manus prosternere letho
Posse putat, vires non bene docta suas.
Excitus ut se, velut pulices, sic proterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

PIndarus Nem. 10.

Καλεπὰ δ' ἔρις ἀνδρῶσιν ἐμπλέειν κρείσσοσιν. id est, Difficilis pugna est fortioribus repugnare velle. quod mihi declarat in Vrania Herodotus:

Καὶ δύναμις ὑπὲρ ἀνδρῶπων ἢ βασιλέος ὀργὴ κοὐ μεμάτης.

Ayuntamiento de Madrid

Apologus hic admonet, nihil præter vires aggrediendum, nec vllum suscipiendum negotium, ad quod perficiendum vires non suppetant. Rectè Pindar. Pyth. β.

Χρὴ κατὰ αὑτὸν ἀεὶ πάντες ὁρᾶν μέτρον:

Oportet quisque sui modulum spectet. Sic Propertius:

Turpe est quòd nequeas capiti summittere pondus,
Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Et Cicero 1. Officior. Suum quisque noscat ingenium, acrémque se & vitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat, ne scenici plus quàm nos videantur habere prudentiæ: néue histrio videat in scena, quod non videat sapiens in vita. Sed, ni fallor, conuerti fabula in eos potest, qui licet tenuis fortunæ sint, aut ingenio non perinde valeant, audent tamen potentiores, vel etiam doctiores impetere, quo ex conflictu nihil reportaturi sint præter infamiam & detrimentum. Allusio est ad prouerb. Cùm sis nanus, cede. Quod intellexisse videtur Ammian. Marcelinus 22. lib. quò loci magnum Iuliani Imp. animum celebrat, & maledicorum in eo contemptum illud effert prouerbiali schemate, eóque eruto è Græco apologo quopiam: Fruſtrà, inquit, virum circumlatrabant, immobilem occultis iniuriis, vt Pygmæi, Thiodamas agrestis homo Lyndius cum Hercule. Quo innuit Iulianum nihilo magis commotum fuisse susurronum & blateronum aulicorum conuiciis, quàm Hercules ille μεγαλόσωμος καὶ μεγαλέψυχος rustici hominis contumelioſa insectatione, aut Pygmæorum insultibus exterritus fuerit. Meminit figmenti huius Politian. Epistola quadam, his quidem verbis: Vincere non magis te potui, quàm Herculem ridiculi apud Philostratum Pygmæi, quos ille omnes correptos leonis pelle inuoluit, &c. Meminit & Alciat. noster Commentar. De quinque pedum præscriptione. Hæc cùm scripsissem, commodè sese historia Pygmæorum obtulit, quam retulit Philostratus in suis Imaginibus, vnde perspicuè video Emblema hoc petitum esse.

Temerarij.

Sub picea.] Piceam, quintam cedri speciem esse docet Plinius cap. 10. lib. 16.

Alciden.] Herculem, vel Alcæo Amphitryonis & Perſei patre, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à robore & fortitudine dictum volunt.

Pygmæi.

Pygmæa manus.] Pumilionum aut nanorum multitudo. Vocantur à Philostrato οἰπήχεις παιδιά, q. d. cubitales pueri. Eustathius & diuus Augustin. de ciuit. Dei 16. cap. 8. Nanos aiunt Pygmæos

Pygmæos appellatos à πυγὼν, vel πυχὺς, quod cubitum significat. vel πυγὲς, breuis: itaque πυγμαῖοι quasi πηχυαῖοι. Hi homunciones extremas Ægypti partes inhabitant, agricolationi dediti, subinde cum gruibus bellum gerunt. Plin. libro 7. cap. 2. aliisque locis. Gellius lib. 9. cap. 4. Existimat tamen Cardanus De rer. variet. lib. 8. cap. 40. contra quorundam opinionem, qui fabulosos Pygmæos faciunt, reuera Pygmæos esse. Sed hæc ἀπροσδιονύσως.

Prosternere letho.] Suffocare, elidere, tollere de medio.

Vires non bene docta suas.] Phrasis Græca, pro non bene dimensis suis viribus, nulla ratione habita imbecillitatis suarum virium.

Et sæui implicitum, &c.] Partem eorum contriuit vt pulices, partem recluſit in sinu. Leonina autem pelle dicitur vsus pro thorace Hercules post occisum in sylua Nemea leonem truculentissimum, de quo postea.

Ayuntamiento de Madrid

EMBLEMA LIX.

Impossibile.

ABLVIS Aethiopem quid frustra? ah desine. noctis
Illustrare nigræ nemo potest tenebras.

Typus Emblematis.

EX Luciani Epigrammate transtulit. sic enim habet:

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας ἰνδικόν, ἰσχὺς τέχνης.
Οὐ δύνασαι δυσφερὲς νύκτα καθηλιάσαι.

Quod idem ab Erasmo sic est conuersum:

Abluis Aethiopem frustrà, quin desinis artem?
Haud vnquam efficies nox sit vt atra dies.

Id autem ex apologo quodã Æsopico manasse planum est: quo quidem significatur, ὅτι μένουσιν αἱ φύσεις ὡς πρώτην τὴν ἀρ-χὴν, naturas manere vt suum habuêre principium. Pindar. Olymp. 13. Ἄμαχον δὲ πρύμνας τὸ σύγγενες ἦθος: Difficile est occultare morem ingenitum. Idem Aristophanes Vespis: ἀπιστον καὶ κρύπτειν φύσεως ἢν ἔχῃ τις ἀεί: Tegere difficile est quã quis natu-

Mores vel animũ mutare difficile.

Ayuntamiento de Madrid

naturam habeat. Succurrit illud Ciceron. ad Q. fratrem: hoc nunc non contendo, quod fortasse cùm in omni natura, tum iam in nostra ætate difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subitò euellere. Quò referendum Diogenis apophthegma; qui cùm improbum quendam & proteruum castigaret, rogatus quid faceret: Æthiopem, inquit, abstergo, vt difficulter candidum reddam. Quod in genere de his omnibus intelligi potest, quæ nulla arte nullâque industria corrigi aut mutari queunt. Sed speciatim hoc torquebimus in ea quæ fucata sunt & simulata, vt gloriam inanem, non vitæ meritis sed precariò emptam, cuius omnia simulacra, vt sic dixerim, tanquam flosculi celeriter decidunt: quandoquidem simulatum quicquam non possit esse diuturnum, & ficta citò ad naturam redire suam. Vere Flaccus:

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Vel hoc traducemus ad mores indociles, & indomitam quamdam naturam, quæ nulla vi aut arte mitescere potest, vt sunt efferata quorumdam ingenia, à quibus non possunt auelli quæ rudibus annis primùm percepta sunt. Nam

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu, ———

Tametsi enim ad tempus desinere videatur in plerisque cacoëthes, multáque prohibeant ætas, metus, & magistri, cum tamen habitum delere, nedum tollere ferè non est qui possit. Ascribam huc Epigramma lepidum Anuli ex picta Poesi:

Indocile ingenium si pergas velle docere,
Infelix operam perdes: vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.
Qui cum quadrupedum in morem videatur equorum
Tollere posse caput, gressus glomerare superbos:
Hunc tamen aut frenis, aut si calcaribus vrges,
Auriculas demittit iniquæ mentis asellus
In terram, & pedibus posticis calcitrat. ergo
Desine: nam nunquam ars naturam vincet, equúsque
Nunquam ex degeneri fiet generosus asello,
Et nunquam ex stolido cordatus fiet in arte.

Abluis Æthiopem.] Huc pertinet prouerb. Æthiopem dealbare: & Æthiops non albescit. quò refert & illud Nazianzeni: παρδαλὶς οὐκ ἀποτίθεται τὰ κατάστικτα, οὐδ' αἰθὶὼψ τὸ μέλαν: hoc est, Pardus non deponit pellis maculas, neque nigrorē Æthiops. Si quid de Æthiopibus pluribus requiras, consule Plin. lib. 5. c. 8. & cap. 30. lib. 6. Æthiops non albescit.

Cuculi.

Ayuntamiento de Madrid

Cuculi.

EMBLEMA .LX.

RVRICOLAS agreſte genus plerique cucullos
Cur vocitent, quænam prodita cauſſa ſint?
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore vites
Qui non abſoluit, iure vocatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit vxor adulterio.

Cuculus quis verò.

ID nobis luculenter enarrauit Alciatus ipſemet lib. 7. Paterg. iuris, cap. 5. his verbis: Cuculum vocant, qui matrimonij ſui incurioſus ſit, quique vxorem ſuam mœchis permittat. Cucubitare verbum confinxerunt, quaſi cuculitare. Ego Cuculos peculiari

culiari cõuicio agricolas dictos apud veteres legi, qui negligẽtes, ſocordes, tardique eſſent, quòd non priùs putatas viter haberent, quàm cuculus canere cœpiſſet. Horatius:

——*Magna compellans voce cucullum.*

Græcè κόκκυξ à voce dicitur, vt appareat veteres Græcos ypſilõ per *u* eo more quo nos Latini facimus, pronũciaſſe. Recẽtiores Grammatici Cuculos dici hos homines putant à natura auis, quæ in alienum nidum, maximè Hypolaidis, quam ipſi Curucã vocant, oua ſua transfert. Sed hac ratione nõ cuculi, ſed curucæ dici debuiſſent; cùm nõ ipſe in alienum, ſed alij in ſuum nidum congerant: vnde & adulterium dictum, quaſi ad alterius torum. Hactenus Alciat. Ait itaque Cuculi nomen abuſiuè in eos eſſe traductum, quorum impudicæ ſunt vxores; cùm ij contrà cuculi potius vocari debeant, qui alienas vxores adulterant, ſpectato nimirum auis ingenio, quæ ſua in nidis alienis oua ponere ſoleat. Idem reperies Adagio Eraſmico, Cuculi. Vide Plin. 18. c 26. & Pierium lib. 25. Hieroglyph.

Scio etiã nomen Cuculi, alio accipi ſenſu, vt pro inepto homine, rerumque imperito, vt apud Lycophronem Aiax κόκκυξ appellatur, ſicuti Meleager Glauconis filius inſulſus cuculus, κόκκυξ ἀλιδί& apud Platonem Comicum.

Vere nouo cantat Coccyx.] Vnde & pro verni temporis ſymbolo ponitur Cuculus. Sic Hesiodus:

ἦμο& κόκκυξ κοκκύζῃ δρυὸς ἐν πετάλοισι:
Vt cantum audieris quem reddit ab ilice coccyx.

Quo tempore vites, &c.] Illud eſt quod Plinius ait, probro ſolere obiici vindemiatoribus, ſi cuculus eos deprehendiſſet vitem putantes, & Horat. 1. Sermon.

Tum Præneſtinus ſalſo multumque fluenti
Expreſſa regerit conuicia, durus
Vindemiator, & inuictus, cui ſæpè viator
Ceßiſſet, magna compellans voce cucullum.

Vos

Ayuntamiento de Madrid

Vespertilio.

EMBLEMA LXI.

ASSVMPSISSE suum volucri ex Mineide nomen,
Socraticum auctores Chærephoonta ferunt.
Fusca viro facies, & stridens vocula, tali
Hunc hominem potuit commaculare nota.

CHærephon Athenienſis, Socratis diſcipulus, tam pertinaciter libris incubuiſſe fertur, vt lucubrationibus nocturnis extenuatus, maximum pallorem maciemque contraxerit, vt vulgari ioco Noctua, vel, vt aliis placet, Veſpertilio ſit vocitatus. Apud Ariſtophanem, in macilentum & pallore confectum peritur dicterium prouerbiale, ὀδὺν δυοῖν χαιρεφῶντες τὴν ψυχήν, nihil natura differs à Chærphonte. Philoſtratus in præfat. vit.

Chærepho Noctua dictus.

Ayuntamiento de Madrid

vit. Sophistarum, duos fuisse eius nominis tradit, quorum alter Buxeus est cognominatus (vt πυξίνος Græci nominãt, qui sunt lurida cute, & texturæ rarioris) quòd admodum pallidus esset. Ille enim lucubratione nimia sanguine laborabat: is que est, qui cognomen habuit Noctuæ. Alter iniurius quidam homo fuit, impudentissiméque momordit, qui etiam Gorgiæ studiũ taxare ausus sit. At quantum coniicere est, id non torquetur in pallorem qui ex studiis contrahitur, sed in labes quasdam corporis, quæ animi vitia produnt. Qui enim oculos habent ægros, assiduisque lucubrationibus propè iam perditos, non ideò ludibrio sunt habendi; sed potius qui vespertilionis æmulati naturam, videtur aliquo modo tum vocem, tum vultum humanum exuisse in eo, quòd in luce hominum versati refugiũt. Ex quorundam qui non extant commentariis Ælian. refert in 9. Variæ hist. Philetam quendam Coũm fuisse adeò macilentum, vt occasione etiam leuissima subuerti posset: qui ne à ventis tolleretur, ferreis soleis vtebatur. Id tamen figmẽto similius esse quis non videt ad iocandum?

Volucri ex Mineide.] Id est, vespertilione. Mineides Thebanæ sorores cùm Liberi patris sacrificia in contemptum raperent, Mineruæ lanificio addictæ, ex improuiso, quadam vi numinis, vocibus tibiarum & tympanorum sono perterritæ, telis instrumẽtisque suis in vites ac hederam repentè commutatis, omníque loco feris repleto, noctu fugientes, in vespertiliones transformatæ sunt. Ouid. 4 Metamorph. Hinc volucrem Mineidem pro vespertilione dixit Alciatus. Mineides.

Fusca viro facies.] Eius quidem rei causſam referre non temerè possumus ad lucernarum fuliginem, qua lucubrantes inficiuntur. Quintilian. vndecimi cap. 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda.

Aliud

Ayuntamiento de Madrid

Aliud.

EMBLEMA LXII.

VESPERE quæ tantùm volitat, quæ lumine lusca est,
Quæ cùm alas gestet, cætera muris habet,
Ad res diuersas trahitur: mala nomina primùm
Signat, quæ latitant, iudiciumque timent.
Inde & Philosophos, qui dum cælestia quærunt,
Caligant oculis, falsáque sola vident.
Tandem & versutos, cùm clam sectentur vtrumque,
Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

QVanquam vespertilionis nomen ad multa traduci possit, speciatim tamen triplici hominum generi accommodat Alciatus. Primò vespertiliones ij appellantur, qui ob malam famam, vel aliquam capitis diminutionem, domi se continent, neque in medium prodire audent: hi quidem lucifugæ à Seneca & Apuleio appellati: vel qui grauati ære alieno noctu tantùm prodeunt, ne à creditoribus offendantur, & in ius quoquo modo vocentur. Deinde conuertitur id nominis in quosdã, rigidos Philosophiæ satellites, qui omninò cæcutiunt, dum ea quæ sunt abstrusa prorsus atque abdita, scrutantur, ac rerum cælestium naturam conquirunt, quę à nobis longè remotę, neque oculis intueri, neque tãgi manu, neque percipi sensibus possint: & tamen sic de his disputare ausi sunt, vt quæ asseruerunt, probata certaque videri velint. At profectò longè secus habendum nobis est. Illi enim dum contradicendi studio insaniunt, dum etiam quæ falsa proferũt, arctè & accuratè defendũt, aliorumque argumenta, quanquam vera, refutant audaciùs, nõ tantùm illis elapsa veritas est, quam se querere simulant, sed & ipsa ei potissimùm suo vitio perdunt. Socrates cùm esset omnium Philosophorum vel Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, tamen vt cæterorum argueret ignorantiam, dicebat se duntaxat hoc vnum scire, quòd nihil sciret. Videbat enim oculatissimus ille veritatis indagator, Philosophiam illam humanam nihil in se habere certi, nihil veri, nec (vt plerique censent) doctrinam ipsam dissimulauit, vt alios refelleret, sed quadã ex parte veritatem nouit: humanam enim sapientiam nullam esse fassus est, adeoque quam Philosophi scientiam profitebantur, quæ tum maximè vetsabatur in siderum inspectione, contempsit, derisit,

Mala nomina

Philosophi cæci.

abiecit.

Ayuntamiento de Madrid

abiecit. Tertiò & postremò nomen hoc traducitur in callidos & versipelles ancipitis fidei homines, qui nec hui⁹ ordinis sunt nec illius, cum vtroque tamen colludunt, & plerumque tanta dexteritate res agunt suas, vt cum vtraque parte communicādi ius habere videantur, & vtramque (vbi collibuerit) conuiciis proscindere & ridere: cúmque aliud temporis exiget occasio, eandem probabunt & extollent. Genus hominum certè vt versatile & infidum, sic detestandum maximè & execrandū. Quid enim cum illis agas, qui neque fidem neque mentem habent sibi constantem? Non dubium est, quin alios, cum quibus versantur, fallant, cùm sese ipsi priùs fefellerint. Si enim veritatis essent aliqua tandem parte studiosi, darent operam profectò, vt societatem cum melioribus & sapientibus inirent, iisque adhærerent, contrarios verò fugerent, & seriò, non perfunctoriè aut oscitanter, & quasi aliud agentes aduersarentur. Sed quid lucri, aut præmij denique? nimirùm quòd mendaces atque impostores, quibus non credatur, etiāsi vera dixerint: sed & illud adiicitur, quòd vtrique patri suspecti & odiosi apud omnes turpissima infamiæ labe asperguntur. Vtrinque enim proditorum habentur loco, quibusque neutra pars ex animo fauere possit, quo fit, vt qui factionis vtriusque sibi contrariæ conuictores & asseclæ voluerint haberi, non rarò ab vtraque conficiantur & atterantur, vt Metius Suffetius Albanorum dux, ancipitis & dubiæ fidei homo, ruptor Albani, Romanique fœderis; cuius alio loco memini: vt fuerunt in bello Italico Senenses: in quo cùm se medios gererent in neutram partium inclinatos, sedato tādem bello à diuisis militibus confossi sunt, vnde festiuè dixit quidā magni nominis Princeps, Senensibus idem accidisse, quod iis solet, qui mediam domus partem incolunt, vt fumo ab inferioribus, puluere autem & strepitu vexentur ab iis qui supernas partes teneant. Sapienter itaque à Solone sancitum est, vt qui in ciuili discordia & populi discessione duas in partes, non vni aut alteri se adiunxisset, sed solitarius, neutérque à communi malo ciuitatis secessisset, is domo, patria, fortunisque omnibus priuaretur, & exul extorrisque esset; quod non inflammandæ aut augēdæ discordiæ, sed compescendæ potius, aut etiam extinguendæ gratia decretū est. Idem Phauorinus Philosophus inter fratres & amicos dissidentes faciendum esse censebat, vt qui essent in medio partis vtriusque beneuoli, si in concordia amittenda parum auctoritatis quasi amici ambigui habuissent, tum alter in alteram partem discederet, vt hac via concordiam vtriusque in-

Versipelles.

Solonis lex.

Ayuntamiento de Madrid

ſtaurarent. Eo conſilio Cicero actionibus in Catilinam, vult frõte, nedum in animo inſcriptum eſſe quibuſcunque ciuib vt omnes apertè fateantur quid de bello tam nefario & pe culoſo ſentiant. Sed ad alia feſtinandum, ſi prius monuero, H ſychium dixiſſe, veſpertilionem impurum hominem, quique ambiguo ponat ea quæ fidei ſunt, repræſentare, vt ſunt qui o nibus etiam diſſimillimis ſectis adhærent, quibus non ini ἀπὸ τῆ μαραίνεσθαι inditum nomen eſt. Pierius lib. 2. Sed peri ipſius Alciati caput integrum 16. lib. 9. Parerg. qui locus eg giè tibi Emblema declarat.

Veſpere quæ tantùm volitat, &c.] Veſpertilio, voluere biſo animal, à veſpere nomen trahens, quòd veſperi volitet, de Plin. c. 61. lib. 10. & cap. 37. lib. 11. Legi alicubi tetraſtichon naturam veſpertilionis exprimens:

Vt quadrupes & auis volitat, diſcurrit, & inter
Quadrupedes non eſt nec numerandus aues:
Lacte ſuos nutrit pullos, & non parit ouum:
Sunt alæ, dentes, labra, pedeſq; duo.

Aduerte autem illud (*Veſpere quæ tantùm volitat*) referri ad genus hominum quos attigimus, eorum nempè qui in ſunt, & iudicium formidant.

Quæ lumine luſca eſt.] Membrum hoc refertur ad calig Philoſophos.

Quæ cum alas.] Hæc pars ad poſteriores reſpicit, nemp ſuros & infidos, qui de ſe poſſunt quod eſt apud Varron. thone, profiteri;

Quid multa? factus ſum veſpertilio, neque
In muribus planè, neque in volucribus ſum.

Caligant oculi.] Caliginem inducunt, obſcurant,

Ira.

EMBLEMA LXIII.

Alcæam veteres caudam dixere leonis,
Qua ſtimulante iras concipit ille graues.
Lutea cùm ſurgit bilis, crudeſcit & aëro
Felle dolor, furias excitat indomitas.

ID è ſcholiaſte Apollonij Rhodij ad libr. 4. ἀλκαίην λέγεται λεοντος ἡ τὴ λάινται ὀυρὰ, ἀπὸ τῆς εἰς ἀλκὴν τρεπούσης. Alcæa dicitur præcipuè leonis cauda, qua nimirum ad robur & fortitudinem excitatur. Impotentem & indomitum furorem ſignificantes Ægyptij, leonem catulos cauda flagellantem pingebant: leonem quidem ob iram, catulos verò cæſos, quoniam eorum oſſa inter ſe colliſa ignem videntur emittere. Plinius 8. libr. leonis irati ſigna colligens, ait: Leonum animi index

Leo cauda catulos verberans quid.

Ayuntamiento de Madrid

cauda, sicut & equorum aures. Immota ergo, placidus, clemen
blandientiq́ue similis, quod rarum est: crebrior enim iracund
eius. In principio terra verberatur, incremento terga, ceu quo
dam incitamento, flagellantur, &c. ex quibus colligere est fac
lè, quantus sit leonis concitati furor. Admonemur itaque i
Ira cohibenda. imperum cohibendum esse, omnésque occasiones deuitand
quòd ea perturbatio sic hominem extra se deiiciat, vt in bell
ferociſſimam quasi transformet. M. Tullius 1. De officiis: Lis
ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqu
aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quoru
omnium vultus, voces, motus, statúsque mutantur. Quid ta
dem? Ælianus 5. hist. animal. c. 39. idem quod Plinius: déque
cæa cauda videtur idem penè quod Alciatus efferre lib. 13. c
14. eiusdem animal. hist. Sic ad finem sui clypei Hesiodus:

Δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι, λέων ὡς σώματι πύρσας,
Ὅς τε μάλ' ἐν δυκέως, βίνὸν κρατερῇσι νύχεσσι
Σχίσας, ἠὲ τάχιστα πιλίφρονα θυμὸν ἀπούρας,
Εμμεμαὼς ἀρα τε γε κελαινὸν πίμπλατο ἦτορ.

id est, *Sæuum videns oculis, vt quando nactus leo corpus,*
Quique alacriter admodum vnguibus sæuis pelle
Dissecta, quam citissimè lenem animum absstulit:
Alacriter adhæc furibundum cor explet.

Sed huc propiùs accedit Lucani pulchra descriptio è lib. 1. q
loco Cæsarem cum leone furibundo comparat:

Æstiferæ Libyes viso leo comminus hoste,
Subsedit dubius, totam dum colligit iram.
Mox vbi se sæuæ stimulauit verbere caudæ,
Erexitq́; iubas, vasto & grauc murmur hiatu
Infremuit, dum torta leuis si lancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

Exemplo est Alexander Macedo, totius penè Orientis victo
Ira percitus Alexander amicũ interfecit. qui subita quadam ira correptus, Clytum nutricis suæ filium (
quo fuerat ad Granicum amnem seruatus) interfecit; quemq
prouinciæ præfecerat, conuiuio admouerat, multisq́ue honor
bus, vt amicissimum, donauerat, impetu nescio quo inflamm
tus ferro traiecit. At paulò pòst cùm ad se rediisset, ereptum te
lum ex Clyti vulnere in seipsum doloris impatientia vertebat
nisi suorum manibus fuisset prohibitus. Itaque summè nobi
elaborandum est in ira domanda, vel saltem sic compescenda
continenda, ne nobis possit vllum adferre nocumentum: han
enim

Ayuntamiento de Madrid

ênim qui vicerit, hostem se vicisse omnium maximum & pernicioſissimum dicere non iniuria potest. Euolue totum Plutarchi librum De ira cohibenda,& Val.Max.9.c.3.

Alcæam veteres caudam,&c.] Testis est Pierius Hieroglyph. lib.1.Leonis caudam ab eruditissimis Alcæam, ἀπὸ τῆ δι αὐτῆς εἰς ἀλκὴν τρεπεσθαι; quòd eius incitamento ad fortitudinẽ exercitetur,vt dixi iam. Alcæa.

Lutea cùm surgit bilis.] Bilis Græcè χολὴ, omnis humor est in nobis calidus siccus. Duplex primùm statuitur, naturalis vna, quæ simplici nomine bilis appellatur, estque vtilis ad alendum corpus: Alia verò est quæ recedit à naturæ mediocritate,additoq; nomine vitium designante solet appellari,estque in multiplici differẽtia: alia enim rubra,alia glastea,alia nigra,flaua alia, liquida,aquosa,fusca,&c. puto hic intelligi glasteam, quæ ἰσατώδης glastum colore cæsio refert, eam medici faciunt acerrimam,calidissimam, mordaciſſimam, quæque extremam inter bilis genera malignitatem obtineat, in ventriculo & circa ipsum gignitur à calore vehementissimo.Præter Galeni commẽtarios ea de re plura perdoctè disputat Fernellius De functionibus & humoribus lib.2.c.3.& 9.

Crudescit.]Crudus fit,commouetur,excitatur.

Atro felle.]Fel,iræ folliculus, quæ hominem pro sui conditione commutare solet.

Q 3

Ayuntamiento de Madrid

In eum qui sibi ipsi damnum apparat.

Emblema lxiiii.

Capra *lupum non sponte meo nunc vbere lacto,*
Quod malè pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post vberà pascet:
Improbitas nullo flectitur obsequio.

Id ex incerti auctoris Epigrammate Græco transtulit, quod est eiusmodi:

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα.
Ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμὴν ἀφροσύνη.
Αὐξηθείς δ' ὑπ' ἐμοῦ, καθ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται.
Ἡ χάρις ἀλλάξαι τῶν φύσιν ἰ δύναται.

Id est, *Capra lupum lacto mammis inuita, sed illud*
Pastoris cogit mens malè cauta mei.

Nutrit

Nutritus per me, tandem fera sæuiet in me.
Vertere naturam gratia nulla potest.

Videtur confictum hoc Epigramma ex Theocrito, apud quem eiusdem est argumenti apologus. Id torquetur in ingratos, eósque potissimum qui perniciem iis adferunt de quibus bene meriti sunt: quo genere hominum nihil peius aut deterius educere vel gignere terra potest: tantúmque id flagitium atrocitatis habet & probri, vt omnia conuitia, ingratitudinis solo nomine contineri dicantur. Quid verò execrabilius esse potest, quàm iis vitam adimere, aut etiam quodam torquere pacto, qui nobis viuendi causas suggessere, dederúntque operam, vt quod sumus, essemus? C. Toranius ingratissimus filius trium virûm partes secutus proscripti patris sui prætorij & ornati viri latebras, ætatem, notásque corporis quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex tamen pater de filij vita magis, quã de sua solicitus, petiit an incolumis filius esset, & an imperatoribus satisfaceret. At ipse est qui te nobis prodidit, inquit vnus è militibus: continuóque pectus eius gladio traiecit. Indigna quidem mors, sed auctore cædis miserior. Idem penè de Villio Annali narratur, qui cùm proscriptus ad clientẽ suum confugisset, sceleratus filius militibus occidendum patrem, se præsente obiecit, bis parricida, vt qui consilio priùs, deinde spectaculo tam crudeli & impio ei vitam ademerit à quo vitam acceperat. Missos facio alios quosdam, qui nobis interdum occurrunt in historicorum monumentis, ne nimiùm hîc hæream; tantùm adiicio quod scribunt auctores grauissimi, ingratitudinem sceleris atrocissimi loco esse positam, adeò vt tanto crimine non sit vlla pæna legibus constituta: quod, sicuti sapienter arbitrantur, maius sit quàm vt ab hominibus vindicari possit, ideóque ad vltionem diuinam remitti. Tamen legere est apud Xenophontem, in Persarum moribus & statutis hoc esse positum, vt maximè ingratitudinis notam insectentur. Quem enim cognouerint posse gratiam referre, nec refert, in hunc seueriſſimè animaduertunt: quippè qui arbitrentur eos qui sunt ingrati, & Deos negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem verò, ait, potissimùm impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Sanè vt hoc quasi per transennam adiiciam, pulcherrimas ingenij sui penè diuini dotes multum obscurauit Aristoteles, μελαν dictus ab Athenæo, quòd animo in præceptorem Platonem fuerit ingrato; quanquam tamen alicubi dissimulet

Ingrati.

Ingratitudo sum-mum virtium.

Ayuntamiento de Madrid

in ſuis diſputationibus: ex quibus oculati homines facilè conijciunt, quid animi habuerit ille in doctorem, cui debebat omnia lubens referre accepta. Confer huc, ſi vacat, pulcherrimum Socratis monitum ad filium Lamproclem, matri Xantippæ contumelioſum, ex 2. ἀπομνημον. Xenophontis. & quædam Æliani De varia hiſtoria exempla, ex lib. 3. cap. vlt. De iis qui ab ingrata patria malè plexi ſunt, & iniuſtè damnati. Nihil enim video aptius huìc loco illuſtrando.

Iubet.] Permittit, ſinit: Græcum habet ἀναγκάζει cogit.

Improbitas nullo, &c.] Idem ſonat penè Publianus ille mimus:

Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur.

Quò refert Adag. Lupus pilum, non animum mutat: &, Celebrum in ſinu fouere: &, Aries nutricationis mercedem perſoluit. Sed mihi multa legenti occurrit oportunè illud Theocriti Eidyll. τρέψαι καὶ λυκιδᾶς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι. ale lupi & fœtus lupi, ale canes, vt te abſumant. ſic autem Scholiaſtes ἐκ τρέψειεν αὔτις καὶ λύκων ἐκγόνους καὶ κύνας, ἐπὶ τῇ λύμῃ τῇ αὐτοῦ· ὡς κἀγὼ τοῦτον ἐδίδαξα ἐπὶ ἀχαριστίᾳ ὅτι δι τοῦτο Σωκράτους, καὶ ποιῶν οὐ τρέψαι κύνας.

Facu

Fatuitas.

EMBLEMA LXV.

MIRARIS noſtro quòd carmine diceris Otus,
Sit vetus à proauis cùm tibi nomen Otho.
Aurita eſt, ſimiles & habet ceu noctua plumas.
Saltantémque auceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos captu & faciles, nos dicimus otos:
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

HOc dictum eſt in quempiam temerarium, gloriabundum, & plus quàm par eſt, auitæ nobilitatis iactatorem, quem Othonem appellat, ab Otide aue fatua & geſticulatrice, captúque facili, quam Ariſtoteles noctuæ ſimilem, & circa aures alarum quandam ſimilitudinem habere tradit. Prouerbialiter enim ὦτοι dicuntur, qui in re qualibet facilè decipiun- Otho ab Otide. ὦτοι qui.

Ayuntamiento de Madrid

tur, ac illi maximè, qui verbis sese protelari facilimè sinunt, cuilibet sine delectu & prudentia dextram, quod aiunt, iniicientes, vt ex Eustathio Homeri scholiaste didicimus. Otos dici gloriæ vanitatem affectantes, id est κενοδόξους, quidam eruditi homines adnotarunt. Vide prouerb. Aues quæris.

Otis auis.

Aurita est similes, &c.] Plin. lib. 10. cap. 23. Otis bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminẽtibus, vnde & nomen illi, quidam Latinè Asionem vocant: imitatrix aliàs auis & parasita, & quodam genere saltatrix. capitur haud difficulter, vt noctuæ, intenta in aliquo circumeunte alto. Idem ferè Athen. Dipnosoph. 9. cap. 14.

Mancipare.

Mancipat.] Manu capit, propriam efficit, & vsu capit. Horat. 2. Epistol.

Quædam (si credis consultis) mancipat vsus.

Hoc tibi conueniens.] Quasi diceret: Tu te Otum iactas, vt qui originem trahas ab Othone Imperatore magno, cùm ingenio sis ad vanitatem composito, ad aucupãdam gloriolam pronus: ego vero te Otum ab Otide aue dixerim, quòd vti ea gesticulabunda & ad suas laudes assultans facilè capitur, sic tu inepta & glorioſulus conueniens tuis nomen moribus indutũ habes.

Obliuio

Ayuntamiento de Madrid

Obliuio paupertatis parens.

EMBLEMA LXVI.

CVM lupus esuriens mandit ceruarius escam,
Præque fame captum deuorat hinuleum,
Respiciat si fortè aliò, vel lumina vertat,
Præsentem oblitus quem tenet ore cibum,
Quæritat incertam (tanta est obliuio) prædam,
Qui sua neglexit, stultè aliena petit,

EA est Lupi ceruarij natura, vt quamuis post longa ieiunia repertas ægrè carnes mandere cœperit, vbi quid casu respexerit, obliuiscatur, & copiæ præsentis immemor, aliud quærat, testib. Plin. lib. 8. c. 22. & Solino Polyhist. c. 18. Idem contingit Lupus ceruarius.

Ayuntamiento de Madrid

tingit ambitiosis & auaris,qui spe honoris amplioris,aut commodi,in quo sit vberior quæstus,neglecta præsenti sorte venãtur aliam.Fit tamen sæpenumerò, vt vtraque frustrentur. Hinc Sophocles in Thyeste:

——τῶν ἀμηχάνων δ' ἔρως
πολλὰς ἔθηκε τῶ παρόντος ἀμπλακεῖν.

Pyrrhus Epirota. Id quidem exemplis quàm plurimis confirmari posset:sed vnũ duntaxat ex Iustino subiiciam. Pyrrhus in amplissimo imperij fastigio collocatus,iam nec eo contentus,Græciæ,Asiæque regna meditabatur: neque illi maior ex imperio quàm ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, quà tulisset impetum, sustinere valuit.Sed vt ad regna deuincẽda inuictus habebatur ita victis acquisitisque celeriter carebat, tãto meliùs studebat acquirere imperia quàm retinere: quam ob caussam collatus est ab Antigono,lusori imperito,qui cùm multa & feliciter iaciat,iis tamen vtendi modum negligat,Plutarch.teste.Fruendũ est itaque rebus præsentibus, & rectè agendo speranda meliora. Est enim animi valde pusilli & anguśti, inopiam metuere plus quàm par est. ideoque iis quæ adsunt, non frui, & alienis anxiùs inhiare,magnæ stoliditãtis argumentum. Ferè enim fit, vt iuxta prouerb. Duos insequens lepores neutrum capiat:cuique illud conueniat:

δυοῖν ἐπιθυμήσας θάτερον ἔτυχες,
Ambo concupiscens neutrum assecutus es.

Procopij locus. Ascribam locum è Procopij 2. De bello Gothico: refert enim Bellisarium initio belli scripsisse ad Theudebertum Francorum Regem(qui cum eo manus conseruit:) Satius est securè sua vt quisque possideat, quàm dum aliena nimium appetit, de suis rebus periclitetur.Huic bellè cõuenit quod Seneca refert epist. 73. Solebat Attalus hãc imagine vti: Vidisti aliquando canem à domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem nobis euenit: quicquid expectantibus fortuna proiicit,id sine vlla voluptate dimittimus, statim ad alterius rapinam erecti & attenti. Hoc sapienti non euenit: plenus est etiam, si quid euenit,securè excipit.Huc refert Adag. Præsentẽ mulge,quid fugientem insequeris?Multæ sunt affines huic sententiæ, vt apud Hesiodum:

νήπιε, σὺ τὰ ἐτοῖμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκεις.

Sallustius in Catilinario, quo loco verba facit de legatis Allobrogũ,pertractis ad societatẽ nefarij belli, de euentu tamẽ anxiè

xiè dubitantibus: in incerto habuere, quidnã consilij caperent. In altera parte erat æs alienum, studium belli magna merces in spe victoriæ: in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe, certa præmia. Sed & Pseudolus seruus apud Plautum sic secum loquitur: Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc euenit in labore, atq; in dolore, vt mors obrepat interim.

Qui sua neglexit, &c.] Non videtur incommodum, si apponam lepidum & facile T. Mori tetrastichon huic Emblemati conuenientissimum:

Os canis implet anas: alium capturus hiabat,
Non capit, at quem iam ceperat, ore fugit.
Sic miser in terra, dum rem captas alienam,
Sæpius & meritò perdis, auare, tuam.

Super

Ayuntamiento de Madrid

Superbia.

EMBLEMA LXVII.

EN ſtatuæ ſtatua, & ductum de marmore marmor,
Se conferre Deis auſa procax Niobe.
Eſt vitium muliebre ſuperbia, & arguit oris
Duritiem, ac ſenſus, qualis ineſt lapidi.

FIgmentum hoc Niobes ob inſolentem iactantiam in ſaxum rigens transformatæ, arguit potentiorum quarundam mulierum ſuperbiam, elationémque immodicam, qua occæcatæ ne ipſis quidem ſuperbis ſubeſſe ſe putant: quo fit, vt ſuæ mortalitatis immemores, in deteſtandam ἀναίσθησιν incidant. Hoc ergo verborum inuolucro mouentur, ne ſeſe altiùs efferant, & plus quàm oporteat, apud alios intumeſcant, aut etiam plus ſibi tribuant, quàm par eſt. Præterea de numine

Nubet fabula.

Ayuntamiento de Madrid

bene sentiendum esse, tacitè videtur innuere: quandoquidem non erratur periculosiùs, neque scelestiùs quàm in numinis cõtemptu. Pindar. Olympy. ϑ. ἐπεὶ τίγε λοιδορῆσαι ϑεὸς ἐχθρὰ σοφία, καὶ τὸ μωχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὁμοκρίνει. nam Diis conuinciari, inquit, odiosa sapientia est, & intempestiuè gloriari, idè est atque insanire. Preclarè monitor ille apud Virgilium.

Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.

Quò non inconcinnè referam Baptistæ Gyraldi elegiacam prosopopœiam in Niobes tumulum:

Este procul læti, cernant mea funera tristes:
Non similis toto mœror in orbe fuit.
Bis septem natos peperi bis pignora septem:
Me miseram! Diuûm sustulit ira mihi.
Dirigui demum lachrymis, & marmora manant.
Sic mihi mors dolor est, sic mihi vita, dolor.
Discite: mortales, quid sit turgescere fastu,
Et quid sit magnos post habuisse Deos.

Propter ἀλαζονείαν itaque καὶ μεγαλησορίαν magnificos luit impia flatus Tantalis, vt Statius cecinit Thebaid. 3. Huc congeram insignem Pindari locum ex Olym. 9. quo sub Cadmi persona monet vnumquemque, vt exemplo Penthei filij, piè & reuerenter de Diis sentire discat.

Εἰδ' ἔστιν ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ,
Εἰς τὸ δ' ἀθρήσας θάνατον ἡγείσθω θεός.
Τὸ σωφρονεῖν δὲ, καὶ σιβεῖν τὰ τῶν θεῶν
Κάλλιστον οἶμαί γ' αὐτὸ, καὶ σοφώτατον
Θνητοῖσιν ἔστι χρῆμα, τοῖσι χρωμένοις. id est,

Si quis sit qui Deos contemnat, ad huius (nempè Penthei) mortem respiciens, secum animo reputet esse Deos. At verò temperantem esse, & numen diuinum colere, censeo rem esse omnium pulcherrimam, & sapientissimam hominibus, qui huic sese implicant.

En statuæ statua, &c.] Hoc imitatus ex senariis his ex 3. Epigram.

Ο τύμβ' οὗτ' ἔνδον οὐκ ἔχῃ νικὴν,
Ο νικὴς οὗτ' ἐκτὸς οὐκ ἔχῃ τάφον,
Αλλ' αὐτὸς αὐτῷ νικὴς ἐγὶ καὶ τάφος.

id est, *Hoc in sepulchro mortuus non conditur.*
Hoc est cadauer, & sepulchrum non habens,
Sed est idem cadauer & sepulchrum sibi.

Illud simile tit. εἰς ἡρωίδας lib. 4.

ἐν

Ayuntamiento de Madrid

ἐκ ζωὸς μιθεὶς τὸν ξέχω λίθον ἐκ δελίδοιο.
ζωὸν τραξιτέλης ἐμπαλιν ἀργάσατο.

Cæterùm id variè accipi figmentum reperio, vt cùm torquetur in præfractæ ceruicis hominem, ſtupidum, eumque qui ſit vel animo vel corpore immotus. Ad id facit quod citatur ex Lucilio, poëta Græco, de quodam ſaltatore, qui ſe mouere non poſſet, ἐρχυτὴς νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον. Orcheſtes ſpirans archetypum Niobes.

Niobe. *Se conferre Deis, &c.*] Niobe cùm liberorum numero eſſet elata, Latonam contempſit, ipſique ſe præferre nō erubuit, quòd ea non niſi duorum, Apollinis & Dianæ mater eſſet. Itaque indignata Dea, Apollinis & Dianæ ſagittis liberos eius omnes curauit interficiendos, ipſamque Nioben ſibi cōuiciantem turbine rapuit iuxta Sipylum montem, & in ſaxum transformauit. Ouid. 6. Metamorph. Rei veritatem, ſi vacat, ex Palæphati libr. 1. & Pauſan. in Arcadic. exquire.

Vitium multebre ſuperbia.] Sic Salluſt. in Iugurthino dicit ſuperbiam commune nobilitatis malum.

Ea eſt ἀναισθησία & ſenſuum vacuitas. *Arguit oris Duritiem, ac ſenſus, &c.* Lapis in Hieroglyphic. hominē ſenſus expertem ſignificat: vt pro ſtupido & alienatæ mētis homine vſurpari certum eſt: vnde illud Comici, Quid ſtas lapis? & primos illos homines rudes & impolitos, nullaque diſciplinarum cognitione cicuratos, ſaxeos appellarunt. Hinc enim Maronis illud: —*Quo tempore primum*
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus.

Theocritus in Eidylliis Milonē ruſticū impolitū planéque rudē appellat fragmē duræ rupis, id eſt πέτρας ἀπόνομμα ἀτιράμονα. Lactantius lib. 1. c. 20. loquens de termino, qui in Capitolio locabatur: Quid de his dicam qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimùm lapides, ac ſtipites eſſe? Ouid. 5. Metamorph.

—— *Ad auditas ſtupuit ceu ſaxea voces,*
Attonitæque diu ſimilis fuit.——

Idem 13. Metam. —— *Duroque ſimillima ſaxo*
Torpet. — Et in Ariad.
——*in ſaxo frigida ſedi,*
Quamque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.

Quo ſenſu dixerat ante Ouidium Catullus de nuptiis Pelei, Ariadnen ſaxea effigie fuiſſe, vt vim doloris exprimere nō poſſet, neque in vllam vocē erumpere, cùm vidit ſe à Theſeo in litore Naxus inſulæ relictam.

Tibul

Ayuntamiento de Madrid

Tibullus lib.2.Eleg.4.

O ego, ne possim tales sentire dolores,
Quàm mallem in gelidis montibus esse lapis!
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vasti tunderet ora maris.

Ouidius De Ponto:

Felicem Nioben, quamuis crudelia passam,
Quæ posuit sensum saxea facta malis.

1.de Ponto, Eleg.2.

Fine carent lachrymæ, nisi cùm stupor obstitit illis;
Et similis morti pectora torpor habet.

Et deinde:

Ille ego sum frustrà qui lapis esse velim.

Sic impossibilitate ipsa mutata in lapidē Psyche, quamuis præsenti corpore sensibus tamen aberrat. Apul.6.De Asin.aur. quod autem modò dicebam lapidem pro stupido vsurpari hieroglyphicè, id ostento planum est quod animum perculit Superbi Tarquinij, cùm à columna lignea repentè lapsus anguis omnes in fugam vertisset, omninò hoc viso consternatis. Nam portendebat is serpens nouum & inexpectatum principem de columna lignea, hoc est stupore, quem diu simularat, proditurum.

R

BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid

Impudentia.

EMBLEMA LXVIII.

Pube tenus mulier, succincta latrantibus infra
Monstrorum catulis Scylla biformis erat.
Monstra putantur auaritiæ, audacia, raptus:
At Scylla est, nullus cui sit in ore pudor.

SCyllam Phorei filiam Glauci amore captam, Circe quòd eundem deperiret, sic affecit, vt fontem, in quo Nympha se lauare consueuerat, veneficiis & magicis herbis infecerit, cuius rei nescia Scylla fontem de more ingressa, inferiores corporis sui partes in caninos rictus vidit esse commutatos: quam tanta deformitatem horrēs, in mare se præcipitem dedit, & in saxum mutata. Poëtis argumentum fabulæ præbuit. Homerus Odyss. μ. Ouid. 14. Metamor. Iustinus in Trogum 4. fabulæ de Scylla & Charybdi materiam Poëtis suggestam ait ob fretum quod in Sicilia citato sæuoque impetu fertur, in quo vndarum inter se concur-

Scylla in monstrum marinum mutata.

Locus Iustini de Scylla.

Ayuntamiento de Madrid

concurrentium tanta pugna sit, vt aliàs veluti terga dãtes vorticibus in imum desidere, aliàs quasi victrices in sublime ferri videas: nunc hîc fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitus in voragine desidentis audias. Accedit perpetuum Ætnæ montis incendium: hinc latratus auditos: hinc monstri credita simulacra, dum nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant vndas, quas sorbẽtis æstus vorago collidit. Scyllam fuisse nauem triremem Palęphatus tradit. Sallustius saxum putat esse in mari prominens, quod procul visentibus muliebrem formam repræsentet, in quod illi fluctus, quoniam & luporum eiulatum, & canum latratum videntur imitari, finxerunt illam pube tenus feris huiusmodi succinctam esse. Alciatus id appositè transtulit ad impudentiam, quæ tribus potissimum vitiis rabidissimis comes esse soleat, auaritiæ, siue rapinæ, audaciæ, inuidiæ, quæ sub eleganti aut viri aut mulieris forma plerumque latitant. Quid enim non audeat impudens, qui nihil non sibi permittit, turpe putat nil? Heraclides Ponticus ait ab Homero per Scyllam significari omnis generis impudentiam, quæ nõ ab re canibus cingatur, rictibus, audacia, rapina & auaritia refertis. Locum Græcum apponam, ex quo Alciatum puto suum Emblema duxisse: σκύλλαν τε τὴν πολύμορφον κυνοῤῥάφαν ἡλιογέρνας διὸ δὴ νύκτας οὐκ ἀλέγως ὑπαίθωσι, πρωτομαῖς ἁρπαγῇσι, καὶ μυρίῃ ἡδονῇ πλουτίζειν πεφροντικέναι.

Sallustij locus.

Emblematis typus.

Pube tenus mulier, &c.] Duobus in locis Virgilium imitatus est: sic enim, —— *Pulchro pectore virgo*

Pube tenus. —— Et alio loco,

Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris, &c.

Ex quo loco aduertes duas fuisse Scyllas, quas plerũque Poëtæ confundunt, vt 6. Fast. Ouid. Lege Nanniũ Miscellan. lib. 6. & Iac. Iacob. Bononiensem, Annotationib. quas pauculas scripsit in Virgil. & eundem Virgil. in opusc. cui Citis nomen.

Duæ Scyllæ.

Monstrorum catulis.] Canibus monstrosis. Virgil. dixit: *Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.* Et Ouid. 4. Trist.

Esse canes vtero sub virginis. —

Cicero De haruspic. respõsis: Quam Scyllam tam eminentibus canibus, támque ieiunis Poëtæ fingendo exprimere potuerunt, &c.

Ayuntamiento de Madrid

Φιλαυτία.

EMBLEMA LXIX.

Quod nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
In florem, & noti est versa stuporis olus.
Ingeny est marcor, cladesq; Φιλαυτία, doctos
Quæ pessum plures datque, deditq; viros:
Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata quærunt,
Nilque suas præter tradere phantasias.

Vaticiniũ Tiresiæ de Narcisso.

TIresias vates tam diu victurum Narcissum prædixit, quãdiu à sui conspectu abstineret. At ille propriæ sortis ignarus, visam in fonte sui vultus imaginem sic deperiit, vt sui amore captus misere contabuerit, & in florem sui nominis commutatus sit, qui Narce dicitur, & stuporem sonat, quòd Narcissi odor caput aggrauet. Plin. lib. 21. capitib. 5. 11. & 29. Notantur hoc

Narce herba.

Ayuntamiento de Madrid

hoc figmento, qui à veterum legibus & institutis desciscentes, nouam quandam doctrinæ formam confectantur: tamque sibi placent, vt licet obtusiores reuera sint, quicquid tamen præcipiunt, violentiùs aliquantum inculcant, neglecta prorsus & obliterata maiorum via & ratione: eóque deuentum est, vt fidē illam canam, & priscam veterum auctoritatem præ sua opinione nihili ducant: tanta est cæcutientia, stultitia atque peruersitas. Tales sunt νεωτέροι quidam impudentissimi, qui nouorum dogmatum persuasione populum incautum inescant, verborumque phaleris sic protelant & peruertunt, vt miserrimi homines errore perciti, quasi gustata loto, libenter à Christianæ Reipubl. communione, suo magno malo, desciscant. Tam enim sunt perfrictæ frontis, vt sua dogmata omnium esse certissima verbis scriptisque asserere non veriti, nullam aliam meliorem, aut certiorem de religione traditam fuisse sententiam, quàm quæ à se suisque tradatur, affirment. Sicque plurimorum damno & pernicie detestandam φιλαυτίαν in rebus diuinis experimur. Potest & hoc torqueri commodè in imperitos, & ἀμούσους rerum suarum non æquos admiratores, quibus sanè (vt Comicus ait) nihil vnquam quicquam iniustius: nihil enim rectum putant, nisi quod fecerint: quo fit, vt aliena tam impensè carpendo, suáque plus quàm par est, admirando, ingenioli flos ab sque vllo fructu facillimè marcescat. vnde meritò illud repetam quod Alciatus in quadam Oratione dixit: Nullam esse pernicioſiorem studiorum calamitatē, quàm sui ipsius confidentiam & admirationem; quem morbum Græci φιλαυτίαν appellant. Est enim ea lues adulatione deterior, eóque hominem inducit, vt se existimet optimè scire quæ non intelligit, reddítque eum negligentem, superbum, otiosum, aliorum contemptorem. Emendatur autem hic error malum non tam oratione quàm frequenti auditu & collatione, quæ cum petitioribus, habetur. Quapropter, inquit ille, cauendum ab hac bellua: nullus enim erit veræ sapientiæ capitalior hostis quàm qui meliorum præceptorum dogmata flocci facit. Diuinus Plato, quem tanquam raræ alicuius & veræ sapientiæ terrestre oraculum merito docti omnes suspiciunt ac venerantur, lib. 5. De leg. auream planè sententiam pari verborum pondere scriptis mandauit: πάντων δὲ μέγιστον κακὸν ἀνθρώποις τοῖς πολλοῖς ἐλάφυτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔγγονόν, οὗ πᾶς αὐτῷ συγγνώμων ἔχων ἀποφυγὴν ἑαυτὸν μηχανᾶται. τοῦτο δ' ἔστιν ὃ λέγω σιν, ὡς φιλῶν αὐτὸν πᾶς ἀνάγκη φύσει τε ἔτι ἡδέως ἔχει τὸ δὲν ἅτε τοιοῦτον τὸ δ' ἀλη-

Noui doctores reprehensi.

Imperiti φιλαυτοι

Præclarus Platonis locus.

Ayuntamiento de Madrid

δὲ ἐκ πάντων ἁμαρτημάτων διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτῆ φιλίαν αἰτίαν ἑκάστῳ γίνεται ἑκάστοτε. Quæ singula si diligenter expendamus, suppetet nobis accommodatum certè & præsens amuletum ad arcendum, aut minuendum hunc animi errorem, hominibus quidem gratum, sed tamen exitialem. In primis enim φιλαυτία non ab re appellat maximum quoddam malum innatũ in melliore hominis parte, nempè animo: & eo quidem deterius ac præsentius, quòd licet eo plerique morbo correpti sint, non tamen vnquam de remedio quærendo, aut parti malè affectæ applicando cogitant, vt tandem sani possint euadere. Atqui nulla exitialior aut damnosior ægritudo est, quàm quæ sui sensum adimit, ita vt ἀναισθησίαν quandam inducat, & tenaciter foueat: quò fit, vt omni animi contentione & industria in eo malo periculosissimo propulsando est enitendum, & eò maior cura cõferenda, quò morbus hic (in quo sit fons, & certè principium aliorum omnium, quæ in animum cadere possunt, vitiorum) grauiores affert corruptiones, cladémque ingenij præsentiorẽ. Nulla enim ratione fieri potest, vt qui hac perculsus peste obrepserit, sanum vel in aliis vel in seipso iudicium retineat, cùm se non norit: quandoquidem sit in oculis mentis, infusa caligo tam densa, támque spinosa, vt vel apertis oculis nihil videat. Itaque qui sui capitur amore, non verè sese amare potest, sed falsam quandam de se opinionem, vt vmbram aliquam, quasi qui in tenebris palpat, oscitanter occupatur. At verò (vt Plato docet) seipsum à seipso fallit πάντων χαλεπώτατον, imo vero adiicit δεινότατον καὶ ἀδιαφορώτατον. Cùm enim impostor ipse præsto semper habeatur, nec minimùm quidem abscedat, quo pacto non esset grauissimum malum, imprimisque deplorandum. Cæcitas hæc omnium maximè intollerabilis, cùm insciti am nostram sapientiæ loco habemus, & quanquam omniũ penè rerum ignoratione laboremus, tamen nos omnia ingenio assecutos arbitramur. Tolerabile alioqui vitium, si ea tantùm placerent, quæ ingenij specimina quædam præ se ferunt, aut alia generis eiusdem: in quibus si tantùm fallimur, nec fallimus, aut si sic fallimur, vt melioribus & peritioribus aurem patientem agnito errore præbeamus, nemo est quin veniale putet. Quotus autem quisque est, qui placido ferat animo, quòd ipsi næui, & vitia tam impensè nobis placeant, velut *amatorem amicæ*, vt ait Flaccus,

φιλαυτία morbus maximus.

Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant, veluti Balbinum Polypus agnæ.

Qui

Quò fit, vt vero verius dictum sit à Theocrito (vt id ad nostrum sermonem conuertamus.) —— ἐγωγι.

Πολλάκις ὦ πολύφαμι, τὰ μὴ καλὰ κακὰ πέφυται.

Nimirum id in caussa est, quòd, vt ait Varro, Omnes videmur nobis esse belli, festiui, saperdæ, cùm simus σάπρα. Ex Aristonymo citatur illud: ἔστιν ἐν βίῳ μάλιστα βλάπτον, τὸ ἀνοήτους, ὄντας τοὺς πολλοὺς οἴεσθαι φρονίμους εἶναι: Id in primis est in vita humana noxium, quòd permulti cùm se sapere putent, tamen desipiant. Quamobrem nihil deterius aut periculosius, quàm minimùm fidere. Certè (vt de me ipse aliquid) sum satis mihi conscius, quàm debili & penè nullo ingenio sim: si quid tamen sit, nunquam vllatenus me profecisse liberè confiteor, quàm cùm ignorare me multa, & quidem penè omnia primùm agnoui, tùmque meo non minimo sumptu deprehēdi, & apertis, quod dicitur oculis expertus sum, quàm non sit tutum aliorum iudicio & famæ incumbere. Nā sæpenumerò contingit, vt nos plerique præsentes laudent, vel amore, aut alio quouis affectu ducti, sicque de nobis bene mereri putant, cùm sæpius vt de coloribus cæci, sic ij de nostro captu & in literis, aut etiā honestis actionibus profectu sentiant. Interea tamen eorum in sententiam pedibus imus, quod aiunt, atque importunè falli nos sinimus. Crassam mehercle & supinā credulitatem. Agnouit lubens Socrates de se Physiognomi iudicium talémque à natura fore se palàm fassus est, nisi se Philosophiæ excolendum tradidisset. A qua quidem modestia longè semper absumus, qui ementitos quosdam sapientiæ colores, & imaginaria virtutum ornamenta nobis inesse demiramur: & vt vera credimus absolutáque, quasi quibus ad perfectionem addi nihil possit, ideóque molestè ferimus, si qui, dum nostri mentionem faciunt, nō satis honorificè loquantur, eáque tribuant quæ nos minimè attingunt, vel etiam nullo modo ad nos attineāt. Qui morbus vt deploratissimus sanari nisi ægrè potest, nisi tamen aliquando meliore quodam impulsi genio, potius spectemus quid nobis desit quàm quid adsit. Si quid enim adest, cauendum est imprimis ne effluat, aut pretio amplíori quàm par sit, æstimatum vilescat apud alios: si quid deest, quod sciamus ornamento nobis esse posse & vsui, efficiendum est, vt labore & diligentia comparari à nobis & cōquiri possit. Sed in primis meminisse debemus, subindéque animo repetere, non quantum cæteris excellimus, sed quantum aliis simus inferiores & quàm alioqui deteriores. Illud enim φιλαυτίας vitium tam

Assentatio nis malum.

Socratis modestia.

Quæ sequā tur.

φιλαυτίας.

Ayuntamiento de Madrid

nobis familiare ac domesticum, sed tamen in primis exitiosum, præterquàm quòd tumorem, inuidiam, audaciam, & desidiam fouet, solet etiam vnà secum aduehere & alere turpissimam ignorationem, quam meritò Sophocles δυσπίλαστον κακὸν appellat. Veteribus illud in ore fuit, eum malignos habere vicinos, qui sui laudator fuerit. Idcircò numquam probata est illa plus equo pruriens φιλαυτία, opinio in Astydamante histrione, quòd suas ipse laudes inscribi vellet statuæ quam meruerat. Non enim populus hominis votum insolens sibi ferendum esse putauit, quanquam de sua patria bene meriti. At quod penè mihi, dum ad alia propero, exciderat, Suidas auctor est, Nymphas à Narcisso spretas verissimè dixisse:

Astydamas histrio.

Πολλοὶ σὲ τιμισσόμενον αὐ σαυτὸν φιλῆς.

Sophistæ.

Quid tam malè audiit Sophistarum nomen, nisi ob effrenatam illam, & cæcam sui admirationem? Socrates vt eorum importunitatem frangeret atque eluderet (illi enim nihil se nescire iactabant impudentius) eósque contrariis armis oppugnaret, nempè honesta dissimulatione potius, quàm pari verborum strepitu atque contentione, dicebat hoc vnum se scire, quòd rerum omnium esset inscius. Quod non aiebat, vt falsa de se loqueretur, apud eos præsertim, quorum familiari consuetudine vtebatur, sed vt assereret ea lubens omnia se nescire, quæ tam impudẽti fronte sibi arrogabant triuiales illi μαθηταὶ, qui sic liberales disciplinas ipsamque Philosophiam ostentando, reuera prostituerent & profanarent: aut potius vt significaret ad veram solidámque sapientiam neminem accedere vnquam posse, nisi primum se norit ignorare. Sunt enim quidam ingenio tam stolido & lubrico, qui cùm nondum primoribus labiis literas degustarint, falsam tamen sibi scientiæ persuasionem induant. Ex quibus alij se αὐτοδιδάκτους, alij πανσόφους καὶ πανεπιστήμονας efferre non verentur: alij alios quoscumque conuellunt & impetunt, in quorum vel leuiculis & venia dignis erratis ingeniosiores, non perpendunt, ὅτι μεμαθηκέναι χάριν ὄφειλον ἢ μεμαθηκέναι: sibi nempè ignoscunt, vt Næuius ille Horatianus, qui seipsum ignorans carpebat alios, séque venia dignum censebat. Quamobrem audiit ad extremum, stultum & improbum hunc amorem esse dignúmque notari. At quanto in errore versantur, sibi qui primas nullo robore tribuũt? Agatho-

Agathocles Peripateticus arrogans.

cles Peripateticus cùm apud Demonactem iactaret se solum & primum esse Dialecticorum, audiuit: Si solus es, quî primus? si primus, quî solus potes esse? Non est quod repetam literato-

ris

ris illius Rhemnij intolerabilem arrogantiam, cùm diceret vnà secum natas, & tandem perituras disciplinas: Nec est quòd memorem duorum in Philosophia principum notam satis & peruulgatam φιλαυτίαν, Aristotelis nempè & Ciceronis; quorum hic tam suæ ipsemet industriæ & ingenio tribuit, vt nullis ferè in proœmiis laudem propriam conticuerit: ille verò, quòd non modò suis in eodem Philosophico curriculo certatoribus parùm fauerit, sed quòd contradicendi studio doctorem etiam Platonem vexarit, sui nominis celebritatem non parùm obscurauit. Illi ipsi Philosophi libris quos de contemnenda gloria scribunt, nomen etiam suum præfigi volunt. Permittatur hoc ad inflammandum studium, & exercendam doctorum hominum industriam: honos enim alit artes, nullúsque sui laboris præmio & contentionis honestæ laude frustrandus est. At quis sanæ mentis eum dixerit, qui sibi plura quàm habeat, arroget? Narrat Athenæus lib. 12. cap. vltimò, Trasilaum quendam tanta insania fuisse percitum, vt quotquot naues in Pyræum appellerent, suas esse crederet: eas enim voluptate quadam incredibili numerabat, aliisque suam fortunam lubens communicabat, donec frater eius è Sicilia reuersus, hominem medico committeret, is vbi resipuisset, affirmauit se numquam vixisse feliciùs, quàm cùm eo mentis errore teneretur, quippè qui in tanta voluptate nihil molestiæ sensisset. Perinde se habent φίλαυτοι, aut reuera deteriùs: quandoquidem vt aliis nocumento sint, anxiè studeant, tum vel maximè quòd honorem alienum sibi audaciùs arrogant, aut quòd aliorum conatum nigro lolliginis succo & mera ærugine conspergant. Olim discipulis mos erat, vt proprio etiam Marte reperta ad præceptores referrent. Quem morem secutus Plato 2. ad Dionysium Epistola fatetur, quicquid scripserit, non sua, sed Socratis esse. Qui leges primùm tulerunt ad cicurandos mores, aut cõtinendos hominum animos, earum inuentionem non sibi, sed alicui numini tribuerunt: tum vt diuinitatis nomine, quasi obtento aliquo velo, plus haberent auctoritatis, tum vt insererent rudiorum animis leges, vt pulcherrimum Deorum inuctum, sic & vtilissimũ, à nemine non esse violandas, sed toto pectore colendas tutendas, amandas. Sic & priores illi cùm referrent omnium artium & disciplinarum inuentionem ad primam illam caussam, id est, præpotentem rerum omnium opificem Deum, Palladem è Iouis cerebro natam esse commenti sunt. Quorsum hæc? vt nimirùm intelligamus, quàm in omnibus pulcherrima sit mode-

Rhemnius Palæmon.

Aristoteles & Cicero φίλαυτοι.

Philosophi φίλαυτοι.

Thrasylaus insanus.

Platonis modestia.

Legum latores primi.

Ayuntamiento de Madrid

stia, quámque turpis valdéque pernicioſa φιλαυτία. Conſu-
dam itaque cum Platone, dicámque eum qui magnus eſt fu-
turus, maximè decere, neque ſe, neque ſua ſic admirari, vt nihi
putet exactius, nihil melius: διὸ πάντα ἀνθρωπον χρὴ φεύγειν τ
σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, τὸν δ' αὐτοῦ βελτίω διώκειν δεῖ μηδεμίαν αἰσχ-
ύλλων ἐπὶ τῷ τοιούτῳ πρόσδον ποιούμενον. Idcircò eſt operæpretium,
vt quiſque nimium ſui amorem fugiat, meliores inſequatur,
nullo verecundiæ rubore præpeditus. Sed de his ſatis: cæter
videamus.

Quòd nimium tua forma tibi, &c.] Huic ſimile penè eſt Epi-
gramma pictæ Poëſeos Bartholom. Anuli, quod propter ele-
gantiam aſcribam:

Narciſſus liquidis formam ſpeculatus in vndis,
Contemnens alios, arſit amore ſui.
Tabuit, & ſenſim venienti in membra ſtupore,
Ipſe ſui, factus flos hyacinthus, amans.
Hinc fugite (ô iuuenes) fons iſte Philautia, ſeipſum
Stultus vbi, cùm ſe non bene norit, amat.

Euolue pulcherrimam diſputationem ea de re Marſil. Ficini
Orat. 6. cap. 17. in conuiuium Platonicum.

Tua forma tibi Narciſſe placebat.] Plutarch. Sympoſiac. 5. quæ-
ſtione 7. refert idem accidiſſe cuidam quem Eutelidam nomi-
nat, qui cùm ſe in vndis adſpectaret, amore ſui captus, penè pe-
riit dum ita deperiret.

Marcor. *Marcor.*] Putredo, caries. Metaphora, pro eo quod eſt de-
prauatio.

Cladéſque.] Mors & exitium: alia metaphora.

Φιλαυτία.] Cæcus amor ſui, attolens vacuum plus nimio
gloria verticem. Horat. 1. Carmin.

Peſſum plures dátque deditque.] Pro, peſſundat & peſſundedit,
tmeſis. peſſum, deorſum, quaſi ſub pedes proiectum. Apul. 5.
Niſi eam peſſum de tantis opibus deiecero. Plaut. peſſum abi-
re. Lucret. 6.

Multáque præterea ceciderunt mœnia magnis
Motibus in terris, & multis per mare peſſum
Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes.

Methodo.] Docendi ratione.

Phanta-
ſia. *Phantaſias.*] Opiniones. Rerum tamen viſiones & imagines
φαντασίας appellat Fabius lib. 10. cap. 7. & lib. 12. cap. vt viſa Ci-
ceron. 1. Acad.

Gu

Garrulitas.

EMBLEMA LXX.

QVID matutinos Progne mihi garrula somnos
Rumpis, & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epops Tereus, qui maluit ense putare,
Quàm linguam immodicam stirpitùs eruere.

IMitatus est Anacreontis Odam εἰς χελιδόνα, quæ sic habet: Character huius Emblematis.

Τί σοι θέλῃς ποιήσω,
Τί σοι λάλη χελιδών,
Τὰ ταρσὰ σοῦ τὰ πτέρα
Θέλεις λαβὼν ψαλίξω,
Ἢ μᾶλλον ἐνθοδὶν σοῦ
Τὴν γλῶσσαν, ὡσὲ Τηρεύς

Inē

Ἐκῶν Θ', ὑπόδρίξω,
Τίμοῦ καλῶν ὀνείρων
Ὑποδρίαισι φωναῖς
Ἀφύπασας Βάθυλλον,

Quam sic Latiis numeris donauit H. Stephanus:

Quibus loquax, quibúsnam
Te plectam hirundo pœnis?
Vtrúmne vis volucres
Alas tibi recidam?
Imam secémve linguam,
Tibi quod ille Tereus
Fecisse fertur olim?
Nam tu quid ante lucem
Meas strepens ad aures,
E somnijs beatis
Mihi rapis Bathyllum?

Eiusdem argumenti est lib. 1. Epigr. Græcor. ἀφυπνιστήριον: hexastichon gallo indignantis; vt apud Lucianum Micylli, quòd eum importuno suo cantu excitatum, suauissimo somno priuarit, ideóque malum illi imprecatur. Hîc autem hirundinem obiurgat somnos matutinos auertentem, suóque importuno cantu dormientes abrumpentem: ídque maximè in eos torquet, qui odiosa garrulitate rationis inopiam præ se ferre satis arguunt, vt Progne abscissa lingua in hirundinem garritu nimio insignem commutata, eos significet, qui sapientiæ parum, loquentiæ multum habent. Et sanè vsu venire solet, vt loquaciores ferè sint quibus est rationis defectus, quàm qui prudentia & ingenij viribus antestant: cùm apud graues & sapientes quosque viros silentium commendatissimum, verborúmque parcimonia grata sit. Extat apud Aristophanem de Cleophonte quodam garrulo dicterium:

Ἐ' φ' ὃ δὴ χείλεσιν ἐπιβρίμεται θρηϊκία χελιδών.
Ex cuius labris hirundo Thracia instrepit.

Quò spectat præceptum Pythagoricum, hirundinem sub eodem tecto ne habeas, quo significatur, abstinendum esse à consuetudine garruli & susurronis: & illud Nicostrati,

Εἰ τὸ σωφρονεῖν ἠρὶ πολλὰ ἠρὶ ταχέως λαλεῖν
Ἦν τῷ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
Ἐλέγχονται ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.
Loqui si indesinenter, multáque, & velociter,
Prudentiam indicaret, vtique hirundines

Fortasse

Ayuntamiento de Madrid

Fortasse quàm nos sapere dicantur magis.

Lege plutarch. 8. Sympoſiac. problem.7.

Progne garrula.] Adnota hoc loco hirundine garrulitatem ſignari. Pierius Hyerogliph.22. videtur autem primum hunc verſum ex Martiale mutuatus lib.14. Hirundo quid.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos

Lucanus in tertio.

Dum non ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos.

Et obſtrepero Daulias ore canis?] Daulia, daulis, vel etiam daulias pro lucinia effertur à Poëtis, quòd in vrbe Daulide (quę quondā fuit ſub ditione Regis Thracię) in auem ſui nominis transformata dicatur à Poëtis. Ouidius 6. Metamorph. & prou. Daulia cornix. Videtur autem hic noſter Alciatus Prognen cū Philomela confundere, cuius linguam Tereus abſcidit (cùm ei vim intuliſſet) non autem Prognæ vxori. Hac de re vide quid diſceptēt Cœlius Rhodigin. lib. 29. cap. 26. (non defuerunt enim qui Prognen in luſciniam cōmutatam fuiſſe aſſeruerint) Iacobus Bononien. & P. Nannius 6. Miſcellan. annotation. in Virg. Non enim video quàm ſit neceſſe quæſtionem hanc inter Grāmaticos cōtrouerſam dirimere, vt neque vacat cōferre quę legimus apud Thucydidem lib. 2. τῆς συγγραφῆς, Pauſaniam in Phocicis. Strabonem lib. 1. ad alia enim progredimur. Lucinia.

Dignus Epops Thereus, &c.] id eſt, meritò in Vpupam mutatus, qui maluerit linguam reſcindere, quàm omninò auellere. Vpupa auis militarem quandam criſtā in capite retinet, & quaſi adhuc filium quæritans, has videtur ingeminare voces, πῦ, πῦ, id eſt, vbi. vbi: hinc Epops dicta. De qua Plinius 10. cap. 29. Alij in accipitrem mutatum Tereum volunt, vt Higinus fabula 45. Vpupa.

Putare.] ſcindere. metaph. à vitibus.

Inui

Ayuntamiento de Madrid

Inuidia.

EMBLEMA LXXI.

SQVALLIDA *vipereas manducans femina carnes.*
Cuique dolent oculi, quæque suum cor edit,
Quam macies & pallor habent, spinosaque gestat
Tela manu: talis pingitur Inuidia.

PIndarus 2. Pyth. sic:—τάδμας
δέ τιν' ἐλκόμεν'
πεμφασᾶς, ἐνιτάξων ἕλ-
κει ἐδωκε θοὸν ἰὸν πρόσθε καρδίας,
πρὶν ἴσαφρονι δὶ μηχανᾶται τυχεῖν.

Qui facultate alicuius tangitur abundanti, inflixit vlcus miserum suo antè animo, quàm quæ secum corde molitur, assequatur.

Ayuntamiento de Madrid

tur. Nullum vitium inuidia penè vetuſtius eſt, aut homini dã-noſius & efferatius: quandoquidem ſi cum quibuſlibet aliis cõferatur, inſpiciemus quàm cæca temeritate rapiũtur qui melioribus inuident. Nulla enim alia vitia ſunt, quæ non aucupentur aut ſentiant aliquam voluptatem. Inuidus perpetuò mœret ac triſtatur, eoq; grauiùs afficitur, quo maiori tenetur inuidia, qui non ſecus atque ædes, in quibus ipſe ſit, conflagret. miſerrima ſanè conditio, ſed quæ tãquam felicitatis pediſſequa, ſucceſſus videndo proſperos intabeſcat, vt Naſo cecinit. Hæc autem deſcriptio perelegans, qua inuidorum triſtiſſima & infeliciſſima vita proponitur: quippè qui virulẽtis cogitationibus paſcantur, quæ ſibi horribilem perniciem adferant, quique ſine cõſilio & ratione aliorum rebus opimis marceſcant, & aculeis maledicis pungant & inſectentur, nullum tamen inde commodum reportaturi. Itaque, vt hoc quaſi per tranſennam, quid ea turpius aut miſerius, cùm vt aliis noxam damnumque inferat, ſibi prius, & quidẽ ſæpenumerò grauiùs nocet? Ergo in cæteris iniquiſſima, in hoc tamẽ æquitatis aliquid habet, quòd eum, in quo eſt, tanquã veneno proprio afficit, perdit, abſumit, eumque vlciſcitur primum, à quo concepta & educata fuerit, quod habet illud:

ὁ φθόνος ἰσχὶ κάκιστον, ἐχᾷ δὲ τι καλὸν ἐν αὐτῷ.
τύπτ᾽ γὰρ φθονεροῦν ὅμματα πρὸ καρδίλω.

Squallida.] Sordida & inculta. Squallor etiam triſtitiæ nota.

Vipereas manducans carnes.] Inuidia ſimile aliquid habet cum vipera, quam ferunt non prodire in lucem, niſi arroſis matris lateribus: ſic liuor eum primùm afficit, & quaſi enecat in quo gignitur. Quò pertinet illud Ouidij in deſcriptione Inuidiæ, 2. Metamorph. Inuidia vt vipera.

——— *Videt intus edentem*
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum, &c.

Sed alia fortaſſe tatio commodè reddi poteſt, vipereas carnes edit inuidia quòd alienis malis gaudeat, iisque paſcatur: (id vitium Græcis appellatur ἐπιχαιρεκακία) vel id dicitur vt eius pernicies oſtendatur, quæ enim venenata venenis aluntur animalia, exitialius venenum habent.

Cuique dolent oculi, &c.] Hinc illud Maronis:

Teſtatur gemitu graues dolores,
Suſpirat, gemit, incutitque dentes,
Sudat frigidus intuens quod odit.

Quæque ſuum cor edit.] Alluſio ad prouerb. Pythagor. Cor ne edito: id eſt, ne curis animum excrucies: vel ad vocabulum edito Cor non edendum.

Ayuntamiento de Madrid

edito : id est ne curis animum excrucies : vel ad vocabulum cura, quæ quòd cor vrat vel edat, dicitur. Cicero 3. Tuscul, et Homero illud de Bellerophonte citat ex veterum nescio quo:

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans

Similes Maronis versus hi.

Vesanos tacitè mouet furores.
Intentans animo faces Erinnys.
Lethalis, Tityique vultur intus
Qui semper lacerat, comestque mentem.

Quò spectat dictum maris Alexandrini, quæ ænigmate lusitando aiebat se belluam alere quæ se ipsam absumeret: θυμὸν τρέφειν, ὅπερ αὐτὸ ἐαυτὸ ἐδίει. quo significabat quorundam inuidiam qui improbè & ignauè dolerent ob prosperos suorum laborũ successus. Retulit Eustath. 1. Odyss. & Athenæus. Seneca lib. De paupertate: Interdum non licet esse palam miseros, sed inter ærumnas cor ipsum exedentes. Græci dicunt δάκνειν vel πλὴν καρδίαν δάκνεσθαι, cùm grauem & molestam animi solicitudinem significant. Et δακετὸν μῶρ ἄτη, noxa animũ mordens, vt Homerus Iliad. vltimo.

——Τέο μ' ἔχεις ἐδυρόμην ἠδὲ ἀχέουσιν σὴν ἔδεαι καρδίην.

quousque lamentans & mœrens cor tuum exedes?

Quam macies & pallor habent, &c. Sic Ouid.

Pallor inuidis

Pallor in ore sedet macies in corpore toto,
Numquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno, &c.

& Virgilius.

Pallor, terribilis genas colorat,
Infelix macies renudat ossa.
spinosaque gestat tela manu.] Hoc referendum est ad aculeatam inuidorum maledicentiam. Siquidem.

Inuidi maledicentia.

Effundit mala lingua virus atrum.

& perpetuò carpit quod assequi numquam potest. Ad id respexit Ouid. cùm ait:

Indoluit, baculumque capit, quem spinea tortum
Vincula cingebant.

Luxu-

Ayuntamiento de Madrid

Luxuria.

EMBLEMA LXXII.

Eruca capripes redimitus tempora Faunus
Immodicæ Veneris ſymbola certa refert.
Eſt eruca ſalax, indexq́ libidinis hircus:
Et Satyri Nymphas ſemper amare ſolent.

LIbidinis ſymbola ponit ob oculos, nempè Satyrum, qui erucam capite geſtet. Eruca quidem (ab vrendo dicta) prouocat ad Venerem, vtpote quæ virtutis ſit calidiſſimæ. Plin. lib. 19. c. 8. Satyrus autem, ſiue hircus, luxuriam putidam & olẽtem deſignat. Sunt enim Satyri ad Venerem propenſiſſimi: vnde id nominis dictum putant à σάτυρος, quod virile membrum eſt. Hoc itaque innuit libidinem in affectu ardere maximè, in actu ipſo fœtère & olentem eſſe, vt quemque ab illicitæ Veneris titillationibus ſubducat. Symbola libidinis. Satyri libidinoſi.

S

Ayuntamiento de Madrid

Redimitus tempora.] Caput habens cinctum & coronatum. Virgil. in Copa:

——*Graia redimita mitella.*

Ouid. 3. amorum eleg. 9.

Flaua Ceres tenues ſpicis redimita capillos.

In 10. Æneid. vbi de Æmonide Phœbi ſacerdote:

Infula cui ſacra redimebat tempora vitta.

Eſt eruca ſalax.] Frequens enim eius eſus Venerem ſtimulat. Ideò antidotum contra amorem præſcripturus Ouid. ab eruca vſu cauendum ſuadet 2. De remedio. Martialis etiam: Eruca.

——*Venerem reuocans eruca morantem.*

Et appendicibus Virgilianis.

——*Libidinoſis incitatus erucis.*

Ibidémque,

—*Salaces nocte tollat erucas.*

Vt & Æmilius Macer in eleganti opuſculo De viribus herbarum:

Non modicè manſam Venerem ſtimulare, vel hauſtam
Confirmant medici pariter pluresq; poëtæ.

Loquitur de eruca. Illud tritum vulgo:

Excitat in Venerem tardos eruca maritos.

Et ex Ouidio etiam illud:

—*Ex horto quæ venit herba ſalax.*

Indexq; libidinis hircus.] Teſte Pierio Val. Hieroglyph. 10.

Et Satyri Nymphas.] Vide Ælianum libr. 3. De var. hiſt. & Leonic. Thomæum lib. 2. c. 24. Apud Plutarch. in Galba, homines in diem viuentes, & Satyrici, ἱερεύουσι τῇ σατυρικῇ τοῖς βίοις ἀνθρώπει, pro libidinoſis & luxu diffluentibus accipiuntur. Idem in Pericle: οἱ Σατυροὶ τῷ Διονύσου ἱεροὶ ὄρχια ἔχουσι τὰ αἰδοῖα, σύμβολα τῆς θείας πρώτης μάστ: Satyri Baccho ſacri erectos habẽt mutones, diuinæ ſymbolum poteſtatis.

Luxu

Ayuntamiento de Madrid

Luxurioſorum opes.

EMBLEMA LXXIII.

Rupibus aëreis, ſummiq́, crepidine ſaxi
Immites fructus ficus acerba parit:
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,
Qui nihil humanæ commoditatis habent:
Sic fatuorum opibus paraſiti & ſcorta fruuntur,
Et nulla iuſtos vilitate iuuant.

HOc ex apophthegmate Diogenis ſumptum. Dicebat enim eos, qui profusè & temerè bona decoquerēt in rebus Venereis, conuiuiis magnificis, & id genus aliis, arboribus eſſe ſimiles in montium cacumine naſcentibus, quarum fructus hominibus eſſent inutiles, à vulturibus aut cornis deuorandi. Illud eſt quod vulgus noſtrâs crebrò vſurpat, E diuite malo malæ opes. Fit enim ſæpe, vt ampliſſimæ poſſeſſiones, quę in pios vſus conuerti debuerant, in ſumptus inutiles, aut etiam perniciosos Fons Emblematis.

Ayuntamiento de Madrid

& detestandos prodigantur, nulla habita iusti aut æqui ratione. Sententiam illam argutam Diogenis retulit in Paraphrasi Menodoti orationis ἐπὶ τὰς τέχνας Galenus, his planè verbis: καλῶς οὖν ἡ ὁ Δημοσθένης ἡ ὁ Διογένης, ὅ μοι, χρυσᾶ πρόβατα καλῶν τοὺς πλουσίους ἢ ἀπαιδεύτους, ὃ δὴ, τοὺς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς ἀπὸ μάξιμον αὐτοῖς ἐκείνων γὰρ τὸ καρπὸν, οὐκ αὐθρώποις, ἀλλὰ κόρακας ἢ κολοιὸς ἐδίδου, τούτων τε τὰ χρήματα, λυδὸν μᾶλλον ὄφελος ἦτε τοῖς ἀγαθοῖς, δαπανώμενα ὑπὸ τῶν κολάκων. i. Præclarè itaque Demosthenes & Diogenes, siquidem ille diuites imperitos, nulloq; literarum cultu perpolitos, aureas pecudes appellabat: hic autē eosdem ficubus comparabat; quæ nascuntur in locis præruptis, & ad quæ difficilis accessus est; earum enim arborum fructu non homines, sed coruos & graculos vesci: horum autem hominum bona & reditus non ab honestis hominibus, sed à quibusdam facetis & assentantibus absumi.

Caprificus nascitur.

Rupibus aërijs.] Id est, editissimis, altissimis, eadem metonymia qua superiùs *aërio nido* dixit.

Summiq; crepidine saxi.] Videtur hoc hemistichium ex 10. Æneid. imitatus:

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi.

Crepido. Editioris autem loci cuiusque extremitas crepido appellatur, estq; ora terræ, quam alluit aqua, ἀκρόκαρπος arbor dicitur à cacumine aut extremo fructificans.

Ficus acerba.] Caprificum intellige.

Cornix in auspicata. *Improba cornix.*] Id est, inauspicata, quam Virg. sinistram vocat in Eclogis, & improbam 1. Georgicon, vt improbus anser ob garrulitatem. Cornicem autem prisci inter prodigiosas aues reponebant. Itaque his nominibus improbæ vitæ homines intelligit, ex quibus nulla potest neque gratia, neque commoditas elici.

Parasiti.] Scurræ, & homines qui omnia ventris gratia faciūt. De his in sequentibus commodiùs.

Scorta.] Meretrices.

Iusti qui. *Iustos.*] Viros bonos. In sacris iusti dicuntur non tantùm qui iustitiam, sed & qui virtutes alias omnes colunt: eáque iustitia est, quæ in se virtutem amplectitur omnem, & Plato Dialogo, qui ἔρασται vel περὶ φιλοσοφίας inscribitur, virtutes morales vno iustitiæ nomine complecti videtur.

Tumulus

Ayuntamiento de Madrid

Tumulus meretricis.

EMBLEMA LXXIIII.

Quis tumulus? cuia vrna? Ephyræa est Laidos, ah! non
Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat ætas,
Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.
Quid scalptus sibi vult aries, quem parte leæna
Vnguibus apprehensum posteriore tenet?
Non aliter captos quòd & ipsa teneret amantes:
Vir gregis est aries, clune tenetur amans:

LAidem tota Græcia celebrauit ob insignẽ venustatem, ad Lais forcuius ædes frequens fuit concursus, vt prẽter alios cecinit nobilissima. Propertius. Huius monumentum (Pausan. teste 2. Corinthiac.) extra vrbem Corinthi, in qua ætatem exegerat, celebre visebaS 3

Ayuntamiento de Madrid

tur secundum Bellerophontis septum, iuxta Veneris cognom
ne Melanidos templum, cui pro insigni titulo leæna anterior
bus arietem complexa pedibus imposita fuisse perhibetur: q
simulacro petulantia & libido meretricis arguebatur. Per an
tem, fatuum stolidúmque animal, amatorem vesanum intel
ge, illum quidem à leæna partibus posterioribus scalptum
detentum, quo rapina meretricia imperiúmque in amasios
bidine prurientes, & quasi vinculo colligatos exprimitur. C

Leæna meretricem significat.

terùm leænæ nomine meretricem intelligi multis veterũ se
tentiis constat, & maximè sacrorum Bibliorum locis aliqu
Ezechiel enim Hierosolymam leænam vocat, & Heliach
catulum eius qui in Ægyptum ductus est. Plautus Trucul
to:

Bonis esse oportet dentibus lænam probam,
Arridere quisquis veniat blandè alloqui, malè corde
Cõsultare, bene loqui lingua: meretricẽ esse similẽ sentu condecet,

Huic & conuenit senarius veteris cuiusdam poëtæ:

Ἡ σὺν λεαίνης ἢ γυναικὸς ὠμότης.
Par est leænæ & fœminæ crudelitas.

Retulit Pierius in Leone 1. Hieroglyph. quem etiam lege
Ariete libr. 10. in quibus Laidis monumenti huiusce me
& Gyrald. Syntagmate 13. hist. Deorum. De Laide plura ap
Athenæum c. 20. lib. 13.

Ephyre.

Ephyræa est Laidos.] Ephyræa ab Ephyre vrbe Achaïæ, q
nunc est Corinthus. Propertius lib. 2.

Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes,
Ad cuius iacuit Græcia tota fores.

De eius patria concertant plerique, vt Athen.

Mors neminini vitatur.

Ahinon erubuit tantùm perdere Parca decus?] Nimirùm mo
nemini parcit. Virgilius in Appendicibus:

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.

Et Horat. lib. 3. Odar. *Mors & fugacem persequitur virum,*
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoq; tergo.

Senectute forma defloreſcit.

Parca.] Atropos. i. mors ipsa rerum vltima linea.
Ætas.] Nempè senilis, qua veniente color & venustas fla
cescit. Ouid. 3. Trist. *Ista decens facies longis vitiabitur annis,*
Rugáque in antiqua fronte senilis erit.
Iniecitque manus formæ damnosa senectus,
Quæ strepitum passu non faciente venit.

Ayuntamiento de Madrid

Iam speculum Veneri, &c.] Milites, qui per ætatem à bellicis functionibus cessant, dicuntur vulgò arma posuisse: & qui alicui omninò arti renunciassent, Deo illi qui arti præerat, instrumenta eius artis suspendebant. Horat. 3. Carm. 26. Veneri speculum dicare.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militaui non sine gloria.
Nunc arma defectumque bello
Barbyton hic paries habebit.

Idem 1. epistola ad Mæcenatem:

——Vetamus armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

Vt alicubi Virgil.

——hic victor cestus, artemque repono.

Loquitur de Entello. Sic scorta, cum ad seniles annos perueniunt, Veneri speculum dicant. Ausonius:

Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se
Aeterna æternum forma ministerium.
At mihi nullus in hoc vsus, quia cernere talem
Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.

Ægrè ferunt enim rugas contractas, amissamque formæ gloriam, quam diu in speculo erant intuitæ. Hinc Ouidianum illud 3. Trist.

Cumque aliquis dicet, fuit hæc formosa, dolebis.
Et speculum mendax esse querêre tuum.

Idem ferè auctor de medicamine faciei:

Tempus erit quo vos speculum vidisse pigebit,
Et veniet rugis altera caussa dolor.

Id & attingit ad Ligurinum Flaccus lib. 4.

Dices heu, quoties te speculo videris alterum:
Quæ mens est hodie, cur puero non eadem fuit?

De speculo multa passim leguntur. Amor, vt ait Euripides, φιλῆ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα, amat specula & crinium rusationem. apud eundem Electra damnat formæ lenocinium vsu quæsitum speculi, in matre Clytemnestra, absente marito Agamemnone:

Ἢ ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξίσκεις κόμης.

Quæ flauos orbes crinium ad speculum studiosè componebas: Sed & Ouidius, tenerorum doctor amorum, eleg. 14. lib. 1. ad amicam.

Quid malè compositos quereris perüsse capillos?
Quid speculum mæsta ponis inepta manu?

Ayuntamiento de Madrid

Vir gregis. *Vir gregis est aries.*] Virum gregis appellat arietem, vt primo Transformationum Ouidius:

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus

Virgilius etiam de Capro:

Vir gregis ipse caper.——

Et in Georgicis:

Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

Vide Macrob. lib. 6. cap. 6.

In amatores meretricum.

EMBLEMA LXXV.

VILLOSAE *indutus piscator tegmine capræ,*
Addidit vt capiti cornua bina suo,
Fallit amatorem stans summo in littore sargum,
In laqueos simi quem gregis ardor agit.

Capra

Capra refert scortum: similis fit sargus amanti.
Qui miser obsceno captus amore perit.

HOc de sargo pisce, qui si sit à laruato piscatore decept⁹, manifestè in eos torquetur, qui cæco turpique amore capti decidunt in obscenam personarum meretricū nassam, mentis errore nescio quo rati pulchrū esse quod pulchrū apparet, vnde conditionem nacti miseram eos diu & multū pœnitet. Quod discrimen vt virari tandem aliquando possit, adhibenda est cauatio diligens. Nam, vt nostrates dictitant, Prius nosse opus est, quàm amare, qui enim primò visam statim exardet, leuitatis non minimum præ se fert argumentum. Iudicio siquidem est opus & maturo consilio. Proinde bellè profectò Quid. De remedio amoris primo, qui vt illicitos excludit eiusmodi ignes, sic honestos probat: ait enim,

Sargus quid.

Quomodo à turpi amore cauendū sit.

Si quis amat quod amare iuuat, feliciter ardet,
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Capra meretricem significat.

Porrò Caprā referre meretricem ex eo patet, quòd morsu pestilenti maximè noceat germina enim peruestigat, quæ auidissimè depascitur: sic meretrix adolescentiæ potissimum cupida est, nimirùm ætas ea est, quæ ob imperitiam facilius decipiatur. Vnde non illepidè Nico Attica meretrix αἴξ, id est, Capra cognominata est, quòd Thallum adolescentem, qui in Atticam mel & caricas empturus aduenerat, abligurisset. Huc spectat dictum Architæ Tarentini, ἡδονὴ δελεαρ κακῶν, Esca malorum voluptas: qua homines capiuntur, vt hamo pisces. Vide Plinium sub finem cap. 59. lib. 10. Sed tibi factum satis iri puto, si consulas Ælianum De animalib. lib. 1. cap. 23. cuius verba huc conferre non piguit. φιλᾶσι πῶς τῶν ἁλόγων ἄγαν ἰσχυρῶς. ἔστι γοῦν πλησίον τῆς λίμνης νεμόμενον ἡ σκιαμπὶς ἢ δυτίρας ἐν τῇ θαλάσσῃ φανῇ. οἶδε ἀσμένως προσνέουσι καὶ ἀναπηδῶσιν, ὡς ἡδόμενοι καὶ προσάψασθαι τῶν αἰγῶν ποθοῦσιν ἐξαλλόμενοι, καίτοι ὀπάσσοντι ὄντες ἀλτικὴ πλωάλλως. νηχόμενοι δὲ καὶ ὑπὸ τοῖς κύμασιν, ἅμως τῶν αἰγῶν ἐσμῆς ἔχεσθαι ἀΐσσουσιν, καὶ ὑφ' ἡδονῆς προσιλάθων ἐπ' αὐτὰς σπεύδουσιν, ἐπεὶ τοίνυν εἰς τὰ προφερόμενα δυσέρωτες εἰσιν, ἐξ ὧν ποθοῦσιν, ἐκ τούτων ἁλίσκονται. ἁλιεὺς γὰρ ἀνὴρ αἴγιος δοκῶν ἑαυτὸν πείθεται σὺν αὐτοῖς τοῖς κέρασι δορέσας αὐτὸς, λαμβάνει δ' ἄρα τὸν ἥλιον κατὰ νότον ἐπιβουλεύων ὁ θηρατὴς τῇ ἄγρᾳ, εἶτα καταπάτ]ει τῆς θαλάσσης ὑφ' ἣν οἰκοῦσιν οἱ προειρημένοι, ἅλφιτα αἰγείῳ χρωμῷ διαβραχόντα. ἐλκόμενοι δ' οἱ σαργοὶ ὡς ὑπὸ τινὸς ἀγγοῦ τῆς ἐσμῆς τῆς προλεγομένης, προσίασι καὶ σιτεύονται μὴ τῶν

Locus Æliani, est typus huius Embl.

Ayuntamiento de Madrid

ἀλφίτων, κηλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς θορᾶς βλεπόμενοι. ὡς αἶγες, αἰρῶνται δὲ αὐτῶν πολλοὺς ἀγκίστρῳ σιλφῷ. Quorum verborum hæc est sententia: Capras sargi admodum amant. Cùm enim vmbra quædam appareat earum caprarum quæ secundum littus pascuntur, statim præ lætitia gestiunt, & quantum maximè possunt, adnatant: & quanquam salire non possunt, tamen salire nituntur, sed frustrà tamen. Caprarum odorem percipiunt, etiamsi in fluctibus versentur, quæ caussa est vt accedere ad capras in primis affectent. At cùm in suo amore sint adeò infelici nauisidere, earum caussa capiuntur quas tam depereunt. Piscator enim caprina indutus pelle cum cornibus, insidias struit, sole relicto à tergo: atque farinam iure caprino, madefactam in eam deiicit partem maris in qua sargi sunt: quo illicio odoris capti sargi accurrunt, farinam degustant, & maximè detinentur eius pellis caprinæ odore quem sentiunt. Ex his itaque piscator multos valido hamo capit, &c. Ad id argumenti copiosiùs illustrandum repetēda est pulcherrima Socratis disputatio cum Aristippo 2. Commentariorum Xenophontis, & colloquium eiusdem Socratis cum Theodota, lib. 3. Constat autem hìc alludi ad Platonicum hoc, ἡδονὴ δέλεαρ κακῶν: voluptas malorum esca.

Villosæ indutus tegmina capræ.] Hoc mutuatus est ex Moreto Virgiliano:

——— *& cinctus villosæ tegmina capræ.*

Simus grex. *In laqueis simi quem gregis.*] Sargus capræ amore detentus, & mentita caprę forma delusus illaqueatur. Simum gregem pro capris dixit, eodem enim epitheto vsus est Poëta 10. Egloca:

Dum tenera attendent simæ virgulta capellæ.

Citantur & hi versiculi Nævij Ægisthо:

Tum autem lasciuum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classium lustrat.

Laqueo amorem significari docuit Pierius, & Venerem vinculo. quo sensu Virgil.

Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum.

Ouid. appositissimè:

Dum cadat in laqueos, captus quoque nuper amator
Se solum thalamos sperat habere tuos.

Obsceno captus amore perit.] Imitatus & mutuatus est Ouid. illud Fastor. 2.

——— *cæco captus amore furit*

De Sexto Tarquinio loquentis.

Cauea

Cauendum à meretricibus.

EMBLEMA LXXVI.

SOLE ſatæ Circes tam magna potentia fertur,
Verterit vt multos in noua monſtra viros.
Teſtis equûm domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atque Ithaci poſtquàm vina bibere ſues.
Indicat illuſtri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quiſquis amat.

HOmerus Odyſſeas *x* ait, ſocios aliquot Vlyſſis, qui miſſi ab eo fuerãt exploraturi Circæas ædes, virga percuſſos à Circe, epotoque pharmaco venefico ſtatim in porcos eſſe trãſformatos. Quo figmento effingitur meretricis & libidinis fœdę typus. Ea enim ſuis præſtigiis humanas illas cogitationes & natura

Vlyſſis ſocija Circe in belluas transformati.

Ayuntamiento de Madrid

turales motiones (quæ ὁρμαὶ Græcis dicuntur) in homine tumultuantes vitiat, & mutat in deterius, cùm scilicet in naturam quasi belluinam abeunt. Per Vlyssem autem qui nullo veneficio à pristina forma dimoueri potest, mentē animæ ducem, intelligimus. Quod sic ad veterū mythologorum sensum expressit vir industria & ingenio nulli penè secundus Erasmus: Quid innuit Circes fabula veneficiis homines vertentis in feras, nisi eos qui nequaquam ratione ducūtur, id quod hominis est proprium, sed totos sese dediderūt turpibus affectibus, iam præter hominis vocabulum nihil hominis habere, sed ad pecudum de generasse naturam, putà libidine in vrsos, somnolentia ignauia que in sues, ferocia in leones, atque ita de consimilibus? Quid Vlysses, qui solus poculo epoto, virgaque monstrifica percussus, non est mutatus, nisi firmum illum & constantem sapientis habitum, qui nec frangi terroribus, nec vllis affectuum illiciis ab honesto potest abduci? Sūt verò qui dicāt rei veritatem ex eo esse inspiciendā, quòd Circe meretrix, quos sibi amore turpi deuinxit, effeciisse tandem prædatores, viarum obsessores & homicidas, nempè quibus nihil superesse ad vitā miserā sustinendam; quę vitia cùm potiùs ferarum sint quàm hominū, rem totam lepido & commodo schemate Homerus, & alij nonnulli è veteribus adumbrarunt. Cui sententiæ subscribit Palladas lib. 1. Græcor. epigr. his verbis:

Socij Vlyssis qui.

Vlysses quid.

Circe meretrix.

Τῷ κίρκῳ ὅ φημι, καθὼς ἔδηκεν ἔμυξεν,
Ἀντ' ἀνδρῶν ποιῆν ἢ σύας ἢ λύκους,
Τοὺς αὐτῇ προσιόντας ἱταίρα δ' οὖσα πανοῦργος,
Τοὺς δηλιαδύντας πλωχατάτους ἐποίη.
Τῶν δ' ἀνδρωπείων ἀπορυλάσσασα λογισμῶν,
Εἰ τ' ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχοντας ἔτι,
Ἔτρεφον ἔνδον ἔχουσα, δίκλω βίων ἀλογίστων.
Ἔμφρων δ' ὢν ὀδυσεὺς πλὴν νεότητα φυγών.
Οὐχ ἑρμῆ, φύσιας δ' ἰδίας δῶρημα λογισμὸν
Εἶχε γοητείας φάρμακον ἀντίπαλον.

id est,

Non, vt Homerus, ait tristi medicamine lectos,
Hospitio Circe reddidit ipsa sues:
Pauperior sed quisquis erat diceßit ab illa:
Nam meretrix quodam pernicioſa fuit.
Exutosque sua prorsus ratione maritos
Formice continuit, non secus atque feras.
Et tamen hanc strenuè delusam spreuit Vlysses,
Insigni rerum conditione valens.

Mer

Mercurioque datam nec fas est credere moly,
Ille sed ingenio reppulit vsque dolum.

Quinetiam nemo non videt eôdem recidere Horatij carmina 1. Epistolar.

Sirenum voces & Circæ pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis & excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Xenophon 1. ἀπομνημονευμάτων, Socratem ait in conuiuiis, ad quæ non nisi coactus accedebat, parcissimè cibū capere solitū, iocoque vsurpare multis eiusmodi appositis cibis, Circē homines transformasse in sues: ipsum autem Vlyssem mutari nō potuisse consilij Mercurij memorem, & astinentia ipsummet sua per vtentē. Ad hæc παροιμίας. Non parū illustrabit hoc Emblema, Plutarchi Dialogus, quo Grillū disputantē facit. Idē ἐν γμικοῖς παραγγελμ. sic habet: ἡ διὰ τῶν φαρμάκων, θήρα, ταχὺ μὲν αἱρεῖ καὶ λαμβάνει ῥᾳδίως τὸν ἰχθὺν ἄβρωτον δὲ ποιεῖ καὶ φαῦλον. ὅπως αἱ φίλτρα τινὰ καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμενοι τοῖς ἀνδράσι καὶ χρῶνται δι' ἡδονῆς αὐτῆς, ἐμπλήκτοις καὶ ἀνοήτοις καὶ διεφθαρμένοις συμβίοις. ἀδ' γῦν τῶν κίρκων ὤνησαν εἰ καταφαρμακευθέντες, ἃ ἢ ἐχρήσατο πρὸς ἀδὴν αὐτοῖς ὑσὶ καὶ ὄνοις γενομένοις τὸν δ' ὀδυσσέα νῦν ἔχοντα καὶ σωθέντα φρονίμως, ὑπερηγάπησον. id est, Vt pisces quibusdam medicamentis celeriter capiuntur, sed esui tamen fiunt inutiles: ita mulieres, quæ amoris poculis & veneficiis viros captant, voluptatéque in suam potestatem redigunt, stupidos eos, amentes & deprauatos vitæ socios deinceps habēt. Ij enim nihil Circæ profuerunt, quos veneficio mutauerat, neque ad vllam rem iis vsa est, cùm in canes & asinos degenerassent: Vlyssem autem prudentem virum, prudenterque secum versantem, omninò dilexit. Præclarus Plutarchi locus.

Exemplum prius eorum qui à Circe in belluas conuersi sunt, absolui. Alterum est Pici equûm domitoris. Picum Saturni filium facit Æneid. 7. Virgil. & Ouid. 14. Metamorph. Rex fuit Latij, & ab vxore Circe in auem sui nominis conuersus. Quod fingi creditur, quoniam primus hac aue in auspiciis vsus est, quodque augur fuerit: quod à Seruio est annotatū. Sed id meliùs, & ad hunc locum opportuniùs referemus ad animi leuitatem & inconstantiam quæ ex turpi amore contrahitur. Tertiū exemplum fuit appositū in Scylla, de qua iam superiùs à nobis dictum satis. Hîc tamen speciatim conuertitur ad meretriciam turpitudinem, quæ vt supernè faciem virgineam ostentat, ita Picus in auem mutatus. Scylla.

quæ

Ayuntamiento de Madrid

quę ad exitium miſeriamque certiſſimā præcipites agant, quotquot amore turpi capiuntur. Quæ omnia eò ſpectāt, vt quiſque virtutis & honeſti ſtudioſos impudicarū mulierum dolos præſtigiasque omnes declinet; intelligatque, quod Cicero ait, corporis voluptatem non ſatis dignam eſſe hominis præſtātia, eāque vt belluarum propriam contemni ac reiici oportere.

Sole ſatæ Circes.] Ouid. initio 14. Metamorph.

Circe filia Solis.

Sole ſatæ Circes, variarum plena ferarum.] Teſtis Higinus. Filiam autem Solis habitam propter herbarum ſcientiam, quæ radiis Solis vim & incrementum capiunt, credibile eſt. Fabulæ huius meminere Diodor. lib. 4. Plin. variis locis D. Auguſtin. 18. De ciuitate, cap. 17.

Teſtis equūm domitor Picus. [Sic Virgil.

——ancile gerebat
Picus equūm domitor, quem capta cupidine coniunx
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis
Fecit auem Circe, ſparſitque coloribus alas.

Et rationem animi.] Ideò mythologici Venerem ἀφροδίτην, quaſi ἀφροσύνην, id eſt ſtultitiam & mentis priuationem interpretantur. Propiùs alluſit 2. de laudib. Stiliconis Claudianus:

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circæus effeminat acriùs herbis.

M. Tullius prima Verrina (vt hoc quaſi per tranſennam) alluſit ad hanc poëticam fabulam: Eſt adhuc id quod vos omnes admirari video, non Verres, ſed Q. Mutius. quid enim facere potuit elegantiùs ad hominum exiſtimationem? æquiùs ad leuandam mulieris calamitatem? vehementiùs ad Quæſtoris libidinem coërcendam? ſummè hæc omnia mihi videntur laudanda: ſed repentè veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus eſt Verres: redit ad ſe, atque ad mores ſuos, &c.

Amu

Amuletum Veneris.

EMBLEMA LXXVII.

INGVINA dente fero ſuffoſſum Cypris Adonin,
Lactucæ foliis condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca reſiſtit,
Quantum eruca ſalax vix ſtimulare poteſt.

Lactucæ vis.

ATheuæus Dipnoſoph.2.cap.32.rationem affert,cur dicatur Venus Adonidem ab apro interemptum lactucæ foliis occultaſſe(quod alij tamen de Phaone Leſbio tradidere, vt retulit in hiſtoria Poëtarum Lil.Gyraldus) quòd nimirùm,qui lactucis aſſiduè veſcuntur, hebetiores fiant, ἀφὶ ἀφροδισίων,& ad libidinem minus idonei : lactucam enim frigidam eſſe, iam in ſuperioribus docui ex Plinio.Venus itaq; fingitur emortui Adonidis

BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid

nidis genitalia lactucis recondere, vt moueatur libidinem turpemque voluptatem ciborum moderatorum vsu sopiandam & reprimendã esse. Nihil enim æquè conducit ad motus illicitos cohibendos, quam victus ratio temperata. Ouidius inter alia, quæ de remedio amoris scripsit, vt à quibusdam cibis abstinendum esse monet, sic quosdam esse tutò adhibendos suadet, his quidem verbis:

Victus ratio quid conferat.

Ecce cibos etiam (medicinæ fungar vt omni
Munere) quosfugias, quósve sequare dabo.
Daunius an Lybicis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum est vitare salaces,
Et quicquid Veneri corpora nostra parat:
Vtilius sumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Sed & ex nimia ciborum copia turpem amorem excitari Phocylides testatur.

Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάσων ἐφ᾽ ἁπτοῖσιν ἔνειαι,
Ἢ πολλὴ δ᾽ τρυφὴ πρὸς ἀφέτρους ἐλκεῖ ἔρωτας.

Adonis. *Inguina dente fero, &c.*] Fabulã Adonidis ab apro interempti Ouid. sub finem 10. Metamorph. descripsit, nec tamen huius mysterij meminit. Hanc attigit & Augustus. De ciuit. 6. c. 7. terum que illud ad Physicen retulit Macrob. 1. Saturn. cap. 21.

Cypria venus. *Cypris.*] Venus, ab insula Cypro ei sacra, libidini deditissima. Polydor. Virgil. lib. 3. cap. 17. De inuentorib. rerum, post Iustinum Martyrem, Euseb. Lactant. & alios sexcentos retulit.

Aruum genitale. *Genitali aruo.*] Hic aruum genitale pro virilibus & pudendis posuit, quòd sint generationis instrumẽta, vt Virgil. 3. Geor.

Hæc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblinet mertes.

Loquendi eandem formulã non est aspernatus August. libr. 18. cap. 23. De ciuitate Dei: Sed voluntati, inquit, membra illa vt cætera cuncta seruirẽt: ita genitale aruum vas in hoc opus creatum seminaret, vt nunc terram manus, &c. sic aruum genitale, κῆπον Græcis, Latinè hortus dicitur.

Lactuca resistit.] Consule Plinium. Dionys. Cassius lib. xii. De agricult. cap. 13. Cocta, ait, coitum auertit. Vnde Pythagorici ipsam eunuchum appellant. Martial. 13. palumbes torquatos reprimere Venerem tradit:

Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi:
Non edat hanc volucrem qui volet esse salax.

Inuio-

Inuiolabiles telo Cupidinis.

EMBLEMA LXXVIII.

Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem
Diripiat magicis artibus vlla tuam:
Bacchica auis præsto tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucem & cauda, & geminis vt complicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit,
Dicitur hoc Veneris signo Pagasæus Iason
Phasiacis ladi non potuisse dolis.

ARtificiale est in Venereos motus, & præstigiarum laqueos amuletum; cuius tamen rei fides penes auctores esto. Pindarus Ode 4. Pythiorum, auctor est, Motacillam à Venere primùm è cœlo ad homines deportatam, & Iasoni traditam, vt

Motacilla Iasoni à Venere tradita.

Ayuntamiento de Madrid

Medeam alliceret. Hanc autem auiculam aiunt veneficis mulieribus ad incantationes esse perutilem: eam namque accipiũt trocho, & rota quadam alligant, quam in orbem voluũt præstigiatores, & noxia verba immurmurant. Alij, quòd exempta viscerum interanea orbiculo appendunt, vnde prouerbio apud Græcos vulgato, Iyngem hi dicantur habere, qui veluti quibusdam præstigiis homines ad amorem pertrahunt. Noster Alciatus ex Homero scholiastis cuibusdam, extulit quod hic ectostitcho tradit; nimirùm ad arcẽdas amoris illecebras (quo nullum exitialius aut furiosius præstigium) adhibendam esse motacillam humano stomacho, quæ disponatur inter binos circulos sese quasi intersecantes. Sanè nunquam mihi persuasero virum doctissimum, & rerum multarum cognitione insignem, id aliis communicasse vt rem veram & seriam; & vt crederet tantã esse amatorij philtri vim, vt mentis humanæ libertatem sic cogere, aut torquere vel flectere eo tandem modo posset. Sed tamen profectò non ausim diffiteri, pleráque esse remedia ex bonis auctoribus petenda, quibus effrenata & indomita penè amoris huiusce petulãtia cohiberi, aut etiam sopiri queat. At verò quis tam excors erit aut stupidus, qui furorem illum Cupidineum insigni hoc præstigio coërceri posse dixerit, & fascino quodam cupidines mentem occupantes exturbari? Viderint alij, quibus amatoria Ouidiana quandoque placuerint impensius: tamen ipsemet extulit & verius, & quidem salubrius:

Iynx.

Præstigiũ amoris præstigio non pelli-tur.

Ardet & assuetas Circe tendebat ad arces,
Nec tamen est illis attenuatus amor.
Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,
De me veneficijs carminibúsque fidem.

Idem loco alio verè & disertè amorem non conciliari magicis artibus docet:

Fallitur Aemonias siquis decurrit ad artes,
Dúmque quod à teneri fronte reuellit equi,
Non facient vt viuat Amor Medeides herbæ,
Mixtáque cum magnis Marsa venena sonis.
Phasias Aesonidem, Circe tenuisset Vlyssem,
Si modo seruari carmine posset amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.
» *Sit procul omne nefas: vt ameris amabilis esto:*
» *Quod tibi non facies, solúue forma dabit.*

Sed miseri homines amore perculsi graui, cùm re amara statim

tim potiri nequiuerunt, ad artes magicas & amatoria pocula perfugium habuêre, res in primis noxias & exitiales. Constat enim Lucretium poëtam, Antiochum, Caligulam in furorem versos sumptis hisce philtris, quemadmodum & Lucullũ, aliósque nonnullos. Cæterùm nullum perinde remedium est efficax ad turpes hosce motus sedãdos, quàm studio & labori cuipiam honesto sese prorsus dedere: sic enim fiet, vt clauus clauo pellatur. Cùm enim perspicuum sit, amorem hûc non nisi in animos luxu & otio fractos irrepere, nullo planè modo auelli potest, nisi accedat labor aliquis & anxietas, quæ sua molestia innatas amoris maculas oblinat. Ouidius: Remediũ efficax in amorem.

Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes:
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.

Quid si amuletum certius, & profectò salubrius huc apposuero, nempè vt iuxta D. Pauli consilium, carnem cum vitiis crucifigamus? Iste erit diuinus & cælestis ἀντίρρως, qui terrenum illum & in hac corporis compage delitescentem ἔρωτα, robore validiore conficiet. Hoc vnum captiuarum animarum amuletum satis erit ad turpia omnia libidinum motuúmque genera frangenda.

Bacchica auis præsto tibi motacilla.] Auicula est plumis discoloribus, prælongo collo, lingua exerta, colore vario, motu crebro se circumagens, & ceruicem in orbem flectens: vnde & σεισοπυγίδα vocant, seu σείουραν, aut κίνκλουρον, vt apud Hesychium, Latinis Motacilla, Gallis *bergeronnette*, aut *ballequeuë*, à caudæ motu, seu cauda tremula. Varro meminit De lingua Latina: Sic Galerita & Motacilla: altera quòd semper mouet caudam. Non me tamẽ fugit, quòd pluribus verbis contendat Baptista Pius, Annotat. post. c. 3. Motacillam, & Iyngem pro vna & eadem accipi non debere, idque contra Seruij & Gazæ opinionem. Certè ἴυγξ, Iynx, ea est quæ Gallicè *turcot*, auis paulò maior fringilla coloris varij: cui collum circumagitur, lingua serpentibus similis, prælonga (qua exerta formicas attrahit, vnde formicula dicta quibusdam Italis) vngues vtrinque bini. Quæ autem hæc auis sit, repete ex Arist. 2. De hist. animal. & Plin. 11. Lege prouerb. Iynge trahor. Adhæc cur Motacilla dicatur auis Bacchica, rationem auctores non reddunt. Hesychius quidem Bacchum ἰυγγιὰν cognominatum ait, quia (ni fallor) ad Venerem inflammet immoderatus vini vsus. Fortasse Bacchus ἰυγγιὴς appellatur, quòd vinum homines ad se Iyngis instar alliciat, ac si dicamus, illecebrosum, Motacilla quæ auis.

Ayuntamiento de Madrid

vel meliùs etiam Iynx à Pindaro dicitur μανὰς, non quòd Bacchi sit auis, sed quòd furorem inducat.

Quam quadriradiam.] Pindari est istuc; nam τετρακτύαμονα eã, de qua hîc agitur, auem nominat. i. quadriradiam.

Amuletum.] Remedium aduersus veneficia, malaque medicamenta, ab amoliendo: ἀποτροπαῖον, ab ἀποτρέπειν amoliri, depellere, quod verbum frequens est Plinio.

Pagasa. *Pagasæus Iason.*] Falluntur qui legunt *Pegasæus*. Iason autem dictus est Pagasæus à Pagasa Thessaliæ vrbe, iuxta quam Argo nauis fabrefacta: quam etiam Ouid. 7. Metamorph. principio Pagasæam puppem nominat. Idem 8.

—Auctor teli Pagasæus Iason.

Et Fastorum 1.

Passus idem Tydeus, & idem Pagasæus Iason.

Lucan. 2.

Vt Pagasæa ratis peteret cùm Phasidos vndas,

Phasiacis dolis.] Incantamentis Medeæ, quæ à Poëtis cognominatur Phasias, à Phasi Colchorum fluuio. Ouidius De arte:

———Maritum
Barbara per natos Phasias vlta suos.

Lasciuia.

Ayuntamiento de Madrid

Lasciuia.

Emblema LXXIX.

Delicias & mollitiem mus creditur albus
Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
An quod ei natura salax & multa libido est?
Ornat Romanas an quia pelle nurus?
Sarmaticum murem vocitant plerique Zibellum;
Et celebris suaui est, vngüine muscus Arabs.

Ornatus matronarũ nimius. Mus albus.

PErstringit mollitiem & lasciuiem nobilium quarãdam matronarum, quæ ad corporis ornatum ostentent raras pelliculas animalculorum, nempè muris aranei, æluri Zibellini (feris libidinosissimi) & præterea vtantur suffitu musci Arabici. Sanè de muris salacitate multa sunt à plerisque scriptoribus

Ayuntamiento de Madrid

tradita. Hinc enim illud Martialis:

Nam cùm me murem, cùm me tua lumina dicas.

Opici mures dicuntur Iuuenali salaces, libidinosi, obscæni, a spelunca quam Græci ἔπαν, id est foramen, cauernam, vt D. Augustin. tradit quæst. in Exod. lib. 2. Sic enim obscænitatis parte per cauernam interdum argui docet Ausonius in epigrāmat

Deglubit, fellat, molitur per vtranque cauernam.

Legi Messalinam portentosæ libidinis mulierem ab Epicra dictam este Myconiam, quasi dixeris murinam. Adhęc nonnu li feminam salacissimam per æluri feminæ simulacrum figura dixerunt, propter animalis ingenium: cogunt enim mares a coitum feminæ, ipsæque puniunt, nisi pareant. Cæterum mu-

Muscus Arabicus.

scum Arabicum circumferunt, non modò matronæ principes sed & aliæ gradu longè inferiores: tantáque in iis est & cul tuum, & suffituum varietas, vt fermè ignorent voluptatem qu inde capi possit, quòd in his assiduè versentur, quibus nemp perspectum non est quod Satyricus ait, voluptates ex vsu ra tione commendari. Cur autem mulieres suffitu & suauissimi odoribus vrantur, hanc esse causam aiunt, quòd totę sint vene reæ. Itaque Poëtæ Græci Venerem nusquam loco egredien tem fingunt, nisi odore aliquo exquisitissimo relicto ad suam præsentiam declarandam: adiiciunt præterea suffitus omnes ci se salaces. Muliebres ornatus ridet taxátque Lucianus in Amo ribus, Iuuenalis Satyra 6. & vberrimè Plautus in Pœnulo: item Ælian. 1. De varia historia.

Mollitiem mus creditur albus arguere.] Lege Prouerb. Erasm. Mus albus: in lasciuum & libidinis immodicæ hominem.

Zibellus.

Nurus] Matronas, nomē specialius pro cōmuni, σωικεχωρη

Sarmaticum murem, &c.] Zibellus à quibusdam mus Sarmaticus appellatur ad Alciati mentem, quòd è Sarmatia aduchatur: dicitur & Ælurus, de quo lege capit. 10. lib. 12. Ælian. De animalium histor. Sed non à mure musc um dici, at potius ab vmbilico capreoli censent eruditi homines.

Muscus Arabs.] Dicam obiter, Romanos olimin obsidione Veiorum pellibus tectos hiemare cœpisse, vt est apud Liuium lib. 5. sed hæ pelles rudiores erant, vt seculum vnde fuit, quas nulli alij vsurparent in vrbe. Constat tamen pellium vsum postea in vestitū irrepsisse: quod Seneca testatur in epistolis, quo loco mentionem facit pellicularum vulpiū, muriúmque, quas Zibellinos atque Armelinos plerique nuncupant: tametsi Zibellini maiores sint, quàm quibus murium nomen conueniat.

Desidia

Ayuntamiento de Madrid

Desidia.

EMBLEMA LXXX.

DESIDET *in medio Essæus, speculatur & astra,*
Subtus & accensam contegit igne facem.
Segnities specie recti velata cucullo.
Non se, non alios vtilitate iuuat.

QVamquam id non incommodè torqueri posset in eos, qui concreditam sibi eruditionis & ingenij dotem aliquã excellentem miserè negligunt, idque non referunt ad vsum, cuius potissimum gratiã norunt sibi esse demandatum & commissum à summo & præpotenti bonorũ omnium auctore Deo, tamen, nisi me fallit animus, videtur hoc reuera totum esse in desides quosdam cœnobitas, qui θεωρίας imaginem aliquam professi, ignauiæ situ ærugine teruntur: literas aspernantur, Quorundã cœnobitarum desidia.

Ayuntamiento de Madrid

aut certè non magni faciunt, quanquam alioqui valeant ingenio & non parua naturæ dexteritate : iners omninò genus, & fruges cõsumere natum, & ex tertio illo hominum genere quod assignat Hesiodus, meritò dixerim, cùm nec sibi nec aliis commodum aliquod referant. Quod ipsum tamen velim æquis auribus accipi, non enim is sum qui ausim aut etiam velim carpere instituta illa vetera primùm quidem à sapientissimis inducta patribus, nostræ pietatis Christianæ antesignanis & vindicibus, quorũ tanta est apud nos auctoritas, vt inuerecundũ esset, ne dicam impium, eorum vitam, pietatem, doctrinam, fidem non probare, non colere, non amplexari. Vt ergo aperte dicam quod sentio ea de re : hic ab Alciato, à me, ab aliis etiã quibus simplex miniméque fucatus est animus, nullo modo reprehenditur monachorum institutum & regula, sed multorum ex iis otium, ignauia, imperitia notatur; quippe qui eo nomine pessimè de se déque aliis mereantur. Iacteni ij quantumuis sui ordinis suarúmque legum antiquã dignitatem & sanctimoniam: nisi enim se similes iis præstiterint, qui laboribus, vigiliis, studiis, ieiuniis, omni denique patientiæ laude Christianum nomen auxerunt & amplificarunt, non video qua ratione digni habeãtur eo, quod fuit honorificum apud priscos, monachi nómine, quod illi sua vecordia & inertia, ne quid dicam grauius, contemptum reddunt. Vtinam verò vt continuò solent insolescere ob veterum illorum patrum admirabilem toti posteritati religionem, ita eorundem vitæ institutum æmularentur: non enim misero & infelici otio se ita dederent, vt δὶς διὰ πεντῶν abessent ab iis quos ad piæ vitę religiosæque institutionem se imitari dictitant. Sed ne abeam longius, quid laboriosius excogitari, quid sanctius, quid diuinius in terris fingi aut audiri potuit, quàm fuit illa verè ac meritò laudata priorum monachorum vitæ ratio? quod purius aut vbërius olim ecclesia seminarium clarorũ virorum habuit, quàm quod à cœnobiis, mandris illis & eremis ductum fuit? Nunc verò Deus optime! quàm absumus à prima illa canáque religione, cùm qui seuerioribus institutis sese obligent, non tam pietátem quàm otium, non tam solitudinem meditandique de rebus diuinis opportunitatem, quàm desidiosam vitam sibi proponant. At id quidem certè pluribus exaggerare videtur esse nõ modò superuacaneum, sed & intempestiuum; quandoquidem notius sit, quàm vt confirmare habeam, ne videar iniqui us in eos debacchari, quos ad meliorem frugem reuocare laboris esset infiniti; & penè ἀδυ-

VERTIV.

Ayuntamiento de Madrid

κακὸν: admonere intempestiuum & quidem importunum: reprehendere, prorsus odiosum, & perinde non omnibus gratum: Hac enim tempestate sic omnia sunt exulcerata, sic lubrica & peruicacia, vt quoquò te vertas, vel etiam nolens, experiaris te per ignes incedere suppositos cineri doloso, & quicquid in eiusmodi quorundam hominum negotio velis attingere, vlcus & vomicam citissimè deprehendas, adeò sub omni lapide dormit scorpius. Itaque satius esse duco malum bene conditum non mouere, & huius ordinis viros bonos (quos tametsi paucos & colendos, & exosculandos esse puto) à malorum fœce semper abstrahendos & eximendos vnicè volo, ne errore quodam populari pro vitio virtus crimina sæpè ferat.

Desidet.] Cicero proindè in Verrinis dixit per Metaphoram ignauis consentaneè: Quid sedes Verres? quid spectas? Idem in Pisonem: An potest vlla excusatio esse, non dico malè sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo Reip. motu consuli? Eodem sensu Hesiod. ait, spem non bonam, virum indigentem tenere, sedentem in taberna, cui victus sufficiens non sit: Desidere.

Ἐλπὶς ἀνὴρ ἀγαθὸν πεπνυμένον οὐδὲν ὀνίσσῃ,
Ἥμενον ἐν λέσχῃσι μιῆβι ὀφρὶ θέρηι.

Sed & Demosthen. 2. Olynth. Athenienſibus succenſet, eósque sedere dicit; & Philippi potentiam non attendere. Sic enim: ἀλλ' οἶμαι καθήμεθα, οὐδὲν ποιοῦντες, &c. Desidere in medio, pro ignaui signo superiùs posuit, in simulacrum Spei:

Cur in dolioli tegmine pigra sedes?

Itémque astra speculari:

Quæ Dea tam læto suspectans sidera vultu?

Lege Pierium Hieroglyph. lib. 56.

Essæus.] Essæi, Iudæi fuerunt, ab aliis vitæ seueritate, ieiuniis & institutis quibusdam differentes. De iis Philo Iudæus: Eusebius De præpar. euangel. & Philastrius in catalogo hæres. Essæi qui.

Accensam contegit igne facem.] Visus est mihi hic locus inter alios permultos dignus esse qui maiore cura studióque à nobis explicetur. Sed mihi ea de re cogitanti tam multa è multis & variis occurunt, vt verear ne quis me putet intemperanter abuti studio, aut etiam plerisque otiosus videri. Sed ad rem. Plutarchus 4. Decretorum de anima disputãs ex Democrito, ignitum quiddam esse ait ex naturis concretis mente perceptis, globosas ideas, quæ habeant igneam facultatem, idque corpus esse. Succurrit id Lactantij è 2. cap. 3. Quòd si anima ignis est, in cælum debet eniti, sicut ignis, ne extinguatur, hoc est ad Facem accensam tegere quid. & quid per ignem intelligitur.

Ayuntamiento de Madrid

immortalitatem quæ in cælo est, Virgil. in 6.

Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus.——

Hesiodus, & eius interpretes, ab ea opinione non recedunt, cùm aiunt Prometheum ignem cælestem clepsisse, quem simulacro à se confecto appposuit, vt animatū fieret, ea enim mē est, quæ molem agitat, & toto se corpore miscet. Quòd si quis forte putat, cur Hesiodus & ipse Maro dicant Iouem ad hominibus ignem remouisse, facilis est responsio. Vis enim & solertia humani animi difficilis est inuentu, quòd hebetiore ingenio simus: adeò nihil tam excellens & præclarum sine magno aliquo labore vita dedit mortalibus. Cōtegunt ergo cœnobitæ otiosi ac languidi facem accensam sub pallio, nullis actibus, aut studiis honestis animum applicantes, nulla sua industria ac diligentia notiones animi exerentes, vt non minus verè quàm rectè in eos id Plautinum conuerti possit,

Summa ingenia in occulto latent.

Ad ea quæ de igni vel ardenti facula iam dicta sunt, adiicerem lubens quæ Plutarch. disputat. Commentario, An rectè dictum, λάθε βιώσας: eo etiam qui est de cupiditate diuitiarum. sed maximè iuuat locus ille Problematum, quo ait, veteres obscuris vsos rationibus, potissimùm in rebus sacris, lucernam corpori animam continenti similem dixisse. Lux enim est, inquit, qui intus est animus, &c. Quòd si qui monachi, vt sunt ex iis quidam boni viri, sed non satis eruditi, dicant id à paganis auctoribus malè detortum, ne videar verbo molestus, quippè qui fausta omnia illius precari non desino, euoluant quæso diligenter magni ac sancti viri Chrysostomi Christianam sententiam, ad illum sacri Euangelij locum, *Luceat lux vestra, &c.* Hunc enim Chrysostomum iudicem honorarium si admiserint, nihil dicam amplius, caussa dicta est.

Subtus accensam facem contegit.] Petitum id è Socratis apophthegmate: ὅτι πῦρ ἱματίῳ περιστελλαι δύνατον, ὅτι αἰσχρὸν ἁμαρτημα χρόνῳ: Neque ignem veste nec turpe aliquod delictum tempore occultare possibile est. quò refero adagium. Sub tunica & sinu, de iis quæ occultè fiunt, non palàm & in propatulo. & Manum habere sub pallio, pro eo quod est, languere otio.

Non se, non alios iuuat.] Proinde ex tertio illo genere hominum, quod Hesiodus assignat, Cicero 2. Offic. Quamobrem contemnūtur ij qui nec sibi nec aliis prosunt, vt dicitur in quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Lege prouerb. Nec sibi nec aliis vtilis.

Pest

Desidiam abiiciendam.

EMBLEMA LXXXI.

Quisquis iners, abeat, nam in chœnice figere sedem
Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.
Surge igitur, duróque manus assuesce labori,
Det tibi dimensos crastina vt hora cibos.

ADhortatio est ad laborem, sumpto argumento ex paroemia Pythagorica, qua præcipiebat chœnici non esse insidendum: cuius explanationem malumus ab ipso Alciato repetere (cùm sit obuius locus) quàm ab aliis quibusque tametsi doctissimis, emendicare, vt sumus initiò polliciti. Sic itaque ille 1. Parergón cap. 17. Sciendum est, inquit, apud Athenienses fuisse mensuram tritici, quantum quisque vno die comederet, erat ea & maior libra, vocabaturque chœnix, vel μέτρον, vt interpres

Chœnici non insidendum, quid.

Ayuntamiento de Madrid

terpres Aristophanis ait. pendebat autem earum drachmas ci, hoc est septem & viginti vncias Græcas; vt Iulius Pollux, & Nicandri interpres scribit: nostra autem mensura sesquilibram: eius chœnicis dimidium drachmarum 75: libra seu libella dicebatur, vt Rhemnius Palæmon ostendit eo carmine:

Attica non minor est, ter quinque hanc denique drachmis,
Et ter vicenis tradunt explerier vnam.

Igitur iubet constitutio duas libellas, id est chœnicem victualis substantiæ custoditis præstari: quod etiam olim fieri solitum ostendit Pythagoræ symbolum, *Super chœnicem non esse sedendum*: id est, non debere quenquam præsenti cibo esse contentum, sed potius aduersus legem Euangelicam de crastino solicitari. Sic & Corinthij χοινικομέτραι dicti; quòd pluribus seruis abunderent, quibus demensum, seu, vt in Euangelio Lucæ dicitur, τὸ μετρούμενον quotidie præstandum erat. Id singulis mensibus erat apud Romanos quaterni modij; vt scribit in Phormione Terentiana Donatus. Hactenus Alciatus. Hoc itaque prouerbio docebat Pythagoras; non oportere per inertiam & otium, cibum alienum sectari, sed sua quemque industria debere sibi facultates comparare, quibus vitæ mundicie cõsulatur. Proinde meritò Respub. omnis liberaliter instituta segnes & laborum osores expellit & execratur. Institutum celebre laudatur Athenienſium (profectum illud quidem ab Indis & Ægyptijs) quo inertia & otium iudicio publico damnabantur. Nam singulis annis statóque tempore ciues in iudicio sistebant, exposituri, quo quæstu, quaq; arte viuerent. Et Corinthij Periandri hunc more instituit, vt si quẽ splẽdidius obsonari animaduerterent, exquireret vndẽnã sumptus ille suppeteret: si esset vnde illud vitæ genus tueri posset, sinebant vti: si facultatũ modus non esset, iubebant hominem moderatius viuere: ni dicto esset audiens, mulcta damnabatur, at si nihil omninò haberet, nihilominus ita splendidè viueret, curabant interfici, quia hunc furẽ esse, aut prædatorem, aut calumniatorem necesse esset. Ea fuere veterum instituta, hi mores: sic enim censebant ignauum & pullius frugis hominem indignum esse qui vitæ commodis frueretur. Præclara se mihi offert oratio Tiberij in senatũ quã respondit M. Hortalo, nobili iuueni, cui inopi Augustus antè succurrerat, vt suum ordinem seruaret: sed postea cùm se, suosque liberos, quos multos habebat, sustentare non posset, Tyberium Cæsarem rogauit, vti noua liberalitate iuuaretur. Cui sic Tyberius: Si quantum pauperum est, venire huc, & liberis suis petere

tere pecunias cœperint, singuli numquam exsatiabuntur, Resp. deficiet. deinde, quod si ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit. Dedit tibi, Hortale, Diuus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec ea lege vt semper daretur, langueſcet alioqui industria, intendetur socordia, si nullus ex se metus, aut spes, aut securi omnes aliena subsidia exspectabunt, sibi ignaui, nobis graues. Corn. Tacit. 2. Annal. Refert Sabellicus, apud Florentiam patrio instituto in eos animaduerti, qui otiosè & ignauiter in ea ciuitate agunt. Expostulatus enim eorũ quispiam, vnde victum sibi comparet, nisi rationem possit explicare qua vitæ probet integritatem, vt sceleris conuictus plectitur, aut vt ciuitati pernicioſus eiicitur. Tale profectò debet esse ignaui hominis maléque feriati præmium, κοιμώμενον γὰρ ἀδοκήτως ἄξει, ait Plato: quo quidem innuit, eum numquam ad summam virtutis laudem peruenturum, qui duram & asperam illius callem numquam fuerit ingressus. Siquidem ὁ φεύγων μόλω, ἄλφιτα φεύγει. vnde meritò vt studiorum labores sequitur gloria, sic ignauiam contemptus & inopia comitantur.

Samij dogmata sancta.] Pythagoræ symbola oraculorum instar à priscis celebrata sunt. De his Plutarchus variis locis: quę symbola certatim à viris doctis exposita sunt. Ex veteribus nominãtur Anaximãder Milesius iunior, & Polyhistor, Alexander, quorum libris temporis iniuria perierunt. Plutarchus, Athenæus & Laërtius, non perpetua disputatione, sed hinc inde multa explicuerunt. Ex recentioribus Philip. Beroaldus, Erasmus, Phorcinus & Gregorius Gyraldus in ea re sedulam operam nauarunt. Pythagoræ symbola.

Duroque manus assuesce labori.] Verbum hoc, assuescere, frequentatiuum vel naturæ neutrius, pro actiuo malè vsurpari, me, non longè antè, monuit Fornerius, I. C. doctissimus vel aliud agens; cui ego, vt in cæteris assentior facilè, malim ergo dicere:

——*Duroque manus compone labori.*

Crastina vt hora.] Id est, dies crastinus: Synecdoche.

In

Ayuntamiento de Madrid

In facilè à virtute deſciſcentes.

EMBLEMA LXXXII.



PARVA velut limax ſpreto Remora impete venti
Remorumque, ratem ſiſtere ſola poteſt:
Sic quoſdam ingenio & virtute ad ſidera vectos
Detinet in medio tramite cauſſa leuis.
Anxia lis veluti eſt, vel qui meretricius ardor
Egregijs iuuenes ſeuocat à ſtudijs.

Inconſtantes. QVi ſunt ingenio lubrico & inconſtanti, mentem ſuam ab honeſto quodam inſtituto vitæ dimouerifacillimè ſinũ. Sic enim cum damno non leui cœptis rebus abſtinent, eáſque penitùs deſerunt, vel controuerſiæ, aut litis mouendæ tricis, & quas

quasi tendiculis auocati, vel quibusdã ille cebris amasiæ alicuius deliniti. Qua in re, vt in Glauci & Diomedis amorum permutatione, sentiunt tandem suo magno malo quàm periculosum sit, & quidem alienum à recta mente, Philosophiæ septis auocari, vt rei vel leuiculæ, vel etiam flagitiosæ se adiiciant. Id enim refert nauis, quæ temora piscículo minutissimo sistatur. Mirum sanè & planè incredibile, nisi fidem auctores magni nominis facerent. Hic Remora, impedimentum & obiectam tardationem significari apud veteres asserit Pierius Hieroglyph. 30. Commodissimum habes exemplum ad id illustrandum, in Critia & Alcibiade apud Xenoph. 1. Commentar. hi enim adolescentes magnis naturæ & ingenij conformati dotibus, ad res summas nati, leuiculis occasionibus non tam deterriti quàm auocati ab officio, sibi suæque Reipub. exitium crearunt. De Echeneide Plutarch. 2. Symposiac. quæstione 7. & 2. Problematon, quæst. 3. non enim commodè possumus citra tædium omnia huc conferre. Remora quid.

Parua velut limax, Remora, &c. Testis est Plin. lib. 9. c. 25. Sic Basilius: ἰχὶν δ' ὅταν προϊδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων, ψηφίδα τινὰ ὑπελθὼν γυμνάζει, ἐπ' αὐτῆς ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας εὐδαίως σαλεύει κατεχόμενος τῷ βάρει, πρὸς τὸ μὲν ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ἀποσύρεσθαι. τοῦτ' ὄγκου ἰδιοσιν οἱ ναυτικοὶ τὸ σημεῖον, ἴσασι τὴν προσδοκωμένην ἐκείνου κίνησιν τῶν ἀνέμων. id est, Echinus vbi præsentit ventorum tumultus, calculum quendam & lapillum magnum arripit, in eóque quasi in anchora innititur, ne facilè impetu fluctuum dimoueatur: quod cùm nautæ obseruant, prænoscunt ventorum & fluctuum agitationem. Cassiodor. meminit epist. 35. lib. 1. Variar. formul. Cardanus De rer. variet. 7. cap. 37. satis cõstare ait hærẽtem Remoram naues retardare. Et Rõdeletius contendit experimento vidisse triremem, in qua Cardinalis Turonensis Romam vehebatur, à cursu inhibitam, eãque deprehensam præbuisse conuiuium. Echeneis ab ἔχω & nomine νεῶν, quòd naues remoretur. vt Remora Latinè eadem ratione nomen habet. Locus Basilij Magni. Echeneis.

Impete.] Id est, impetu, Statius. Thebaid.

——— *Aurigamque impete vasto,*

Vide Gellium cap. 7. lib. 19.

Ad sidera vectos.] ἀλληγορία.

In medio tramite.] Pro, in media instituti via, & re infecta, ἀλληγορικῶς.

Igna

Ayuntamiento de Madrid

Ignaui.

EMBLEMA LXXXIII.

IGNAVI *ardeolam ſtellarem effingere ſerui*
Et ſtudia & mores fabula priſca fuit:
Quæ famulum Aſteriam volucris ſumpſiſſe figuram
Eſt commenta fides ſit penes hiſtoricos.
Degener hic veluti qui ſedet in aëre falco eſt,
Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

ANtequam veniam ad explicationẽ huius carminis, lubet paulum exſpatiari, non tamen vt omninò volitem, præter caſam, quod aiunt, ſed vt à theſi ad hypotheſim, quod præcipiũt Rhetores, facilius me recipiam. Quia enim id omninò otorum eſt

Ayuntamiento de Madrid

est in ardeliones, eósq; qui multis, variisque studiis eodem tempore animum applicant, quæramus an prouidi sint qui sic se gerunt. Primùm quidem videmus esse natura comparatum, vt nemo sit repertus hactenus ingenio adeò felici, naturæq; bonitate præstans, vt pluribus artibus addictus, multũ promoueat. Rei enim vnius studium, facultas vna, & negocium alioqui serium, totum hominem requirit: quodq; de cibis medici solent præscribere, itidem in ingeniis prudentes homines diligenter esse cauendum præcipiunt; adeò nullus est ita valẽti stomacho, quin sibi permultùm noceat, si multiplici & confusa, immoderataque ciborum copia ventriculum saburrare malit, & corpus onustum reddere, quod ait Horatius, quàm mediocribus & necessariis epulis valetudini consulere. Sic qui pluribus & variis studiis vno eodemq; tempore ingenium onerat, seipsum quidem ad tempus videtur reficere varietate rerum: sed interea tamen non modò nihil inde lucri capit, sed memoriam obtundit, aciémque ingenij debilitat. Aliquis fortè mihi Catonem Portium obiecerit, quem summum hominem fuisse memorant historię, nempè is summus Imperator, summus orator, summúsque Iurisconsultus à quibusdam elogio magnifico celebratus. Si tamen conferatur cum quibusdam aliis vel Græcis, vel Romanis qui superiore aut inferiore seculo floruerũt, longè aliud sentiendum erit: fit enim M. Cato Aquilio Gallo multò inferior, si illius in iure peritia cum huius doctrina veniat in certamen. In oratorio munere ac facultate dicendi neque Lucium Crassum, Marcúmue Antonium, neque Hortensium, aut Ciceronem superauit. Iam verò in disciplina belli non est cum C. Cæsare comparandus, aut aliis certè multis, quos Resp. Romana olim laudatissimos aluit. Idem iudicium de cæteris, nam & Plato relictis artibus leuioribus, se totum philosophiæ consecrauit: & Demosthenes cùm se glorię daret, relicta philosophia, in qua non parum profecerat, eloquentiam est amplexatus. Et quidem viri illi magni in id videntur incubuisse, vt vnam disciplinam sibi ornandam & excolendam proponerent, ad eámque vnam suum omne studium reuocarent. Ita qui excellere aliis & antestare, aut aliqua in laude esse volet, procul abesse debebit ab illo πολυμαθίας immoderato studio, quæ ἀμαθίαν sæpenumero inducit. Statuo itaq; cum Seneca: Certis ingeniis immorari & innutriri oportere: nusquam esse qui vbique est. In peregrinatione agentibus hoc euenire, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias: idẽ accidat est necesse iis qui nullius ingenio

Ayuntamiento de Madrid

familiariter se applicant, sed omnia cursim & properanter trã-
mittunt. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorũ cre-
bra mutatio. Non cõualescit planta quæ sæpius transfertur, &c

Ardelionũ studia taxantur.

Sed iam satis lusimus. Veniamus ad argumentum Emblematis
Susceptum est in ardeliones, vanósque ostentatores, quo ho-
minum genere nullum aliud impudentius aut inutilius; quan
doquidem se omnia tenere, & ad vnguem nosse profiteantur
cùm tamen reuera in iis præter iactantiam & importunam lo-
quacitatem inuenias nihil. Sed lubet paucis in eiusmodi Thra
sones inuehere, quòd omnia sibi tam temerè vendicent, tam
nulla fronte arrogent, vt si cum aliis (quod fit sæpiusculè) ri-
xantur,

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas
Pulsari.——

Excursus in ardelio-nes.

Quam enim ex omnibus artem aut disciplinam adduxeris in
medium, cuius se imperitos non negent? Quid tam recõditum
& obscurum in rerum arcanis esse potest, quod illi sua indu-
stria, miráque ingenij solertia non sint exactè complexi? Tan
ta est horum hominum tam malè feriatorum impudentia, tám-
que insolens proteruia, vt cùm oculos, quòd aiunt, cornicum
ausi sint configere, uemini debeat esse mirum, si de rebus, quas
minimè compertas habent, contra omnium sententias & iudi-
cia pronuncient audaciùs, & plus quàm par est, iniquiùs. Tum
enim videas eos suam opinionem elato supercilio tueri accu-
ratiùs, sic vt periculum sit, si coneris eos de caussa deiicere, ne
sua efferata licentia in te impotentius sæuiant quàm velles,
acriùs inuehant, suáque Stentorea & vocalissima loquentia te-
tuásque rationes inuidiosè traducant apud imperitum vulgus.
tibi omnem respondendi libertatem eximant. Si verò sit quæ-
stio de literis quæ ad humanitatem pertinent, quas vel primo-
ribus tantùm labris degustarint, aut tibi tacendum, aut si peni-
tus auscultare nolis, colloquendum est rariùs, eóque pacto vi
non vspiam te quicquam refellere posse videare. Si quid de Iu-
risprudentia fortè dicendum sit, tum bellè suo more excurrent.
Nunquam, inquient, veteres exactè disciplinam legum sunt in-
terpretati, aut, Farragines sunt glossematum intolerabiles, aut,
Inter se mirabiliter pugnant, aut aliquid aliud eiusmodi. Si de
arte medica sermo est, Nunquam tam concinnè, támque op-
portunè (si modo fidem illis habeas) Galenus aut Hippocrates
Si de astrorum scientia, quid? Hoc lippis & tonsoribus esse no-
tissimum

Ayuntamiento de Madrid

tissimum contendent, nempè vt diligenti hac & bene prouida cautione propriam insciciam tegant. At si ad Theologiæ reconditioris arcana deueniendum sit, aperient statim, quid iuris habeant in iis excutiendis : solertes se esse fingent, sudabunt nitendo, neque tamen hilum proficient, & abundè satagent, nihil agent tamẽ. Nec est quod Philosophiam commemorem. Illi enim nihil nesciunt, qui tam seriò per omnem disciplinarum circulum peruolitarunt, vt suo iudicio vel ipse Plato cæcutiat, Aristoteles ineptiat, Cicero garriat, Aquinas deliret, & Peripatetici omnes miserabiliter errent. Adeò sunt in omni disciplinarum genere exercitatissimi, vt, contra Socratis institutum & mentem, hoc tantùm sciant, quòd omnia sciant: quin potius hoc tantum nesciant, quòd omnia ignorent. At si tam multa sciant, mirum est maximè, quòd se nesciant. Si enim vel quadam ex parte scirent quid illud sit γνῶθι σαυτὸν, iampridem perspexissent sapientiæ aditum cuiuis obuium & patentem esse non posse, nisi cùm aliquid se ignorare norit : aut si quid sciat, non oportere eo fastu intumescere, vt nullum alium scire meliùs posse & absolutiùs audeat existimare. Sed missos faciamus eiusmodi πολυπράγμονας, veniamusque ad carminis explicationem. Vereor enim ne vehementiùs in rei literariæ ardeliones inueham, & specialiùs id conferre videar in Sophistas quosdam iactabundos, nihilque non tentantes : quod quidem tamẽ in genere video intelligi de iis posse, qui suam operam & studium collocant in variis & multiplicibus vno eodémque tempore tentatis negotiis, quæ certè aggredi possunt illi satis audacter & anxiè, perficere verò constanter minimè possunt. In vetere quadam fabula inductus erat seruus quidam fatuus, & nihil non satagens, qui asteriæ vel ardeolæ stellatæ figuram repræsentaret, vt mores & conatus ardelionum exprimeret. Hi quotquot sunt, satis mouent sese : nihil tamen promouent, nihilq; agunt, sed tantùm satagunt, idque ad modum adulterini & degeneris falconis, qui sit tantum ceuentis in aëre motus. Talem describit Attalum Martial. 1. & 2. lib. & Afrum 4. Talis est apud Terent. in Eunuch. Thraso, vt etiam Suffenus apud Catullum. Huc refer adagium, Callippides.

Ardeolam stellarem.] Plin. lib. 10. cap. 60. tria facit Ardeolarum genera, quæ sunt Leucon, ab albedine; Asterias, ab astrorum fulgore per similitudem dicta; & Pellos, quia non ita in altum volat, πίλνω enim propè sonat. Ardeo.

Ayuntamiento de Madrid

Fabulæ priſcæ.] Locum hunc, ſeu Emblematis fontem, malim repetere ex loco Ariſtotelis, qui eſt lib. 9. c. 18. De hiſtoria animal. vbi meminit huius priſcæ ſeu veteris fabulæ. Ea auis & Pauſaniæ [illegible], id eſt, pigra & ignaua nominatur.

Ceuere. *Ceuet.*] Alas agitet, & volare contendat. Ceuere propriè clunes mouere, verbum obſcenum, Perſius Satyra 1.

—— An, Romule, ceues?

Iuuenalis 2.

An te ceuentem, Sexte, verebor? & 9.

Computat & ceuet, ponatur calculus.

Fides ſit penes hiſtoricos.] Eiuſmodi eſt illud Salluſtij è Iugurthino: Cæterùm fides eius rei penes auctores erit.

Anarinia

Auaritia.

EMBLEMA LXXXIIII.

HEV miser in mediis sitiens stat Tantalus vndis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui, quasi non habeas, non fueris quod habes.

Fblematis typus ex Petronio Arbitro & horatio.

EST auari hominis ἀνάλυσις, sumpta ex Petronio Arbitro & Horatio, verbis quibusdam tantùm mutatis. Ille enim ita in Satyrico:

Nec bibit inter aquas, nec poma fugacia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & sicco concoquit ore famen.

Hic verò 1. Sermon. Satyra 1,

Tantalus à labris sitiens fugientia captat

Ayuntamiento de Madrid

Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur congestis vndique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, &c.

Et Cornelius Gallus:

Quid mihi diuitiæ, quarum si dempseris vsum,
Quamuis largus opum semper egenus ero.
Imò etiam pœna est partis incumbere rebus,
Quas cum possideas, esse violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas
Captat, & appositis abstinet ora cibis.

Auari cõditio.

Sic enim auari hac in vita suos iam manes patiuntur, quibus quid mali optes nisi vt viuant diu? Macrob. Saturn. 1. Illos, inquit, epulis ante ora positis excruciari fame, & inedia tabescere, significat eos quos magis magisque acquirendi desiderium cogit, præsentem copiam non videre, & in affluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis, χρημάτων δ' ὄρεξις, ἐὰν μὲν ὀρθῶς γίνηται πένητος ἰσχνοῦ πολλῷ χαλεπωτέρα, μᾶλλον γὰρ ὀρέξεις μᾶλλον ἐνδέας ποιεῖ, aiebat Bion: id est, Cupiditas habendarum opum, nisi aliqua satietate cohibeatur, extrema pauperie longè deterior est: maiores enim cupiditates egestatem quoque maiorem arcessunt. Proinde si quem diuitem efficere voles, (dicebat Epicurus) μὴ χρήματα προστίθει, τῆς δ' ἐπιθυμίας ἄφελε, non est quòd opes augeas, sed tollas cupiditatem. Dissentiunt inter se Poëtæ de caussa pœnarum Tantali, Alij enim ad inferos relegatum esse volunt, eiúsque capiti saxum impendere, cuius casum semper extimescat: eáque pœna cruciari, quòd Deorum liberalitate sit vsus intemperantiùs, cùm eorum conuiuiis interesset: vel quòd linguam habuerit incontinentem: vel quòd Pelopem filium membratim dissectum coctúmque cœtui Deorum comedendum apposuerit, vnde in inferis perpetua fame sitiq; torquetur, vel etiamàn mediis epulis & aquis famelicus & siti enectus cogatur langueſcere. Referam huc Maximi Tyrij Platonici verba ex oratione 25. Quid obsecro, continua hominũ cupiditate egentius? Vbi enim semel animus suprà quàm necessarius exigit vsus, voluptatibus indulserit, priorẽ continuò fastidit, nouarum cupiditate detinetur. Et hoc est quod Tãtali significat ænigma, cõtinuâ videlicet voluptuarij sitim, vt cùm oblectationum interdum latices affluant, recedant interdũ, propterea cupiditatem refluxus excitetur; quibus

Max. Tyrij locus.

tamen

tamen cupiditatibus infestissimus dolor, metus ac perturbatio permixta sint. Nam quidnam homines timere peius solent, quàm ne præsens voluptas elabatur? Græca si quis malit hæc sunt: τί γὰρ οὐ δεῖ πίνειν ἐνθάδε ἐπιθυμοῦντα καὶ διλωτικῶς, ἐπειδὰν γὰρ ἅπαξ ψυχὴ γένηται ἡδονῶν ὑπὲρ τὸν αὐτῆς χρείαν, κεῖθι αὐτῶν πρότερον ἦν, καὶ ἕτερον ἱρᾶ καὶ τὸ τῆ Ταντάλη ἄνιγμα, τοῦτο ἦν ἄρα, διψᾶ διλωτικὴς ἀνδρὸς φιλυδένης, καὶ ἡδονῆς νάματα προσίοντα καὶ ἀπιόντα κύδις, καὶ παλίρροια ἐπιθυμιῶν, καὶ λυπαὶ πικραὶ ταύτας ἀνακινούμεναι, καὶ παραχαί, καὶ φεῦσι. φεύγειν μὴν γὰρ παροῦσα ἡ ἡδονὴ μὴ ἀπιλθῆ. Clitophō apud Achillem. Statium scriptorem veterem, lib. 2. loquens de amore puerorum, quem Menelaus vehementiorem dixerat muliebri: Quo pacto, ait vehementior? An quia simul atque apparuit, euanescit, nec amanti sui perfuendi potestatem facit? sed Tantali poculo similis videtur: Sæpè enim etiam inter bibendum auolat, amánsque nihil, quod hauriat, amplius inueniens, abire cogitur, atque etiam id, quod iam haustum est, priùs eripitur, quàm qui bibit, exaturetur, &c. Apud eundem Achillem eleganter detorquet fabulam Tantali Mellite alloquens Clitophontem, cuius Venerem prouocare non poterat: Quamdiu, ait, eorum qui in aliquo sacrario cubant, morem imitabimur? Largam tu quidem aquæ mihi copiam offers: verùm ne hauriam, vetas. Tantóne tempore, vt propter fluuium sedeam, sitimque explere non possim? Næ ego Tantali mensæ haud dissimilem totum sortita sum, &c. Lege adag. Tantali pœnæ: & Tantali talenta. Lucian. in Dialogis mortuorum, Horat. 1. Epistol. ad Iulium Florum, & Ciceron. vltimum paradoxum. Achiles Statius.

Miser.] Tantalus, quasi ταλαύτατος, id est, infelicissimus, Plato in Cratylo. Apul. libr. de Deo Socratis: solus Tantali vice in suis diutiis inops, egens, pauper, non quidem fluentum vllum fugitiuum captat, & fallacis vndæ sitim, &c. Tantalus vnde dictus.

Qui quasi.] Vulgatissimum illud, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Marsupiorum ministrum. i. δοῦλον τῶν βαλαντίων, auarum hominem vocat Eunapius Sardianus. talis describitur in Aulularia Plauti Euclio, miserrimus senex, amittendi metu sese perpetuò excrucians. Contrà laudatur à Theocrito Ptolemæus Philadelphus, qui domi suæ non occultaret opes inutiles, vt formicæ solent, quæ aurum penitus egestum in antris asseruare memorantur, vt Solinus & alij quidam tradunt. Huc Horatian. *Magna inter opes inops.* 3. Carm. 16.

Ayuntamiento de Madrid

In auaros.

EMBLEMA LXXXV.

SEPTITIVS populos inter ditissimus omnes,
Arma senex nullus quo magis ampla tenet:
Defraudans genium q3 suum, mensasq3 paratas,
Nil præter betas duraq3 rapa vorat.
Cui similem dicam hunc inopem quem copia reddit?
Anne asino? sic est: instar hic eius habet.
Namque asinus dorso pretiosa obsonia gestat,
Seq3 rubo aut dura carice pauper alit.

PLutarchus libello περὶ ἀδυμίας, meminit negociatoris cuiusdam Chij, qui omnium maximè auarus, tametsi multum vini, primæque bonitatis venderet, ipse tamen sibi acidum

dum, vappámque conquirebat. Et fortaſſe is fuit, à quo cùm profugiſſet ſeruus, rogatus quamobrem ſe ab heri dominio fugitiuus extuliſſet: Quia, inquit, cùm præſtò bona ſint, mala tamen quærere ſolet, quippe qui vinum generoſum vendat, tantúmque ſubacido & vitiato vtitur. Itaque rectè genus id hominum comparatur aſino, qui tergo geſtet epulas, opiparas, obſoniáque delicatiſſima, & tamen carduis victitet. Plerique enim ſunt adeò excordes, támque ſui parum memores, vt ſolo pane mucido, vappa, & larido ſubrancido ſe expleant, quamquam opimis poſſeſſionibus abundent. In quo ſanè vt genium inſigniter defraudant, ſic & partis ad vſum humanum cõceſſis miſerabiliter abutuntur. Verba huc apponam. Plutarchi: *ὥσπερ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, ἕτω τὰ πάκιστα τῶν ἰδίων σωμάτων ἐπὶ σαυτὸν, οὐδέν τι τῶν χρησίμων γινόμενον, ὃς πολὺν μὲν χρηστὸν οἶνον ἑτέροις πιπράσκων, ἑαυτῷ πρὸς τὸν ἄριστον ἐξίνλωι βήττει διαγινόμενον οἰκέτης δ' εἴ τις ἐρωτηθεὶς ὑφ' ἑτέρου τί ποιῶν τὸν δεσπότην καταλέλοιπεν, Ἀγαθῶν (ἔφη) παρόντων, κακὸν ζητοῦντα. καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τὰ χρυσᾶ καὶ πότιμα τῶν ὕδατων ὑπερβαίνοντες, ἐπὶ τὰ δυσχερῆ καὶ μοχθηρὰ τρέχουσιν.* Referam Latinè, vt potero: Vt cucurbitulæ peſſimum è carne ſanguinem eliciunt: ſic tu quæque peſſima in teipſum confers, nihilo melior illo mercatore Chio, qui cùm magnam vini generoſi copiam venderet aliis, ſibi vappam & acidum vinum ſeruabat. Eius itaque famulus rogatus, cur ab hero fugiſſet: Quia, inquit, cùm ei bona adſint, malum tamen conquirit. Ei longè multi ſimiles ſuauia poculenta tranſmittunt, & ad moleſta prauáque quaſi occurrunt. Idem *περὶ φιλοπλουτίας: οὐδὲν ἐοῦσιν πάσχων, ὥσπερ ὄνος βαλανέως, ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἁλείας, μηδὲ καταρύτου.* Nihil capiens inde commodi, veluti balneatoris aſinus, qui ligna & ſarmenta defert, ſemper fumo plenus ac fauillis, nunquam autem balnei particeps, neque temporis, neque mundiciei. Simile eſt illud ex ſecundo Epigrammatõn:

Locus Plutarchi.

Auari aſino compa rati.

Πολλὰς μυριάδας ψηφίζει Ἀρτεμίδωρος,
Καὶ μηδὲν δαπανῶν ζῆβίων ἡμίονον.
Πολλάκις αἱ χρυσῆ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι,
Πολλὸν ὑπὲρ νώτου χόρτον ἔδουσι μόνον.

Hoc eſt,

Viuens vt mulus, dum ſumptus præcauet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.

Ayuntamiento de Madrid

Aurum sæpè gerunt ingentia pondera dorso
Muli, sed sicum non nisi gramen edunt.

Ex M. Tullio citari hoc meminit: ferebat hanc quoque iniquitatem Septius, & imbri frumenta in area corrumpi patiebatur.

Talis Opimius apud Horatium 2. Satyrarum 3.

Pauper Opimius argenti positi intus & auri,
Qui vetulanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappámque profestis,
Quondam lethargo grandis est oppressus, &c.

Defraudare genium. *Defraudans geniúmque suum.*] Defraudare genium, est naturę denegare quod appetit: cui opponitur, Indulgere genio, animo obsequi. Plaut. in Aulul.

Perditissimus ego sum omnium in terra,
Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri
Perdidi, quod custodiui sedulo? egomet me fraudaui,
Animúmque meum, geniúmque meum, &c.

Et Terentius Phormione:

——— *suum defraudans genium.*

Betas duráque rapa.] Synecdoche, pro quibuslibet abiectis eduliis: in quo notanda sordities auarorum.

Inopem quem copia reddit?] Antitheta. Ouidium imitatur, Metamorph.

Quod cupio, mecum est, inopem me copia fecit.

Séque rubo, aut, &c.] Alludit ad illud: Asinus stramina mauult quàm aurum. Id genus homines à Græcis nominati καθυβρισταί, & cumini sectores ab Aristotele, κυμινοπρίσται, 4. Moral. ad Nicomach.

In

In aulicos.

EMBLEMA LXXXVI.

VANA *Palatinos, quos educat aula clientes*
Dicitur auratis nectere compedibus.

Aureæ cõpedes aulicorum.

ALlusio est ad Diogenis apophthegma: dicebat enim Aristippum (Philosophum aulicum) aureis teneri compedibus, ne posset exire; quòd splendidiore Principum vita captus, Philosophicam vitam mentiretur. In quo sensu etiam Seneca dixit, stultum esse compedes suas, quamquam aureas, adamare. Id tamen quàm studiosè faciant aulici, nemo est quin videat. Non enim animaduertunt quantum voluptatis & oblectamenti suppediter viuere λιτῶς μᾶλλ', ἀλλ' ἐμ ἐλευθερίᾳ, nec aliis gnathonum more, aut parasitorum nescio cuius rei gratia, manum deosculari, ridenti arridere, & fœdè palpando quamlibet personam induere. In quibus factitan

Ayuntamiento de Madrid

ctitandis quid (obsecro) fidei aut bonæ mentis, quæ honesti ratio esse potest, cùm simulationis & perfidia sentinam inexhaustam in animo præsentem vbique circumferant? Ea de re copiosius Lucianus, eo scilicet Commentario quod scripsit De iis qui conducti mercede in diuitum familiis viuũt. Apud Plutarc. Theophrastus exprobrat Aristoteli, quòd relicta Academia mallet in Philippi aula versari, quod & antè fuerat à Diogene reprehensum, Aristotelem cœnare quando Philippo, Diogenem cùm Diogeni placeret. Quantum autem pertinet ad nostri distichi materiam, videtur respicere ad M. Catonis lepidam sententiam. Dicebãt enim fures priuatorum furtorum in neruo & compedibus ætatem agere, publicos in auro & purpura visendos. Retulit Gellius lib. 11. cap. 18. Huc Aureæ compedes: &, Leo chordula vinctus.

In

In sordidos.

Emblema LXXXVII.

Quae rostro, clystere velut, sibi proluit aluum
Ibis, Niliacis cognita littoribus,
Transit opprobrij in nomen: quo Publius hostem
Naso suum appellat, Battiadesque suam.

ID dicitur in putidos & sorditie quadam insignes, vt qui turpia, & quæ alioqui silentij fidem requiritur, eructantes aperiunt, & quæ natura prouida voluit esse tecta, detegunt euulgantque: sicque interdum loquuntur, vt quod vulgo dici solet, podicem ex ore faciunt. Hos itaque non ab re Ibides dixeris, id est, sordidos & ineptulos, indignos inquam, qui in hominum albo numerētur, perspecto auis ingenio. Hæ enim rostri adūcitate

Homine impuri & sordidi.

Ayuntamiento de Madrid

citate se per eam purgat partem,id est, aluum qua reddi ciborum onera maximè est salubre : itaque clysteris vsum primùm dicitur ostendisse. Plinius lib.8.cap.27. & Aristot.9.De natura animal. Quamobrem Ouidius & Callimachus suos æmulos & obtrectatores hoc nomine insignes esse voluerũt,vt mox subiiciam. κλύζω idem est quod abluo:vnde clyster nomen habet.

Callimachus.

Quo Publius hostem Naso, &c.] Callimachus Poëta Cyrenæus Battifilius (hinc Battiades dictus) discipulus Hemocratis Lasei Grammatici, Apollonium Rhodium, qui se ingratum discipulum præbuerat, diris imprecationibus deuouit, eumque pro contemptum Ibim nominauit, quasi auem Ægyptiam & Alexandrinam, siue quòd Alexandrinus esset, quamuis Rhodius diceretur, siue quòd spurcissimus & impudẽtissimus. Sic etiam Ouidius Gallimachum imitatus, aduersarium quendam suum Ibim appellauit, quòd virum Romanum mentiretur : vel quòd exulantis Ouidij vxorem turpi amore tactus sollicitarit:multaque ad Augustũ deferret,quo diutiùs in exilio Poëta detineretur. Itaque doctum emisit Poëmation in Ibim Naso, in quo non expressit maledici nomen,siue quòd inultus malediçat, & prouocatus regerat in eũ conuicia, siue quòd aliquẽ nominatim carpere, & ita verbis proscindere lege prohibitum esset. Ouidius eodem opusculo in Ibim:

Ouid.in Ibim.

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibim:
Hoc ego deuoueo teque, tuosque modo.

De Ibide, lege quæ scribit Plutarchus, Commen. Vtrum plus rationis insit in terrestribus animantibus quàm aquatilibus.

Strabo 17.lib. ἡμιρώτατον δὲ ἡ ἶβις πελαργώδους μὲν κατὰ σχῆμα καὶ μεγεθος. διτ]ὴ δὲ πλὼ χροίαν, ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δὲ ἑτημέλανα, μιχθὴ δ' ἀμφοῖν ἅπασα τρίοδος ἐν Αλεξανδρείᾳ. Suidas meminit huius poëmatis, ἶβις, inquit, ἔστι ποίημα ἐπιτιθέμενον ἐπὶ ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἰς τινὰ ἶβυν γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ᾧ δ' οὗτος Απολλώνιος ὁ γράψας τὰ ἀργοναύτικα. At Apollonius non tam doctori suo,quàm patriæ ingratus,meritò nomen id sortitus est,præcipuè cùm per ignominiam vocabulum spurcissimæ volucris, qua refertissima patria fuit quantum auersabatur,ferre coactus esset.

Ayuntamiento de Madrid

In diuites publico malo.

EMBLEMA LXXXVIII.

Anguillas quisquis captat, si limpida verrat
Flumina, si illimes ausit adire lacus,
Cassus erit, ludetque operam: multum excitet ergo
Si cretæ, & vitreas palmula turbet aquas?
Dives erit: Sic ijs res publica turbida lucro est,
Qui paoe, arctati legibus, esuriunt.

ID videtur sumptum ex apologo quodam Æsopico, de piscatore aquam verberante, vt fugientes pisces incautè in retia prolaberentur. Quam aquarum turbationem cùm culparet aliquis, statim huic piscator: At nisi, ait, sic moueatur vnda, me mori esurientem est necesse. Quod sanè apertè designat, ὅτι ηχὲ τ πόλε

πόλιν δημαγωγοί τότε μάλιστα ἐργάζονται. ὅταν τὰς πατρίδας ἐν στάσιν περιάγωσιν: eos nempè qui Rerum publ. clauum tenent, tum vel maximè quæstum facere, cùm patria, sua opera, laborat seditione. Proinde vulgato Adagio ij dicuntur anguillas captare, qui priuati quæstus gratia tumultus concitant, cùm videant publico Reipubl. statu nihil se posse corradere. Itaque non mirum, si seditiones enatas esse gaudeant, vel etiam excitent, quò publicum ciuitatis malum in suum vertant commodū. Prouerbij vsum ex Aristophanis verbis colligere erit facile.

Anguillas qui dicantur captare.

Ὅ'πιρ γὰ οἱτὰς ἰγχέλεις θυρώμενοι πίπονθας.
Ὅ'ταν μὲν ἡλίμνη καταστῇ λαμβάνειν ὀδύν.
Ἐ'ὰν δ' ἄνω τι καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν
Λίχνοι, καὶ σὺ λαμβάνεις ἣν τὴν πόλιν ταράττῃς.
Feciſti, vt is qui captat anguillas, facit;
Quieta cùm ſunt ſtagna, venatur nihil:
Sed cœnum vbi omne illac & hac ſubuerterit,
Captura magna eſt: tu quoque vbi perturbaueris
Hanc ciuitatem, & inde plurimum capis,

Principum quorundā rapina.

Hanc artem (heu nimium) callent quidā Principes δημαγωγοί qui tyrannico concilio in ciuitatibus diſſidia ſerunt, quò licentius mulctent miſeram plebeculam. Notiſſimum eſt quod iactitant magni illi latrones à laqueo immunes, nihil eſſe vtilius & opportunius, quàm in aqua turbida piſcari. Sic viuitur: ea eſt morum deprauatio atque hominum peruerſitas, vt qui ipſi ſæpenumerò legum ſacra tractant, aut certè quibus vt cuſtodibus aſſeruanda & tutanda concreduntur, ipſimet legum ſolutis & perfractis repagulis victitent. Memini quæ aliquando Marius apertè libereque faſſus eſt. Bello enim contra Cimbros geſto, cùm mille Camertes ciuitate donaſſe, idque quibuſdam reprehenderetur, vt à legibus patriis alienum, ſtatim ait ſe inter armorum ſtrepitus legum præſcriptum & quaſi vocem audire minimè potuiſſe. Lege prouerb. Anguillas captare, & Pierij Hieroglyph. lib. 29.

Caſſius erit, laudetque operam.] Id eſt, ſpe excidet, fruſtrà ſe laboraſſe ſentiet. Prouerbiales metaphoræ.

Palmula

Palmula.] Remi extrema pars, ſic dicta eò quòd protenſa ea in modum palmæ. Virg. 5. Æneid.

Littus ara, & læuas ſtringat ſine palmula cautes.

Aqua vitrea.

Vitreas aquas.] Per ſimilitudinem vitreæ dicuntur aquæ, cùm ſunt quietæ, nec turbatæ. Statius 5. Siluarum:—*Vitreasque natator Plaudit aquas.*——

Ayuntamiento de Madrid

Sic ijs res publica, &c.] Similitudo erat, cuius hîc est eſt ἀπόδοσις.

Pace.] Pacis tempore.

Arctati legibus.] Elegans metaphora à vinculis aut compedibus, quibus illigati ſontes retinentur. Lex, teſte Cicerone, vinculum eſt ciuitatis, libertatis fundamentum, fons æquitatis, &c. Nec ſanè aliunde magis florent Reſpublicæ quàm cùm legum viget auctoritas: quæ inſtitutæ ſunt præcipuè, vt earum metu humana coërceatur audacia, turaq; ſit inter improbos innocentia, tradit Iſidorus auctor non omninò malus. Huc pertinet quod alicubi dictum eſt à Demoſthene: ὁδὲν ὄφελος πόλεως, ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχῃ. Lex cur primùm lata.

Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire, ait Modeſtinus. Seneca 95. epiſt. appellat leges minis mixta præcepta, conſtituuntur itaque leges pœna; infirma enim lex eſt quæ neruos non habet aduerſus facinoroſos, inquit Demoſth. ergo punit lex ea etiam interdicto quæ non ſponte admittuntur flagitia, ſed culpa aliqua atque ignorantia: vt lex Aquilia culpam in damno dato vel leuiſſimam, l. 31. Si putator, l. 44. ad l. Aquil. D. Sed ad rem: leges conſtringunt improbos, alioſq; in officio cõtinent Repub. quieta, nulloque tentata tumultu. Sic M. Tull. pro Sextio: Illum tot iam funeribus Reipubl. exultantem ac tripudiantem, legum, ſi poſſet, laqueis conſtringeret. Rebus enim perturbatis ſcelerati homines ſibi pollicẽtur impunitatem, qua nulla maior ad peccãdum illecebra. Proinde apud Suetonium, Iulius Cæſar dictitabat iis quos grauior criminum vel inopiæ luxuriæue vis vrgeret, bello ciuili opus eſſe.

X

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.

EMBLEMA LXXXIX.

Delphini insidens vada cærula sulcat Arion,
Hocque aures mulcet, frenat & ora sono,
Quàm sit auari hominis, non tam mens dira ferarum est:
Quique viris rapimur, piscibus eripimur.

Fons Emblematis. *Ἀγχίθι.

IDem extulit è Græco Βιάνορ& hexasticho, quod est 1. Epigr. sic autem:

Φῶρες ἔτ' ἀνάλιοι τυρσηνίδ& * ἐγγύθι δίνης
Φορμικτὰν ἀκάτ᾽ ἀθῆκαν ὑπερβύδιον,
Αὐτίκα μὲν κιθάρᾳ λιγυηχεῖ δέξατο δελφὶν
Σύνδρομον, ἐν δὲ βυθῷ πήχθ᾽ ἑλισσόμεν&,
Μίχθεις ἐπ᾽ ἰσμενὴς πολίοιο πορίνθιον, ἥρα θάλασσα,
Ἢ σχεδὸν ἀνθρώπων ἔχε δικαιοτέρους.

Sic reddidimus:

Prælj

Præcipitem è naui citharœdum aliquando latrones
In vastum pelagi fortè dedere fretum,
Protinus in mediis delphin apparuit vndis
Illicio gratæ dulcisonæque chelys:
Sessorémque istmum deuexit aduſque Corinthi,
Fluctibus & mediis reddidit incolumem.
Hinc patet indomito meliores æquore nasci
Pisces, quàm tellus gignat alumna viros.

Arionis citharœdi à Delphino seruati historia.

Historiam, seu (si mauis) fabulam copiosè tractauit Herodotus lib. 1. & post eum Gellius cap. vltimo lib. 16. retulit & Ouidius 2. Fastor. ea est de Arione citharœdo, qui arte sua pecuniis partis cùm patriam repeteret Corinthum, in piratas incidit, qui nummorum causa consilium ceperunt de eo interficiendo; quod vbi animaduertisset, impetrata ab eis venia fidibus cecinit; tum statim è prora sese in profundum deiecit: quem subitò à delphino exceptum, & dorso Corinthum vsque vectũ aiunt. Allusit ad hanc historiam Propertius, elegia 2. ad Cynthiam, de somnio naufragij:

Sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
Qui puto Arioniam vexerat antè ratem.

Enalum etiam adolescentem in mari à Delphinis seruatũ eodem penè quo Ariona modo, retulit in Symposio septem sapientum Plutarch. Itidem narratur de Telemacho puerulo; qui cùm fortè in mare decidisset, excipientibus Delphinis, ab imóque retrahentibus, euasit. Ait idem Plutarch. ad finem disputationis, qua inquirit, An sit aliquid in brutis rationis. Id autem dicitur, & non iniuria flectitur in crudelem & insatiabilem hominum auaritiam, qui in vitam aliorum non verentur conspirare, quò bonis eorum & opibus potiri quoquo modo queant. Hincq; admonemur, mitiores esse feras in hominem quàm ipse homo in hominem sit. Quid verò sceleſtius aut deterius ea cupiditate habendi, quæ non modò sui facit immemorem, sed etiam sibi & aliis exitialem? Eam itaque rectè Menander appellat μεγιστον ἀνθρώποις κακὸν; Euripides verissimè,

Auaritiæ quãta pernicies.

Ὁ γὰρ κεκτῆσθαι πλέον ἔχειν τι φησὶν ἀνὴρ,
Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται.
Φίλοις τ' ἄμικτος ἔστι κἀκ πάσης πόλεως.

Et Bion Sophista optimè τὸν φιλάργυρον μητρόπολιν πάσης κακίας εἶναι censuit. Cur autem summum malum à quibusdã dicatur auaritia, in prõptu ratio est, quòd ea vix vnquã sola esse queat: quippè cùm perpetuas habeat sibi comites rapinam, periurium,

Auaritia summum malum.

Ayuntamiento de Madrid

mendacium,proditionem,atque etiam parricidium,quod exẽplis longè multis perſpicuum eſſe poteſt:ſed vnum ad rem preſentem ſatis erit,quod ex Ariſtotele protulit Ariſtonymus: Socios octo latrones de ſpoliis inter ſe concertaſſe, ex quibus quatuor ſunt interfecti:deinde quatuor alios rurſum eo nomine dimicaſſe: vnde factum vt duo tantùm fuerint ſuperſtites, qui etiam cùm rixandi finem non facerent, vnus ex omnibus ad extremum incolumis euaſit. Sed quid reliqui tandem futurum,ſi etiam dextra in ſiniſtram armetur?Hæc ille. Cicero pro Quintio:Nullum eſt officium tam ſanctũ atque ſolemne,quod non auaritia comminuere atque violare ſoleat. Et quidem ſtatim omnis iuſtitia negligitur,& aliena per iniuriam occupãtur, cùm pectus auaritia,miſeroq; cupidine feruet,ait Horatius.

Vada cærula.]Mare cæruleum.

Sulcat.]Μετάφορα ab aratoribus,pro eo quod eſt, ſecat, proſcindit,tranſgreditur.

Frenat & ora ſono.]Ab equis tranſlatio in verbo, frenat, pro eo quod eſt,retinet,ſiſtit,regit.

Vrus rapimur,piſcibus eripimur.]Id paulò antè carmen Græcum expreſſit:

Ἡ ῥα θάλασσα
Ἰχθῦς ἀνδρώπων ἅρχει δικαιοτέρης.

Eſt & eiuſdem argumenti 4.Ἀνθολογ. Epigramma, cuius concluſio eadem cum Alciati verſu vltimo,

Κτεινόμεθ' ἀνδρώπους,ἰχθύσι σωζόμεθα.

Cui conuenit Ouidianum illud ex 1.Triſt.eleg.4.

Cúmque minor Ioue ſit tumidis qui regnat in vndis,
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

Gula.

Ayuntamiento de Madrid

Gula.

EMBLEMA XC.

CVRCVLIONE gruis, tumida vir pingitur aluo,
Qui Laron, aut manibus gestat Onocrotalum.
Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,
Et gula quos celebres delicioſa facit.

HAc eicone depinguntur lurcones & guloſi ſeu helluones, quorum illis tribuit gruis collum, vt ſibi dari poſtulabat Philoxenus: his, vel (etiam ſi mauis) vtriſque ventrem maximè prominentem. Expreſſit autem ventris hęc gulæque mancipia, duarum auium maximè furacium, & gulæ deditarum imagine. Larus enim edaciſſimus eſt, qui quòd totam eſcam ore deuoret, locum fecit prouerbio, Larus hians. Auicula eſt è mari victum quæritans aut lacubus, quæ Gauia Latinis dicitur. Hinc Matron, quidam parodus, Chærephontem paraſitum compara- Guloſorũ imago. Larus.

Ayuntamiento de Madrid

uit famelico laro, eo quòd voraciſſimus eſſet helluo. πρὸς τὸν λάρον ἐρωτικώτερος. Onocrotalus autem olorum ſimilitudinem habet: nec omninò differre videretur Onocrotali & olores, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius vteri genus. Huc enim inexplebile animal congerit, mira vt ſit rapacitas, mox perfecta rapina ſenſim inde in os reddita, in veram aluum ruminātis modo refert. Plin. c. 47. lib. 10. Et hæc belliſſima guloſorum inſignia.

Onocrotalus.

Martialis vndecimo lib. —— *Et quàm*
Turpe Rauennatis guttur Onocrotali.

Melanthius. Melāthij Poëtæ tragici ὀψοφάγου inſignis votum fuiſſe traditur vt collū olorinum optaret, quo diutius dapum ſenſū frueretur. vt etiam eius quem ſuperius attigi, qui ſibi à Diis volebat impartiri τριῶν ἔχειν τὸ λαιμύγγιον πῆχυν. i. guttur tres longum cubitos, cuius eſt mentio apud Gellium 19. c. 2.

Curculio. *Curculione gruis.*] Gruis collo. Videtur ex proprio feciſſe appellatiuum: eſt enim curculio, vermis edaciſſimus, quaſi gurgulio ſic dictus, & frumenti ſortitus vocabulū; quo nomine ſunt etiam notati plerique paraſiti, vt ex 2. Miſcellan. Nannij diſces.

Tumida vir pingitur aluo.] Id eſt, φύσκωνι, quaſi dicas vētroſum: quo epitheto notatus eſt Ptolemæus Euergetes, propter abdominis ſtudium. Vt Alcæus Pittacum Mitylenæum φυσκόνιον γάστρωνα, quòd pinguem haberet aqualiculum, appellauit, teſte Laërtio. Citatur ab Athenæo ex Euripide, ſicuti & à Galeno oratione ὑπὲρ τῆς τέχνης.

γνάθοντι δοῦλον καὶ γαστρὶ δ' οὐκ ἐμῷ θεῷ: Abdominis miniſter, non ſeruus gulæ. Huic conuenit Perſianum hoc Satyr. 1.

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Id hominum genus vocantur προγάστορες Græcè, nempè quibus pingui abdomine venter prominet.

Apicius. *Talis forma fuit Dionyſi, &c.*] Duos hoſce inter guloſos inſignes memorat Athenęus lib. 1. c. 3. Dipnoſoph. Apicius quidem omnium helluonum maximus gurges, librum etiam edidit De gulæ irritamentis: non enim ſatis habuit Principum congiaria & Capitolij: vectigal deuoraſſe. Hunc ſibi manus intuliſſe quandam referunt, cùm ſubductis rationibus ex ſextertio millies quod in culinam congeſſerat, centies tantùm ſupereſſe ſibi cognouiſſet, Lege Plin. 9. c. 17.

Inſigniter guloſi. *Et gula quos celebres, &c.*] Vt, præter ſuperiùs nominatos, Gnatho Siculus, Publ. Gallonius, Æſopus, Clodius Albinus, Athydamas, Abron, & quamplurimi alij, quorum luxus ex veterū monumentis hinc inde colliges.

Ayuntamiento de Madrid

Ocni effigies, de iis qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti debeant.

EMBLEMA XCI.

IMPIGER haud ceſſat funem contexere ſparto,
Humidáque artifici iungere fila manu.
Sed quantum multis vix torquet ſtrennuus horis,
Protinus ignaui ventris aſella vorat.
Femina iners animal, facili congeſta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inque ſuum.

IDem Pauſaniæ Phocicis tractum, enumeratis enim aliquot ſtatuis Deorum & Heroum Polygnoti manu depictis, poſt has virum quendam ſedere ait, inſcriptionémque indicare eum eſſe Ocnum, qui taxat è iunco reſtim vel funem, ſed aſtan- Characteres Emblematis.

Ayuntamiento de Madrid

tem asellam totum quod ille laboriosè texuerit arrodentem Gnauum & industrium hominẽ fuisse Ocnum aiunt, qui vxorem sumptuosam & prodigam habuerit, quæ profundere consueuerat quicquid ille opere faciundo per summum laborem quæritasset, idque per ambages voluisse Polygnotum designare. Compertum est etiam Ionum vulgò prouerbium esse, quoties hominem significant ad laborem quidem vehementer propensum, sed nihil inde capientem commodi, Ocni funiculum torquet. Ita fermè Pausanias. Huius quidem effigie Plutarchus meminit libello περὶ ἀδυμίας, & Plin. 35. cap. 11. inter opera, ni fallor, Socratis pictoris. Sic & Propertius 4. Elegiarum

Ocni funiculum torquere.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternúmque tuam pascat asella famem.

Retulit & commodè 12. Hieroglyphicôn Pierius. lege cap. 8. Miscellan. Politiani.

Impiger.] Diligens, industrius. Virgil. 1. Æneid.

——ille impiger hausit
Spumantem pateram.

Et Ouid. 1. Metamorph.

——patrios adit impiger ortus.

Videtur tamen (quod obiter dixerim) adiectiuum hoc differre vel maximè à nomine Ocni, quod propriè ignauum, & qui faciat aliquid grauatè, significat. Dicitur enim ὀκνηρὸς ἄνθρωπος, & ipsa ῥᾳθυμία dicitur ὀκνὸς καὶ ὀκνηρία: sed & ὀκνέω, idem est quod pigrescere. Hæc tamen dictio ad sensum potius attinet: ignauus enim est, nihilque agit, tametsi laboret, quæ suas opes malè collocat, eásque in vsus minimè necessarios erogat.

Nomen Ocni.

Sparto.] Genista. sic enim quidam interpretantur. Spartum verò genus est herbæ apud Hispanos frequentissimæ.

Humidáque artifici.] περιφραστικῶς testis.

Femina mersa animal.] Laborat totis diebus homuncio, sperat quæ diescere, sed quicquid labore tam improbo partum enascitur, ad ornatum quendam suum transfert prodiga & insolens mulier. vnde verò verius à Iuuenale scriptum Satyr. 6.

Mulier prodiga.

Prodiga non sentit pereuntem femina sensum,
Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Numus, & è pleno semper tollatur aceruo:
Non vnquam reputat quanti sua gaudia constent.

Mundus muliebris.] Quò pertinet adagium, Mulieris podex, in Chiliad. Adag.

Mundum.] Liuius in oratione Catonis pro lege Oppia conseruanda

ſeruanda: Munditiæ, ornatus, & cultus, hęc feminarum inſignia ſunt, his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores noſtri. Nonius ex Lucilio:

Legauit quidam vxori mundum omne penúmque.

Vlpianus noſter ait mundo muliebri contineri ſpecula, vnguenta, vaſa vnguentaria, & ſi quæ dici ſimilia poſſunt, diſtinguitque muliebria ornamenta à mundo muliebri, ac ſi mulier poſſit eſſe munda, nec tamen ornata: vt ſolet in iis contingere quæ ſe mundarint lotæ in balneo, neque ſe ornarint: & contrà, eſt aliqua ornata, nec tamen mundata. Sed hoc nimium ſubtiliter à Iuriſconſulto; nam apud oratores, poëtas, aliósque terſos auctores, mundo muliebri non ea modò continentur quibus mulier fit mundior, ſed etiam quibus ornatior. Val. Max. lib. 9. cap. De luxuria & libidine, memorabile refert exemplum de abrogata lege Oppia quæ lata fuerat olim bello Punico ſecundo ad coërcendam mulierum luxuriam: ſed eas tamen ait excuſari mentis imbecillitate, & grauiorum operum negata affectatione, quamobrem omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum illis permitti.

Prodigit.] Conſumit, diſſipat; verbum aptiſſimum ad prodigalitatem notandam.

Ayuntamiento de Madrid

Parasitos.

EMBLEMA CXII.

QVOS tibi donamus, fluuiales accipe cancros,
Munera conuenium moribus ista tuis.
His oculi vigiles, & forfice pluribus ordo
Chelarum armatus, maximáque aluus adest:
Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter,
Pernicésque pedes, spiculáque apta pedi.
Cùm vagus in triuiis, mensæque sedilibus erras,
Inque alios mordax scommata salsa iacis.

APparet hoc susceptum esse in mordacem quendam καὶ ἀχαλίνωτον μίμον & scurram, cui symbolicè cancros fluuiales dono dat, parasiticis moribus apprimè respondentes. De-

corum

eorum itaque ſeruat in eo, quòd rationem habeat perſonæ cui hęc tribuat: interea que graphicè depingat hominis importuni & obtrectantis effrenatam licentiam, qui ad quæſtum & ventrẽ omnia conferàt ſua ſtudia, vt aliis, & plerumque etiam præſentibus obloquatur, in quos eiaculetur moleſta & acria quædam dicteria. Id autem genus hominum ſi quando iocandi fines trãſiliant, ita vt è ſalibus hilari fronte acceptis, & datis ad ſcomata mordacia ſe conferant, iam tum faſtidio eſſe non ab re incipiunt: nec enim ſapiunt qui iis omnia licere volunt; quandoquidem nihil magis lubricum ſit & importunũ conuicio, quod quaſi melle litum animos ingreditur. Paraſitum Luciani & Iuuenal. 3. & 4. Satyr. perlege. Licentia nimia patitur.

Oculi vigiles.] Aperti: quod refert paraſitorum vigilantiam in obſeruandis aliorum menſis. Euolue Prouerb. ἀλλοτριοφάγοι in Chiliad.

Et forfice plurimus ordo. &c.] ἀλλαντοχοΐα ab exercitu. Pedes habent cancri fluuiales ad modum forficis. Forfex ſutorum eſt inſtrumentum, quo pannum aptant, & in fruſta commoda diſſecant. Chelæ autem ſunt cancrorum brachia, à Græco χηλὴ, quod etiam ſignificat vngulam. Huc pertinet Pliniana deſcriptio cancrorum, quæ eſt lib. 9. cap. 31. Forfex.

Stat pingui abdomine venter.] Abdomẽ, pinguedo eſt ſpinæ adhærens, in qua ſunt renes: tamen à pube ad præcordia ſurſum verſus abdomen peruenire Cornelius Celſus tradit lib 4. Iuuẽ. Abdomen.

—— *Venter adeſt abdomine tardus.*

Auſonius Eidyllio 9. cui Moſella nomen:

——— *Cui prodiga nutat.*
Aluus, opimatoque fluens abdomine venter.

Certè paraſitus dicitur Euſtathio γαστρίπληξ, quòd abdomini inſeruiat.

Cum vagus.] Horat. 1. Epiſtolar. bellè ſcurram ita deſcripſit:

Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret;
Impranſus, non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus:
Pernicies & tempeſtas, barathrumque macelli.

Scurræ deſcriptio.

Menſæque ſedilibus erras.] Hinc epitheta, τραπεζολοιχὸς, quòd menſas illingat, & nidorem è cibis ſurgentẽ rabido ore carpat. Hinc ἀνδράπαξ, aut ἀνδραπαξ, quòd foribus alienis inſidietur, nẽpè qui ſueuerit aliena viuere quadra. Prou. Sartag. pernicies.

Scommata ſalſa.] Epitheti metaphora. De ſcommatum generibus Macrobius Saturnal. 7. cap. 5.

Paruam

Ayuntamiento de Madrid

Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere.

EMBLEMA XCIII.

In modicis nihil est quod quis lucretur: & vnum
Arbustum gemmos non alit erithacos.

Aliud.

In tenui spes nulla lucri est: vnoque resident:
Arbusto geminæ non bene ficedulæ.

Duobus ganeonibus] Ganeo, cui vitæ modus est culina, vt Varro describit, quanquam à M. Tullio sumatur etiam proscortatore qui prostibula & meretriculas affectatur.

Non

Non est multum lucri expectandum ex rebus minimis, in quibus quanquam multum laboris & operæ collocetur, tamen fructus inde parum capitur. At in rerum maiorum administratione vtilitas multo consurgit vberior, quamobrem vulgo variis efferuntur modis adagia, vt in tenui statu consorti non esse locum dicamus; qualia sunt ista, Domus vna duos non alit canes, vt nec vnum arbustum duos erithacos: Vno ramo non bene sedent duæ ficedulæ: & quod nostrates iocando efferunt, Nostra ianua non sustinet duos mendicos. Falluntur itaque, qui è rebus minutulis amplissimum expectant quæstum, præsertim si sit eodem studio consors, vbi plerumque res absque inuidia transigi, nisi ægrè, possit. E rebus minimis parum lucri.

Et vnum arbustum.] Prouerb. est Chiliad. Arbustum vnum non alit duos erithacos. Cedrenus πολυκοιρανίαν detestans, hanc similitudinem vsurpauit: δύο, φησὶν, ἐχιδάνας μία λίχμη οὐ τρέφει, οὕτε μίαν χώραν δυοδωδύσεται ὑπὸ δύο κυβερνωμένην ἀρχηγῶν. Vt vnum arbustum duos erithacos non alit: sic vnum regnum feliciter à duobus principibus administrari non potest. Erithacus auis est quædam solitaria, vt eodem in saltu non temerè nisi vna reperiatur, quam Theodorus Gaza nunc Syluiam, nunc Rubeculam nominat: alteram quidem à syluarum desertis, alteram à ruboris indicio, quod ex Græco nomine intelligitur. huius meminit Plin. 10. c. 20. Erithacus.

In tenui spes, &c.] Distichon eiusdem argumenti cum superiori, mutatis tantum verbis. Alludit autem ad prouerb. Tenuis spes. Vide Chiliad.

Vnoque residunt arbusto] Prouerbium aliud idem cum superioribus. Ficedula à ficubus edendis nomen habet, cùm tamen vuis potius vescatur. Martial. lib. 1. Ficedula.

Cum me ficus alat, cùm pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vna mihi?

Lege Plin. lib. 10. cap. 29.

Capi

Ayuntamiento de Madrid

Captiuus ob gulam.

Emblema xciiii.

Regnatorque penus, menſæque arroſor herilis
Oſtrea mus ſummis vidit hiulca labris.
Queis teneram apponens barbam, falſa oſſa momordit:
Aſti ea clauſerunt tacta repentè domum.
Deprenſum & tetro tenuerunt carcere furem,
Semet in obſcurum qui dederat tumulum.

Gulosi in ſponteā lapſi ſeruitutem.

ID videtur propriè in eos eſſe tortum, qui lautioris victus ergò ſe in domos opulentas ſeruiliter ingerūt, vnde nihil præter damnum, aut etiam interitum conſequantur, vel in eos quadrabit, qui luxu & gulæ intemperantia mortem præpropera-

ram

ram sibi arcessunt, quique, vt vulgo dicitur Gallico, suum in dentibus tumulum conficiunt. Hi sunt ἀκρατεῖς seu impotentes, qui obiectam cupiditatem sectantur, hi sic describuntur à Lucilio, vt citat Nonius Marcellus:

Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.

Porrò gulã in seruitutem perrahere docet Lucianus de mercede conductis. Itaque huc non incommodè retulero illud Horatij, quanquam fortè aliò recidat:

— Qui pauperiem fugiens potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Seruiet æternum qui parvo nescit vti.

Emblema ex primo Epigrammatõn Græcorum Latinè hic redditum ab Alciato, huc non grauabor apponere.

Παμφάγον ἰχθυσὶ κατὰ δώματα λιχνεύοντα μῦς
Ὁ θρῖον ἀϋτήσας κέλλιστι πεπταμένον.
Πῶγων δ' ἱμερόιο νέθλω ὠδάξατο σάρκα,
Ἀντίνα δ' ὀφρανθεὶς ἐπλατάγησι δόμῳ.
Ἀμβάδιν δ' ὀδύνασιν. ὁδ' ἐν κλειθρεθσιν ἀφύκτοις
Λυφθεὶς, κἀτοφίνου * τύμβον ἐπεσπάσατο.

* πότμου Penus.

Regnatorque penus.] Penus est omne esculentum aut poculentum, sed frequenter metonymicôs pro eo loco in quo asseruãtur esculenta quæuis, accipitur, quo de nomine controuersiam repete non pœnitendam ex Gellio cap. 1. lib. 4.

Ostrea hiulca.] Hiantia, vel ostreas hiantes. De ostreis Plinius 32. cap. 6.

Falsa ossa.] Id est, testam ostreæ, quam ossa putabat esse.

Domum.] Pro cochlea, vel testa, qua pro domo vtitur, idque metonymicôs & catacresticôs.

Deprehensum furem,] In iure est ἐπ' αὐτῷ φόρῳ.

Tetro tenuerunt carcere furem.] ἀλληγορία à furibus, qui deprehensi coniiciuntur in carcerem.

Tumulum] μεταφορικῶς tumulum dicit, vel à consequenti, quòd perierit sorex in Ostreæ testa.

In

Ayuntamiento de Madrid

In garrulum & gulosum.

EMBLEMA XCV.

Voce boat torua, prælargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi, multiforisque tubæ.
Deformem rabulam, addictum ventrique gulæque
Signabit, volucer cùm Tyruo pictus erit.

SVspicor id tractum ex Clementis Alexandrini 2. Pædagog cap. 1. cuius hæc verba: τὸν νεῶν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ, ἰχθὺν τὸν καλούμενον ὄνον τὰ μάλιστα ὁμοιωθείς. Qui animum in alu defodit, pisci qui asellus dicitur, maximè similis. Hunc ex pi scium genere solum habere cor in vētre, ἐν τῇ γαστρὶ, Athenæu ex Aristotele tradit. quamobrem vocatur ab Epicharmo ἐντερο πιλιγαστρος & propter monstrificam ventris naturam. Cæter Om

Onocrotalus, qui & Truo dicitur, gutturis est amplissimi, & vocis clamosissimæ, ita vt ruditum asini dicas, & nasum habere instar tubæ. Sic quidam γαστρίμαργοι, vt verbo Aristotelis vtar, suo incondito clamore, importunaque garrulitate cœlo mare conturbare apud quosdam videntur, cùm tamen importuna sua loquacitate dent sine mente sonum; quippe qui omnia referant ad ingluuiem: quibus denique (vt apud nostrates dicterio vulgato notantur) omnia sunt lingua & podex. Id genus homines, quòd in dicendo nemini cedere videantur, ab imperita multitudine plurimi fiunt, quos tamen probi viri doctiq; fastidiunt. Onocrotalus, quid referat.

Boat.] Translatio à bobus.

Instar habet nasi.] Festus ad hunc modum: Truo, auis onocrotalus, Cæcilius irridens magnitudinem nasi: Prò dij immortales, vnde prorepsit Truo!

Rabulam.] Rabula, à radendis auribus, vel à rabie, vel à raui, id est, raucitate. Hominem significat, qui causam quam defendit, à iudice contendit extorquere, vt sunt patroni illi triuiales & plebeij causidici: inter quos qui clamosissimus est, putatur alios iudicio & doctrina excellere. Cicero De oratore: Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus. Rabula.

Addictum ventríque, gulæq;.] Is vnico verbo γλωσσογάστωρ, vel γλωσσογάστωρ appellatur. Iul. Pollux lib. 2.

Y

Ayuntamiento de Madrid

Doctorum agnomina.

Emblema xcvi.

Moris vetusti est, aliqua professoribus
Superadyci cognomina,
Faciles apertosq; explicans tantùm locos,
Canon vocantur, Curtius.
Reuoluitur qui eodem, & iteratq; nimis
Mæandet, vt Parisius.
Obscurus & confusus, vt Picus fuit,
Labyrinthus appellabitur.
Nimis breuis, multa amputans, vt Claudius,
Mucronis agnomen feret.
Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
Dictus Truo est scholasticis.

Ayuntamiento de Madrid

Contrà est vocatus, tenuis esset Albius
Quòd voce, vespertilio.
At vltimas mutilans colobotes syllabas,
Hirundo Crassus dicitur.
Qui surdus aliis solus ipse vult loqui,
Vt sturnus in prouerbio est.
Hic blæsus, ille raucus, iste garriens:
Hic sibilat ceu vipera.
Tumultuatur ille rictu & naribus,
Huic lingua terebellam facit.
Singultit alius, atque tussit hæsitans.
At conspuit alius, vt pseoas.
Quàm multa rebus vitia in humanis agunt,
Tam multa surgunt nomina.

Sic est naturâ vel potiùs consuetudine quadam deprauata comparatum, vt citiùs vitia quàm virtutes obseruemus; & maximè in iis qui literas profitentur. Quod hic planum facit Alciatus in quibusdam superioris sæculi Iurisconsultis, vel etiã, quantum coniicio, in aliquot aliis, qui suo tempore minùs aptè ius ciuile profiterentur (quorum tamen, vt par erat, nominibus parcit) vnde singuli singula in scholis cognomina sunt sortiti, quibus notaretur ingenij vel naturæ proprium & peculiare vitium in legibus enucleandis; vel hoc generalius accipi potest. Homines enim imperiti, vt etiam argutuli quidam auditores, qui nasum rhinocerotis habent, facilius quod stultè dixeris reprehendere, quàm quod sapienter tacueris, probare possunt, vt ait 2. de Orat. M. Tullius. Magnum profectò onus est atq; munus, vt ipsemet asseuerat disputatione 1. De natura Deorum, suscipere atque profiteri sese, omnibus silentibus, vnum maximis de rebus magno in hominum conuentu audiẽdum. Adest enim ferè nemo quin acutiùs atq; actius vitia in dicente quàm recta videat. Ita quicquid est in quo offenditur, id etiam illa quæ laudanda sunt, obruit: & quoties dicimus, toties de nobis iudicatur. Nec quicquam est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo deliqueris.

Mæander. Mæãder flexuosus & sinuosus fluuius, quod nominis sæpè pro obliquitate sumitur. Huc prouerb. Labyrinthus. Mæander.

Ayuntamiento de Madrid

Qui vel columnas voce rumpat.] Huc prouerb. Chiliad. Columnas rumpere.

Truo.] De hac aui in superioribus.

Colobotes.] Mancus & decurtatus, κολοβός, comminuo & trunco.

Sturnus.] De hac aui Plin. lib. 10. c. 24. & Volaterranus in Philologia.

Pfecas.] Stillicidium vel gutta, aut stilla. Pfecas iam olim audiuit Antimachus Lyricus, quòd identidem exspueret, quod cognomen datum fuit Olympico cuidam, cuius nomen mihi excidit.

Magna hominum in vitiis notandis proteruitas.

Quàm multa rebus, &c.] At istæc licentia, & deprauata consuetudo reprimenda erat. Siquidem conuitia quæ torqueri soleant ob ea quæ sunt in corpore vel in fortunis hominum vitiosa proficiscũtur ab animis parum sanis. Proinde Vlysses apud Homerum Thersitæ non claudicationem, non gibbum aut calui tiem exprobrat, sed omnino garriendi vitium. Sic Achilles non naturæ vitia insectatur in Agamemnone, sed ea quæ animi maxima, quibus adhiberi modus, & quasi frenum imponi rationis potest.

Natura

Natura.

EMBLEMA XCVII.

PANA colunt gentes (naturam hoc dicere rerum est)
Semicaprumq; hominem, semiuirumq; Deum.
Est vir pube tenus, quod nobis insita virtus
Corde oriens, celsa verticis arce sedet.
Hinc caper est, quia nos natura in sæcla propagat
Concubitu, vt volucres, squamea, bruta, feras.
Quod commune aliis animantibus, est caper index:
Luxuriæ, Veneris signaq; aperta gerit.
Cordi alij sophian, alij tribuêre cerebro:
Inferiora modus, nec ratio vlla tenet.

Ayuntamiento de Madrid

PAn pingebatur, vt multarum diuersarúmque naturarum particeps. Id enim nominis Pan totum vel vniuersum significat. Itaque Macrobius Saturnal.1.cap.17. Pan ipse sub hoc habitu quo cernitur, solem se esse prudentioribus permittit intelligi. Hunc Deum Arcades colunt appellantes τὸν τῆς ὅλης φύσεως, non syluarum dominum, sed vniuersæ substantiæ materialis dominatorem, significare volentes; cuius materiæ vniuersorum corporum, seu illa diuina, siue terrena sint, componit essentiam, &c. Alciatus Panos naturam & habitum ad hominem transtulit. Homo enim constat animo diuino, cœlesti immortali, Angelis & Deo simili: copore verò mortali ex quatuor elementis compositio; hac quidem parte belluinam naturam proximè referenti. In animo duæ partes sunt: illa quæ intelligit, meminit, sapit, ratione, iudicio, ingenio vtitur ac valet, quæ pars superior nominatur, & proprio nomine Mens, et verè homines sumus, qua Deo similes, qua cæteris animalibus excellentiores, & longè superiores: Altera est ex coniunctione corporis, rationis expers, bruta, fera, atrox, & bestiæ quàm homini similior: in qua sunt motus illi qui Græcis πάθη dicuntur, pars longè inferior & abiectior, qua nimirùm à belluis nihil differimus. Homo itaque medium est quidam inter diuinas intelligentias, & bruta animantia, eámque ob caussam finxerunt veteres Pana esse Deum, qui superiore parte hominem, inferiore verò caprum referret: vt natura humana hoc inuolucro, & quasi proposito agalmate significaretur, homo enim pro superiore sui parte rationem habet diuinam, & cælestem, inferiore appetitum & libidinem, quibus conuenit cum bellu

Pan, Deus.

Pan, homo.

Hominum natura triplex.

Cæterùm sunt qui hominis naturam triplicem hic notari vo lint; diuinam, humanam, & diabolicam: diuinam quidem, qua cum Angelis participat; humanam, qua cum belluis; diabolicam autem, qua quippiam scelestè & deprauatè cogitat & molitur, quod planum etiam facit August. sub finem c.3.lib.14.de ciui

Pana colunt gentes.] Consule Lactant. & D. August. eod. op de ciuit. libro 18.cap.17. Phornutum de natura Deorum, & po eum Gyraldum de historia Deorum Syntagm. 15. Nonnihil tibi suppeditauerit Euseb.3. præpar. Euangelicæ. Seruius Eclogas Virgilianas, Pana Deum rusticũ ad naturæ similitudinem factum esse scribit. Cuius boni Grammatici sententiam integram ascriberem, si omnino nostro huic argumento re sponderet.

Est vir pube tenus.] Alij legunt, Vir tenus vmbilico est, qua

Ayuntamiento de Madrid

voles, sequitor lectionem.

Quod nobis insita virtus.] Cicero 1. Tusc. Platonem in Timæo secutus, & Aristotelem in 2. De animo, principatum animi ait esse in capite sicut in arce summa. ira verò & cupiditas locis disclusæ: illa enim in pectore, hæc subter præcordia sedem habere dicitur. Galenus in lib. De placitis Hippocratis & Platonis in cerebro posuit spiritus animales, id est, imaginationem, memoriam, sensum, motum, & intelligentiam: facultatem vitalem in corde, naturalem in iecore, de quo existit nutritio & generatio, quæ tria sunt non partes, sed facultates & vires de vnico animo existentes, qui vt seipsum moueat raciocinando, irascendo & concupiscendo, vtitur cerebro, corde & hepate, quæ tria sunt instrumenta sede & loco distincta. Quod itaque Alcia tus ait nos habere virtutem corde orientem, & celsa verticis arce sedentem: animum siue eam animi facultatem quæ rationis est intelligit, quæ vitæ principium à corde, mentis verò & intelligentiæ à cerebro habeat: vel fortasse ad veterum quorundam sententiam, qui animi principatum in corde statuebant, vt Empedocles: alij in cerebro, vt Plato & Democritus. Plutarchus De placitis 4. cap. 5. Animus aũ in cerebro, an in corde.

Celsa verticis arce sedet.] περίφρασις & ἀλληγορία à summo & præstanti Principe in arce summa, vt loco tutiori, sedente.

Hinc caper est, &c.] In superioribus dictum est, hircum libidinis esse symbolum, & concubitu fit generatio. Vide Macrob. cap. 8. Saturn. 1. lib.

Vt volucres, squamea, bruta, feras.] Animaliũ est diuisio: sunt enim aut aërea, vt volucres aues; qui aquatilia, vt pisces; terrena, vt homines & bruta omnia. Huc confer principium 1. Metam. Ouidianæ. Animaliũ genera.

Cordi alij sophian.] Id est, rationem & mentem, cuius sedem in capite bona Philosophorum pars, & quidem eorum qui melioris notæ putantur, esse voluere. Lege Opificium Dei Lactantij.

Inferiora modus nec ratio.] Inferiora belluina planè sunt, vt ira & appetitus, quæ tamen superiori animi parti, id est ipsi menti subiici debent, nisi enim in motus imperium obtineat ratio, quid inter hominem & belluam putabis interesse?

Ayuntamiento de Madrid

Ars naturam adiuuans.

EMBLEMA XCVIII.

VT sphæra Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
Artibus hic variis, casibus illa preest.
Aduersus vim Fortunæ est ars facta: sed artis
Cùm Fortuna malæ est, sæpè requirit opem.
Discе bonas artes igitur studiosa iuuentus,
Quæ certæ secum commoda sortis habent.

Liberales, quàm illiberales artes sequi satius.

SOlebant veteres Fortunam ipsam ita effingere, vt niuleret sset quæ pilæ insisteret. At Mercurium studiosorum numen cùm designabant, basim quadratam seu vndique quatuor angulis nitentem tesseram efficiebant: hoc enim modo firmum studiorum & artium liberalium fundamentum statúmque effingi

singebant, vt quæ nullo Fortunæ impetu possunt concuti. Sic Bias ille Prienæus omnia secum se portare prædicabat. Sic Aristippus Cyrenæus ciuibus suis mandauit, vt eas sibi pararent possessiones, quæ naui fracta simul cum possessore possent enatare. Igitur hi mihi sapientes videntur, qui periculosis artibus relictis, togæ studia sequuntur. Hæc ipsemet Alciatus oratione quadam Ferrariæ habita. His itaque agalmatis propositis admonet bonas disciplinas opera diligenti amplectendas esse, quibus nimirùm fortuitos casus non temerè vel sustinere, vel etiam retundere possimus. Quò spectat illud vice Prouerbij celebratum, λιμὴν ἀτοχίας ὅταν ἀνδρώποις τέχνη: sua enim cuique ars pro viatico est. Video carminis huius materiam sumptam ex Galeni oratione parænetica ad bonas artes, in qua fusè & oratorio more Fortunæ & Mercurij symbola diuersissima explanat. Declaratur id vberrimè è Plutarch. commentario de exilio. Locum Galeni, vel Menodoti (vt aliis placet) ex oratione ἐπὶ τὰς τέχνας huc congessimus in gratiam Philologorum: πλὴν ὁ τύχης μοχθηρίαν ἐμφανίσαι βληθέντες οἱ παλαιοὶ, γράφοντες, ηκὶ πλάτ]οντες αὐτὴν ὀμμον ἐν ἐδάφ γωμένοις ἡρμόδησαν, κάτοι τοῦθ' ἱκανὸν ἦν ἀνοίας σύμβολον. ἀλλὰ ηκὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χερσὶν ἔχειν αὐτῇ, ηκὶ τοῖν ποδοῖν ὑπέδησαν βάσιν σφαιρικὴν, ἐστέρισαν δὲ ηκὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν, ἐνδεικνύμενοι διὰ τούτων ἁπάντων τὸ τῆς τύχης ἄστατον, ὥσπερ οὖν ἐν νυὶ χειμαζομένῃ σφοδρῶς, ὡς ἐπικλύζεσθαι τε τοῖς κύμασι κινδυνεύειν ηκὶ βυθισθῆναι, μοχθηρῶς αὐτὶς πράξειν ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ. κατὰ τὰν αὐτὸν οἶμαι τρόπον κἂν τῷ βίῳ μείζονα ναυαγίαν περὶ πολλοὺς οἴκους γιγνομένων, ἢ περὶ τὰ σκάφη κατὰ θάλατ]αν, οὐκ ὀρθῶς γινώσκοντ☉ ὄ☉ιν, ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν ἐν τοιούτοις περιστάσεσι πραγμάτων τυφλῇ δαίμονι, μηδ' αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ. ἐμπλυκτὸς τε γὰ ὄ☉ι ηκὶ αὔρας ἐς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοὺς ἀξιολόγους αὔδρας παρερχομένη, πλουτίζειν τοὺς ἀναξίους, ἀδι τούτους βεβαίως, ἀλλ' ὅσον πάλιν ἔτως ἀφαιρεῖσθαι τὰ δοθέντα. ταύτῃ τῇ δαίμονι πλῆθ☉ ἀνδρῶν ἀμαθῶν ἐκ ὀλίγου ἕπεται, μηδέποτ' ἐν τῷ αὐτῷ μενούσῃ διὰ τὸ τῆς βάσεως ὀμπτακύλιστον, ἥτις αὐτὴν ἄνω ηκὶ φέρει, ηκὶ κατὰ πρυμνῶν ἐνίοτε ηκὶ θαλάττης. ἐνθα σωσαπόλλυνται μὲν ἀλλήλοις, ἑπόμενοι πάντες αὐτῇ μόνῃ δ' ἀβλαβὴς ἐκείνη διέρχεται καταγελάσασα τ ὀλοφυρομένων τε ηκὶ καλούντων αὐτὴν, ὅτ' ἐδὲν ὄφελ☉. τὰ μὲ δὲ τύχης ἔργα τοιαῦτα. τὸν δ' ἑρμῆν, ἅτε λόγου μὲν ὄντα δεσπότ]ω, ἐργατὸν τῆς τέχνης ἁπάσης θέσθαι πάλιν ὅπως ἐξ ὑπεναντίας τῆς τύχης κεκοσμήκασιν οἱ γράφοντες τε ηκὶ πλάτ]οντες. ναυήρη☉ ὄ☉ιν ὠφελ☉, οὐκ ἐπίτ]ητος

Emblematis fons.

Ayuntamiento de Madrid

οὐδὲ κομμωτικὸν ἔχων κάλλος, ἀλλ' οὐδὺς ὥστε σωμφαίνεσθαι τ
τῆς ψυχῆς ἀρετῶν δ' αὐτῇ. ὅτῳ δὲ φαιδρὺς μὲν τὰς ὄψεις, διδορκὼς δ
θημὼν, ἡκὶ ἡ βάσις τὸ πάντων σχημάτων ἑδραιότατον τε ἡκὶ ἀμε
ταπ[ωτότατον ἔχῃ, τὸν κύβον. ἐπὶ ὅτε δὲ ἡκὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τύπο
τῷ σχήματι κοσμοῦσιν. ἰδοὺς δ' αὖ τοὺς διασώτας αὐτῇ, φαιδρ
μὲν ὁμοίως τῷ καθηγουμένῳ θεῷ, μεμφομένους δὲ οὐδέποτε αὐτ
ὥσπερ οἱ τῷ τύκλῳ, οὐδ' ἀποκειπομένους πότ', οὐδὲ χαιρόμενο
ἀλλ' ἑπομένους τε ἡκὶ διὰ παντὸς ἀπολαύοντας τῆς προνοίας α

Fortunæ imago.

τῆς. id est, Cùm veteres declarare vellent fortunæ improbitatem, non satis habuerunt eam pingendo fingendoque specie muliebri repræsentare (quod tamen erat magnum amentiæ signum) sed & fecerunt, vt manibus clauum prehensum teneret, pedibus autem sedem globosam suppoſuerunt: adhæc eam priuarunt oculis: iisque omnibus fortunæ instabilitatem designarunt. At verò quemadmodum, cùm nauis admodum fluctuat, ita vt procellis vndique agitata parum abeſt quin perclitetur, improbè certè ille prauéque omninò fecerit, si cui co gubernatori clauum commiſerit: ita cùm longè plura nauifragia, eáque grauiora multis in familiis quàm in mari accidant, profectò amens ille fuerit, qui in eiuſmodi caſibus ipſum Fortunæ, cæcæ Deæ commiſerit, ea enim nullam habet firmitatem & conſtantiam, ſtolida nimirùm & expers mentis eſt, quæ ſæpenumerò viros honore dignos, & quorum magna eſt habenda ratio, prætermittat: locupletet autem ingnosineque hoc quidē conſtanti aliquo modo: nam & quæ derit, poſtea interdum adimit. Hanc autem Deam imperitorum hominum multitudo conſectatur, numquam in eodem manentem loco, eò quòd baſis cui inſidet, ſit maximè volubilis, quæ ob cauſſam fertur in loca quædam abrupta & præcipitia, interdum etiam in mare detruditur, in quo vnà omnes obruuntur qui fuerint eam ſecuti: ipſa verò damni expers elabitur, interque ſecurè ridet eos qui conquerantur, & à quibus inuocatur cùm tamen ea tamquam ſurda nihil auxilij eis præſtet. Et quidem fortunæ facta eiuſmodi ſunt. Nunc verò contemplor

Mercurius qualiter effectus.

quæſo, Mercurium ſermonis dominum, omniſque diſciplinæ opificem, quem contrario prorſus modo exornarunt pictores & fictores. Iuuenis eſt & formoſus, formam habens non arcetam, neque fuco illitam: ſed ſtatim vbi apparet, ea quidem forma, virtus animi eluceſcit: hilaritatem oculis præ ſe fert, acutum intuetur: eius autem ſedes, cubus eſt, omnium figurarum maximè ſtabilis, permultúmque à caſu aliena. Hac etiam figu-

Der

Deum hunc interdum ornant, vt possis intueri eos à quibus colitur, hilari esse vultu, sicuti & dux ipse Deus: cui nunquam succenseant, vt sunt qui fortunam accusant, cùm se relictos à tergo contemptosque sentiunt. Qui enim eum consequuntur, per omne vitæ tempus eius prouidentia singulari perfruuntur.

Vt sphæræ Fortunæ.] Fortunam rotundo lapidi insidentem pinxerunt veteres, quo eius instabilitatem designarent; vt pluribus verbis docet in Circulo Pierius. Lege 3. Diuina. instit. Lactant. & Augustin. in ciuitate Dei 2. 4. & 7. libris potissimum. Hic porrò sphæram pro quacunque re volubili & rotunda vsurpauit. Fortuna cur insideat orbi.

Cubo sic insidet Hermes.] Galenus in Oratione quâ proximè citaui, ad artes (si modò eius est) ait Mercurium vt orationis parentem, & artium omnium auctorem in aliam effigiem, quàm Fortunę, effictũ esse à veteribus, tum pictoribus, tum statuariis. Iuuenis enim est forma conspicua, non tamen fucatus, sed natiua quadam specie in basi quadrata, quæ firmitatis & stabilitatis nota est, &c. Idem ferè Pierius lib. Hieroglyph. 39.

Hermes.] Herma à Græcis ponitur pro firmamento; ait Festus: Vnde Mercurij nomen inuentoris, vt putabant, firmæ orationis ductum. Hic autem apud Festum (obiter admoneo) firma oratio est pactum seu stipulatio, firmissimum iuris vinculum, vt didicisse me memini ex Guilielmo Fornerio, Antecessore Aurelio doctissimo. Mercurij imago.

Discę bonas artes, &c.] Mutuatus id videtur ex Ouidio 1. De arte:

Discę bonas artes, moneo, Romana iuuentus.

In

Ayuntamiento de Madrid

In iuuentam.

EMBLEMA XCIX.

NATVS vterque Iouis, tener atque imberbis vterque,
Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
Saluete, æterna simul & florete iuuenta,
Numine sit vestro quæ diuturna mihi.
Tu vino curas, tu victu dilue morbos,
Vt lento accedat curua senecta pede.

Duo ad valetudinem conducentia.

DVO sunt, quæ vt corpus bene constitutum, sanum, & incolume cõseruant, sic & animum ipsum curis expediunt, videlicet certa victus ratio, vinúmque moderatè sumptum, vt cõtrà crapula & vinolentia, vt etiam curæ edaces naturam hominis

minis labefactant & corrumpunt, ipſamque ſenectutem accelerant. Hic itaque deſcriptos videas Apollinem & Bacchum: illum quidem medicinæ principem, qui ſalubri diæta præcipiat quid quantumque ſit in victu ſequendum vel fugiendum: hūc verò, qui vino ſollicitudines adimat. Marſil. Ficinus lib. De vita cælitùs comparanda, duos hoſce Deos ſic copulat: Fratres certè ſunt indiuiduique comites Phœbus atque Bacchus: ille quidē nobis duo potiſſimùm adfert, lumen videlicet atque lyram: hic item præcipuè duo, vinum odoremque vini ad ſpiritum recreādum, quorum vſu quotidiano ſpiritus ipſe tandem Phœbęus euadit & liber. Philoſophorum eſt etiam ea ſententia, ſed tria tamen eſſe ad vitam longam, adeoque valetudinem tutandam neceſſaria conſtituūt. Primò eſt frugalitas, temperātia, ſobrietas, (quàm modò Σωφροσύνην appellabamus) eam enim eſſe matrē ſanitatis aſſeuerant artis medicæ profeſſores: eam virtutum omniū domicilium prædicant philoſophi omnes; victus enim tenuis hoc efficit, vt in primis valeas bene, ait Flaccus 2. Satyr. Secūdò labor & exercitatio corporis moderata, otium enim vires eneruat, vt rubigine ferrum exeditur. Bene Ouidius, Apollo & Bacchus iuncti, quid.

Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus,
Et vitium capiunt, ni moueantur, aquæ.

Vtendum exercitationibus modicis, inquit Cato apud M. Tull. tantumque cibi & potionis vtendum, vt reficiantur vires, non opprimātur. Tertiò voluptas animi honeſta & oblectatio: cor enim in quo eſt calor vitalis, facilè moleſtiis atteritur, vt cōtrà exhilaratur lætitia vireſque ſumit. Qua ratione Ariſt. 4. de morib. ad Nicomach. riſum & iocū ait ad vitam degēdam eſſe neceſſarium. Democritus vitam beatam in vitæ tranquillitate poſuit, & riſui lætitiæque operam dabat. Legimus & ſapientiſſimum latorem legum Lycurgum τῷ γέλωτι, id eſt riſui ſtatuam erexiſſe, eoque Lacedæmonios ad riſum & lætitiam inuitaſſe, Plutarch. in Lycurgo.

Tenet atque imberbis vterque.] Sic Tibullus Eleg. 4. lib. 1.

Solis æterna eſt Phœbo Baccheque iuuentus,
Nam decet intonſus crinis vtrumque deum.

De Baccho & Apolline plura in Syntagmatib. 7. & 8. Gyraldi Deorum hiſtoriæ.

Quem Latona tulit.] Apollo Iouis filius ex Latona in Delo inſula vno partu editus vnà cum Diana, medicinę vſum primus tradidit. Ouid. 1. Metamorph.

Salute, &c.] vt illud Homeri Iliad. α.

χαῖ

Ayuntamiento de Madrid

χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

verborum hæc formula ſolemnis fuit in Hymnorum epilogis.

Quem tulit & Semele.] Bacchus ex Semele Iouis filius, vt ſuperius explicatum eſt in ſtatuam Bacchi.

Numine veſtro.] Veſtro beneficio.

Tu vino curas.] Horatius:

Curas edaces diſſipat Euthius.

& Tibullus 1. Eleg.

Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora, triſtitiæ diſſoluenda dedit.

Dilue. Tolle, aufer. μετάφορα.

Vt lento accedat, &c.] ἀλλεγορία periphraſtica.

Ayuntamiento de Madrid

In quatuor anni tempora

EMBLEMA C.

Aduenisse hiemem frigilla renunciat ales:
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat æstatem sese expectare cucullus:
Autumno est tantùm cernere ficedulas.

HOc referendum videtur ad quasque temporum & annorum vicissitudines, vel ad ea quæ suo non alio tempore solent esse tempestiua, quorumque magna vis est, si suo tempori vsum accommodemus. Rectè Ouidius: Temporũ vicissitudo

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.

In hanc temporis quasi cyclicam μεταβολὴν varij varia luserũt, quæ

quæ huc non pigueri t ascribere, eaque potissimùm, quæ maiorem cum hoc Alciati tetrasticho affinitatem habere mihi videtur. Lubens enim prætermitto Horatianam Odam 9. lib. 2. & septimam quarti. Ouid. ad Pisonem:

Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos:
Vel fugit æstates, æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus, nebulis cessurus & vndis.

Idem primo De remedio amoris:

Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores, igne leuatur hyems.

Et Tristium quarto:

Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusque niues.

Claudian. de sene Veronensi, qui nunquam pedem limine fa tugurioli extulerat:

Frugibus alternis, non Consule computat æuum:
Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles, idemque reducit:
Metituruque suo rusticus orbe diem.

Barthol. Anulus in Poësi picta, ad hominum magnique mund perpetuum & æternum cursum ingeniosè traduxit:

Ver, æstas, autumnus, hyems, hæ quatuor annis
Sunt tempestates orbe volubilibus.
Quatuor ætates homo sic habet integer æui,
Qui puer, hinc iuuenis, mox vir, & inde senex:
Aeterno vt similis mundo reuolutio vitæ
Nos itidem æternos arguat esse homines.

Huc prouerb. Ver hyemem sequitur, & varios locos Hieroglyp. Pierij. Idipsum ait Seneca, Epistola quadam ad Lucilium discipulum: Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt atque sequuntur. Diem nox premit, dies in noctem: æstas in autumnum definit: autumno hyems instat, quæ vere cõpescitur: omnia transeunt vt reuerantur.

Frigila.] Auis à frigore dicta, vt quibusdam placet: de qua Aristot. lib. 8. cap. 3. De hist. animal.

Vere nouo garrula hirundo redit.] Ouid Fastor. 2.

——*an veris prænuncia venit hirundo?*

Dicitur & à Sappho ἠρῶς, ἄγγελος, ἱμερόφωνος, ἀηδών, veris nuncia blandiloqua luscinia. Notum est adagium, Vna hirundo non facit ver. Lege Pierium lib. 22. Hieroglyph. Huic simile adag. Audi Chelidonem, eo quòd hæc auis prænunciet veris aduen

aduentum.

Cuculus.] De quo in superioribus.

Indicat ætatem cuculus.] Tribuitur hoc etiam Hirūdini à Philemone Comico:

Ἡ μέλλι χελιδὼν τὸ θέρος ὦ γύναικες, λαλᾷ. Hirundo ætatem nunciat, ô mulieres, sed Aristophanis interpres Equitibus hoc citat, νέα χελιδὼν ἔστιν ἔαρος ἀρχή: Noua hirundo veris est initium.

Ficedulas.] De ficedulis etiam alibi.

Scyphus Nestoris.

EMBLEMA CI.

NESTOREVM *geminis cratera hunc accipe fundis,*
Quod grauis argenti massa profundit opus.
Clauiculi ex auro, stant circum quatuor ansæ:

Ayuntamiento de Madrid

Vnam quamque super fulua columba sedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Nestor.
Mæonidæ docceas quid sibi Musa velit:
Est cœlum. scyphus ipse: colorq; argenteus illi,
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleïadas esse putant, quas dixerit ille columbas:
Vmbilici gemini magna minorq; fera est.
Hæc Nestor longo sapiens intelligit vsu:
Bella gerunt fortes: callidus astra tenet.

Nestoris crater.

HOmerus in Nestore sene eloquentissimo & consultissimo, typum sapientiæ repræsentat: cuius patera geminis fundis, argentea, clauiculis aureis, quatuor ansis, & sub harum quque sedens columba, cœlum & pulcherrimum astrorum ornatum significabat. Nam crater, cui sit color argenteus, clauiculis aureis, cœlum refert purissimum, & stellas aurei coloris: columbæ sunt Pleïades: duo vmbilici vtraque vrsa. Hoc igitur schemate astronomiam tacitè commendabat, quam quidem solus sapiens & apprimè exercitatus, ingenio potest assequi, vt solus Nestor suum poculum manu ferre poterat. De huius artis excellentia plura repetere licet ex Plinio variis locis, sed potissimum cap. 37. libr. 7. Cæterum Homeri interpretes memorant Nestorem, quamquam senex admodum esset, poculum sustulisse, cum cæteri iuniores vix à mensa tollerent. Sic habet Homeri locus:

Ἀλλ' ὁτε μὴν μογέων ἀπεκιήσας πετράπεζης,
πλέον ἦν. Νέστωρ δ' ἑ γέρων ἀμόγησι ἄειρεν. hoc est,
Vix alij plenum poterant sustollere mensa
Poculum; at ipse senex Nestor facilè abstulit illud.

De hoc Nestoreo poculo pluribus Athenæus Dipnosophist. 10. cap. 12. sed maximè 13. lib. 12. Quædam non pœnitendę lectionis adnotauit de illo cratere Nestoreo Cornelius Vitellius, Annotationibus in Georgium Merulam.

Quod grauis argenti.] Circumlocutio, qua nimirùm Nestoris scyphum commendat à materia.

Fulua columba.] Fuluam, auream interpretor: ne quis ad colorem simpliciter referat. Sex columbæ sunt apud Athenæũ, non quatuor dumtaxat, quæ septem dici, sex tamen esse solent, vt Naso cecinit in Fastis. Martialis huc alluſit in 8.

Ayuntamiento de Madrid

Hi duo longæuo censentur Nestore fundi:
Pollice de Pylio trita columba nitet.

Est cælum.] Tribus distichis sequentibus continetur epimythion, vel, vt melius dixerim, poculi ἔκφυσις.

Pleiadas esse.] Columbæ repræsentãt Pleiadas, numero tamen non obseruato. Nam Pleiades septem sunt stellę iuxta Tauri signum, quę Latinè dicuntur Vergiliæ, quòd veris tempore oriãtur. Lege Ouidium Fastor. 4. Pleiades.

Magna minorq; fera est.] Vrsam maiorem siue Elicen, & minorem siue Cynosurã intelligit, quæ Græcis arcti dicuntur, suntq; Septentrionali polo velut axe quodam nixæ, & arctico circulo clausæ, sicque dispositæ, vt resupinata vtraque caput alterius contegat: cuius autem caput quæ superior est, ad inferioris caudam contendat. De his Ouid. Fastorum 4. Vrsa duplex.

Magna minorq; fera.] Ouidianum hoc 3. eleg. 4. Trist.

Magna minorq; fera——

Longo vsu.] Longa exercitatio & experientia doctrinam parat certissimam, potissimumq; ad disciplinam astronomicã longa obseruatione opus habent.

Bella gerunt fortes.] Collatio est dissimilium: qui corpore sunt firmo & valenti committunt prœlia atque inter se dimicant: sapiens verò rapitur & ducitur ad rerum cælestium cognitionem.

BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid

Quæ supra nos, nihil ad nos.

EMBLEMA CII.

CAVCASIA æternum pendens in rupe Prometheus
Diripitur sacri præpetis vngue iecur.
Et nollet fecisse hominem: figulosq; perosus
Accensam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant scire, deumque vices.

Promethei fatum.

HVius Emblematis inscriptio sumpta est ex dictis Socra-
τὰ ἄνω ἐρ ἡμᾶς ὁ πρὸς ἡμᾶς, quod adagij vice ponitur à de-
ctis. Notissima est Promethei fabula, qui cùm hominem ex l-
to finxisset, & Mineruæ opera ignem cælestem surripuisset,
luteam statuam animaret, ægrè tulit Iupiter, eúmque Merc-
ministerio ligari iussit ad Caucasum montem Scythiæ aspe-
&

& inhabitabilem: aquilámque exhibuit, vel, vt aliis placet, vulturem, qui perpetuò eor exederet, exesumq; renouaretur. Martial. lib. 1.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pauit auem, &c.

Macrob. lib. 1. in Somnium Scipionis, huius fabulæ mysterium exponit. Per vulturem, siue aquilam, iecur immortale tunden- Prometem, nihil aliud intelligũt prisci illi Theologi, inquit, quàm tor- theũ Cau-
menta malæ conscientiæ obnoxia flagitio viscera interiora ri- caso alli-
mantis, & ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione la- gatum.
niantis, sempérque curas, si forte requiescere tentarint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec vlla fibræ misetratione parcentis, lege hac qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de suam potest vitare sententiam. Plato Dialogo De regno, à Prometheo ignem, à Vulcano artes datas hominibus esse tradit. Idem in Protagora, sapientiam à Prometheo surreptam ait, hominibúsque communicatam; cuius hæc ferè verba sunt: Communem Vulcani & Mineruæ officinam, in qua artes excolebantur, clàm ingressus, furatus est Vulcani artem igneã, aliámque Mineruę, qua viuendi facultas obuenit. Prometheum vatem fuisse ex etymo nominis ostenditur: quid sit enim προμαθεια, & quid προμαθιεσθαι, notum est. Is Iouem monuisse fertur ne cum Themide congrederetur. Scholiastes Apollonij Rhodij id figmentum retulit ad historiæ fidem. Ait enim ex Agreta nescio quo scriptore rerum Scythicarum, Prometheũ eor ideò absumi ab aquila, iuxta poëtarum commenta, quòd suam regionem fluuius (cui nomen Aquila) frequenti eluuione corrumperet. Cùm verò Hercules quibusdam fossis fluuium auertisset, ex eo factum, vt diceretur aquilam abegisse, ac Prometheum liberasse. Alij secùs tradũt, Prometheum nempe eum præstare non posset incolis Scythicis quibus præerat, ea quæ necessaria essent, ob inundationem fluuij Aquilę, in vincula cõiectum, neque solutum inde, donec Hercules fluuium in mare deduxisset. Quædam sunt apud Aphrodisæum in problematis, perdocta sanè & ad mythologiam pertinẽtia. Cicero in Tuscul. Prometheum ait virum quendam perspicacẽ fuisse, & in rebus arcanis apprimè versatum, quas hominibus communicauerit: huic Iouem iratũ, quòd veritas in profundo demersa videatur. Iecur autem ab aquila exesum significat sollicitudines & curarum ardores, quibus vel prudentiores irretiantur, quarum vinculis cùm se conantur expedire, in alias molestiores recidunt.

Ayuntamiento de Madrid

Fulgentius in Mythologico, non ab aquila Promethei cor, à vulture corrodi tradit, idque perbellè interpretatus est: videtur assentiri Petronius his hende casyllabis:

Cur vultur iecur vltimum pererrat.
Et pectus trahit, intimásque fibras,
Non est quem tepidi vocant poetæ:
Sed cordis mala, luor atque luxus.

Hic autem conuertitur fabula, vel in eos qui diuina Phi- phiæ mysteria nescio qua mente subtiliùs conantur indag- vel in eos, qui naturali iudicio, fidei Christianæ oracula c- plecti, vel etiam ipsa arcana diuina (quæ scrutari periculo- mum est, vt quid planè ἀδύνατον) discutere, déque iis hu- no sensu aliquid statuere se posse putant: ad quæ cèrtè hum- oculi caligant, vt noctuæ ad lumen solis diurnum. Proinde piens Prou. 25. Qui scrutatur maiestatem, opprimetur à gl- quò etiam spectat illud Euripidis: φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄχ- Mortale non decet altum sapere. Scitu digna sunt illa A- bij lib. 2. contra Gent. Quæ nequeunt sciri, nescire nos co- mur, neque ea conquirere aut inuestigare curamus, quæ c- prehendi liquidissimum est non posse, quamuis mille pe- da suspicio se porrigat atque intendat humana. Et ideo C- stus cùm mortalium sciret cæcam esse naturam, neque vi- posse comprehendere veritatem, positarum nec ante oculo- rum pro comperto habere, & cognito, quicquid sibi esse su- set: & prorsus suspicionibus hæsitare, litigiosas serere atque tendere quæstiones: omnia illa nos linquere & posthabere cipit, neque in res eas quæ sint à nostra procul cognitione motæ, infructuosas immittere cognitiones. Et ibidem: Q- est, inquit, vobis vestigare, conquirere, quisnam hominem cerit? animarum origo quæ sit? quis malorum excogitat- caussas? orbe sit sol amplior, an pedis vnius latitudine met- tur? alieno ex lumine, an propriis luceat fulgoribus luna? neque scire compendium, neque ignorare detrimentum Remittite hæc Deo, atque ipsum scire concedite, quid, qua- aut vnde sit. Vestris non est rationibus liberum implicare talibus, & tam remotas inutiliter curare res, hæc Arnob. Ad- & aliud oracullum Minutij Felicis, Romani olim causi- qui in Octauio ita scribit: Quo magis mirum est, nonnul- tædio inuestigandæ penitùs veritatis cuilibet opinioni tem- rè succumbere, quàm in explorando pertinaci diligentia p- seuerare. Itaque indignandum omnibus, & indolescend-

Præclarus Arnobij locus in futurorum coniectores.

Minutij Felicis locus.

Ayuntamiento de Madrid

est; audire quosdam, & hos studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot omnibus seculis sectarum plurimarum vsque adhuc ipsa Philosophia deliberat, nec immeritò: cum tantum absit ab exploratione diuina, humana mediocritas, vt neque quæ supra non cælo suspensa sublata sunt, neque quæ infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum, aut scisciari permissum, aut scrutari religiosum: beati satis, satisque prudentes iure videamur, si secundum illud vetus Sapientis oracululum, nosmetipsos familiariùs nouerimus. Idem etiam Minutius paulò post hac de re ita doctè & prudenter: Proinde, ait, si quid sapientiæ vobis aut verecundiæ est, desinite cæli plagas & mundi fata & secreta rimari: satis est pro pedibus aspicere, maximè indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus: quibus non est datum intelligere ciuilia, multò magis denegatum est disserere diuina. Quamquam si philosophandi libido est. Socratem sapientiæ principem, quisquis vestrûm tantus est, si potuerit, imitetur. Eius viri, quoties de cælestibus rogabatur, nota responsio est, QVOD SVPRA NOS, NIHIL AD NOS, quod oraculum idem ipse præsensit, idcircò vniuersis se præpositum: non quòd omnia comperisset, sed quòd nihil se scire didicisset. Ita confessio imperitiæ summa prudentia est. Hoc fonte defluxit Arcesilæ, & multò post Carneadis & Academicorum plurimorum in summis quæstionibus tuta dubitatio: quo genere philosophari, & cautè indocti possunt, & docti gloriosè. Quid Simonidis Melici nónne admiranda omnibus & sectanda cunctatio? qui Simonides cùm de eo, quid, & quales arbitraretur Deos, ab Hierone tyranno quæreretur, primò deliberatione diem petiit: postridie biduum prorogauit, mox alterum tantum admonitus adiunxit: postremò cùm causas tantæ morę tyrannus inquireret, respondit ille, Quòd sibi quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior. Mea quoque opinione, quæ sunt dubia, vt sunt, relinquenda sunt: nec tot ac tantis viris deliberantibus temerè & audaciter in alteram partè ferenda sententia est, ne aut anilis inducatur superstitio, aut omnis religio destruatur. Sic Minutius. Poterit etiam non incommodè torqueri in eos qui Astrologi iudicarij vulgò nuncupantur, quorum animus quantis vagetur erroribus, alij viderint: Vel in quosdam Philosophos, qui quę abstrusa prorsus, atque abdita Deus esse voluit, scrutati sunt: ac naturam rerum cælestium inuestigarunt, quæ

Simonidis cordatum responsum.

Ayuntamiento de Madrid

à nobis longè remotæ neque oculis conspici, neque tangi manu, neque comprehendi sensibus possunt; & tamen de illarum omnium ratione sic disputarunt, vt ea quæ asseruerunt probata & cognita videri voluerint, ait Lactant. in opific. Dei. Fabulam hanc pertractat Hesiod. in operibus: quam ad rei veritatem explicat in proœmio lib. vltimi naturalis Hist. Plinii, & libro Problem. Alexandr. Aphrodis. Lege Lucianum in Prometheo, Diodorum Sicul. in sexto, Lactant. lib. 2. cap. 2. 11. Hinc referenda disputatio nobilis Socratica ex Xenoph. 1. Comment. initio ferè, & quæ Lactant. in 2. cap. 9. Diuin. Institut. collig.

Sacri præpetis vnguc.] Sacri præpetis, id est, auis diuinæque significatione vsurpatur à Virgil. 3. Æneidos:

Præpes. *Et volucrum linguis, & præpetis omina pennæ.*

Præpes autem, vt docet Gell. lib. 6. cap. 6. auis dicitur, quæ opportunè in auguriis præuolat. Blondus præpetes dici ait, quæ se ante auspicantem ferunt, nam præpetere dicebant antea. Ouidius Fast. 6.

Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.

Quæcli affectant.] Iophon Bacchus, vt refert in Eclogis Stobæus:

Ἐπίσταμαι γὰρ τάνθρώπου πραγμάτα
Ὡς μάλλον ἐστὶν εὑρεῖν τὰ τῶν θεῶν
Ζητεῖ τοσοῦτο μᾶλλον ἡσύτα.

In astrologos.

EMBLEMA CIII.

ICARE, per superos qui raptus & aera, donec
In mare præcipitem cera liquata daret,
Nunc te cera eadem, feruensq; resuscitat ignis
Exemplo vt doceas dogmata certa tuo.
Astrologus caueat quicquam prædicere: præceps
Nam cadet impostor dum super astra volat.

Emblematis typus.

ID videtur confinxisse ex Græco Ιουλιάνου.

Ἰ καρὸς μὲν σε διώλεσεν, νῦν δέ σε κηρῶ
Ἡ γαγον εἰς μόρφνν αὖθις ὁ καλὸς τύπος.
Ἀλλ' ἄγε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα, μὴ τὸ λυσῆρον,
Ἡλίου πίπτων, Ἰκάριον τέλος.

Ayuntamiento de Madrid

Cera tibi vitam prius abstulit Icare, sed nunc
Te cera finxit denuò docta manus.
Immotas liquidum seruato per aera pennas,
Balnea ne fiant nomine clara tuo.

Icari fabulam prolixè satis persecutus est Ouidius octauo Metamorph. & secundo de arte. Meminit & pluribus aliis in locis totámque narrationem, si vacat, repete ex Diodoro Siculo, lib. 4. Rerum antiquarum, cap. 13. Id autem torquet in Astrologos quosdam falsarios & impostores, qui supra humanum captum conantur aliquid, quęque longissimè absunt ab ingenio humano, vi mentis, & artis experientia se hariolari posse putant. Rectè sanè Isocrates dixit in orat. κατὰ τῶν σοφιστῶν μιλλυτατηνύκοσιν ἐκ ἡμιτελεις φύσεως ἐσί. Diogenes cùm mente agitaret Philosophorum, virorum politicorum, medicorum, & eius generis aliorum, in hominum societate functiones, dicebat homine nullum aliud sibi videri sapientius aut absolutius. Cum verò contemplaretur astrorum inspectores, diuinatores & coniectores, clarè pronunciabat nihil esse quod sibi videretur homine stultius & stolidius. Attamen quotus quisque est, qui non hodie plus propè fidei hãriolis istis & coniectoribus, quàm sacris oraculis habet? quis non ex sua hora suorum euentorum seriem trahi putat, & rectè facta ac vitia sideribus potiùs & stellarum cursibus, vt vocant, quàm sibi ascribit? At hæc figmenta vel potiùs deliria, vir sapiens facillimè declinarit, ipsaque popularis multitudo portenta hæc respuere occeperit, si tandem fucum agnouerit sibi factum. Hanc coniectorum doctrinam omnem damnat apud Gellium 14. cap. 1. Phauorinus, nam aut aduersa fore dicunt (ait ille) aut prospera, si prospera dicant, & fallant, miser homo frustra timendo fiet, si vera respondeant, eáque prospera non sint, iam inde aliquis miser ex animo erit, antequam è fato fiat, si felicia promittant, eáque sint euentura, tum planè duo erunt incommoda: nam & exspectatio spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes iam deuorauerit. Eleganter Actius poëta se nihil credere auguribus dicit, qui aures verbis diuitant alienas, suas vt auro locupletent domos, nullóque pacto huiusmodi hominibus res futuras prædicentibus esse vtendum. Cicero ad finem 1. de Diuinat. Nunc illa testabor, me non sortilegos, neque eos qui quæstus causa hariolentur, ne psychomantia quidem agnoscere.

Astrologorũ vanitas

Non habeo denique nauci Marcum augurem,
Non vicanos aruspices, non de circo Astrologos,

Ayuntamiento de Madrid

Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomnium.
Non enim ſunt ij aut ſcientia, aut arte diuini
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſque arioli:
Aut inertes, aut infames, aut quibus egeſtas imperat:
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam:
Quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmam ipſi petunt.
De his diuitiis ſibi deducant drachmam, reddant cætera.

Atque hæc quidem ex Ennio. Aſtrologos & fatidicos eiuſmodi qui ſe Deo plenos ſimulant, vti Paulus 5. ſententiarum loquitur, ſed maximè qui alienam mortem prænunciant, non ſecus quàm parricidas execrata eſt antiquitas omnis: itaque & maleſici dicti ob facinorum magnitudinem. Vitellius, vt eſt apud Xiphilinum, cùm diem prædixiſſet aſtrologis, quo excederent Italia, hi contrà, noctu præſcripſerunt ei diem quo ei moriendum eſſet: & intra illum diem mortuus eſt, Dione teſte, fortè non fato, ſed propter vaticinium. Ergo cùm ſæpe aliàs, imperantibus Auguſto, Tyberio, Vitellio, interdictum vatibus & mathematicis fuiſſet, ne vllo modo de cuiuſquam morte prædicerent (quòd id ſemper habitum ſit exempli peſſimi: & mortis metus ſæpe ipſa morte deterior, aut etiam nonnunquam mortem acceleret) tandem etiam à Domitiano Cæſare Aſcletario Aſtrologus viuus comburi iuſſus, & Largius Proclus capite damnatus eſt, quia publicè prædixiſſet quo die imperator ſupremum vitæ diem clauſurus eſſet. Præclarus ſeſe mihi pridem obtulit Pici Mirandulani locus ex 2. lib. cap. 9. in Aſtrologos: quem videtur vſurpaſſe hic noſter: Qui Homerum, inquit Picus, allegoricè exponunt, per illam Icari fabulam, qui fictitiis pennis cælo tenuiore ſe commitens, in mare præceps datus eſt, Aſtrologos aiunt deſignari, qui pennis temerariæ profeſſionis in cælum ſe ſubtollentes, cùm de ſuis cæleſtibus dogmatibus, quibus ſublimari videntur, quid ſunt prædicturi, in pelagus ruunt mẽdaciorum. Occurrit etiam diuinatoris cuiuſdam Anglì ſomnium. Is ex aſtris prædixerat Henricum ſeptimum Anglorum Regem (qui tum regno præerat) eo anno extinctum iri. Rumor ſtatim ad ipſum delatus eſt. Iubet itaque hominem ad ſe vocari: à quo ſciſcitatus fertur, an ex aſtris certum aliquid poſſet præcognoſci. Innuit. Sed túne, inquit Rex eius artis peritus es? ſic eſſe reſpondit, tum Rex. An certò conijctas me hoc ipſo anno moriturum? ſic eſſe ait. Dic ergo mihi, Rex infert, vbi tu futurus es his feſtis natalitiis (inſtabat enim natalis Domini dies) nam & hoc fortè te non fugit. Ego ait,

Locus ex Pico Mirandula in aſtrologos.

Angli diuinatoris vana prædictio.

Ayuntamiento de Madrid

ait, cum meis familiaribus & domesticis lautè me victurum spero. At certè, ait Rex, artis tuæ sum peritior quàm sis ipse: nam scio te futurum in carcere, simulque hominem in vincula cõiici iubet. Illic vbi iam satis diuinandi calor refrixisset, cum risu dimissus est. Eiusmodi hominum fatuitatem acerrimè perstringunt Basilius oratione 6. εἰς τὴν ἑξαήμερον. Euseb. De præparatione Euangelica libro 6. & Picus Mirandula in opere ex professo in nugones eiusmodi edito. Ad finem penè 4. Comment. Xenophon id sub persona Socratis eleganter & copiosè disputat: quæ spectant Lactantiana ex c. 3. lib 3. Icarium lapsum Dio Chrysostom. oratione 4. de regno, ad iactantiam principum iuuenilem & populares quas de se concitant opiniones transtulit.

Exemplo vt doceas.] Debemus aliorum periculis fieri cautiores & prudentiores: & maximè istuc est sapere, dum alieno damno sapimus. Publius Mimus:

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Qui

Qui alta contemplantur, cadere.

EMBLEMA CIIII.

Dum turdos viſco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altiuolam figit arundo gruem,
Dipſada non prudens auceps pede perculit: vltrix
Illa mali, emiſſum virus ab ore iacit.
Sic obit, extento qui ſidera reſpicit arcu,
Securus fati quod iacet ante pedes.

ID ex apologo quodam Æſopi de aucupe & vipera. Hic accepto viſco & arundinibus exiit aucupatum. Viſo turdo in alta ſedentem arbore compoſitis arundinibus ſurſum ſpectabat eum cõprehenſurus. Verùm ignarus viperam dormientem inci

Ayuntamiento de Madrid

incidit,à qua morsus,iamque præ dolore vitâ agens, dixit, Ab
alium capturus ab alio miserè capior.Huic simile est Epigram
ma Antipatri Sidonij de Alcimene aucupe,qui cùm arcu & fu
da peteret aues,in altum speculatus,ictus à dipsade interiit.To
tum autem carmen est prosopopœia:

Ὁ πρὶν ἐγὼ κραὶ ψῆρα κραὶ ἀρπάκτῳρα ἐρύκων
Σπέρματ' ὑψιπετῆ δισσυιὼν γιρανον,
Ῥ'ινῦ χιρμασῖν' ὑστρωφα κῶλα τιταίνων
Ἀ'λ ιμένυς πτανῦν ἔργον ἀποδιύφ'.
Καὶ μί τις ὀτυπὴ παρὰ σφυρὰ διψὰς ἐχιδνα
Σαρκὶ τὸν ἐν γυάλυν πικρὸν ἐνέσα χίλεν
Ἠ'λικι χίρνσιν, ἰᾷ' ὃς τὰ καθ' αὐτῷα λύσων,
Τοὺν ποσὶν ὦκ ἐδάλω κῶμα κυκινδόμινον.

Prototypus Emblematis.

Hoc sic vtcumque Latio reddidimus:

Qui sturnum iactis sementibus ante,rapacem
Archeam altiuolam,Bistoniamque gruem,
Extensis manibus,bubulaque id verbere fundæ
Alcimenes abigens ipse procul volucres:
Instigit pedibus serpens tum vulnera dipsas,
Lethiferoque nigrum virus ab ore vomit.
Meque dat ipse neci, attentus dum sidera specto.
Nescius exitij quod foret ante pedes.

Cui conuenit quod de Thalete fertur, qui dum noctu cœlum
contemplaretur,in scrobem decidit,quod ridens ancilla dixit
παθὲν ἔφυ,ὃς τὰ παρὰ ποσὶν ἀγνοῶν,τὰ ἐν ἔρανῷ ἐσκέψ. Id al
tribuunt Anaximeni.Gabrias in tetrastichis idem scribit, cum
hæc verba:

Ἀ'στρεις περισκοπῶν τις ἀστρισκόπ'
Πίπτ' λελυδὼς πρὸς φρέαρ.τυχὼν δέ τις
Ὁ'δοιπόρ', σινύντι,ταῦτ' ἔφη λέγων,
Νοῦν θεὶς ἄνω,βέλτιστε,τὴν γῆν δὲ βλεπίς.

Taxantur Astrologi,qui cùm cœlestia,id est,corporum superio
rum inspectionem se consectari putant,ea tamen ignorant quæ
propiùs sunt admota:cumque præsentia ferè ignorent, futuro
rum scientiam habere se gloriantur.Atqui, quod Pindar. habet
Olymp.12. τῶν μελλόντων γὰ τετύφλουται φραλαὶ, id est,obscura
sunt admodum & cæcæ futurorum cognitiones. In eos Mora
Epigramma hoc lusit lepidum & festiuum:

Astrologorum reprehensio.

Saturnus procul est iam olim cæcus, vt aiunt,
Nec propè discernens à puero lapidem.
Luna verecundis formosa incedit ocellis.

Ayuntamiento de Madrid

Nec nisi virgineum virgo videre potest.
Iupiter Europam, Martem Venus, & Venerem Mavs.
Daphnen Sol, Herſen Mercurius recolit.
Hinc factum, Astrologe est, tua cum capit vxor amantes,
Sidera significent vt nihil inde tibi.

Turdus.

Turdos.] Turdus inter primas à ſaporis bonitate inſignis. Martial. lib. 13.

Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet:
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

De turdis Plinius libro 10. cap. 42. & 53.

Alaudas.] Galeritas, de quibus Plin. lib. 11. cap. 37.

Gruem.] De gruibus in ſuperioribus ſatis. Adnotanda ſynecdoche, qua potuit ſpeciales quaſdam aues pro aliis quibuſcunque.

Dipſas ſerpens.

Dipſada.] Dipſas, aſpidis genus, cuius morſu ſitis inducitur: & Græcè διψᾶν, ſitis eſt. Huius meminit Plin. lib. 23. cap. 8. & lib. 22. cap. 5. Solinus Polyhiſtor. cap. 30. Lege Lucian. præfatione De dipſadibus, & Pierium Hieroglyph. 16.

Securus fati.] Id eſt, ignarus & inſcius infortunij, quod ſibi mortem attulit. Sic Lactant. lib. 2. cap. 3. in philoſophos: Dum aliorum præcipitium vident, non proſpexerunt quid ante ſuos pedes eſſet. M. Tullius in 2. De Diuinat. ridens haruſpicinam:

Democritus non inſcitè nugatur, vt phyſicus.

Quo genere nihil arrogantius: citatque illud ex neſcio quo poëta.

Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cœli ſcrutantur plagas.

Poten

Ayuntamiento de Madrid

Potentissimus affectus, Amor.

EMBLEMA CV.

Aspice vt inuictus vires auriga leonis,
Expressus gemma pusio vincat Amor?
Vique manu hac scuticam tenet, hac vt flectit habenas,
Vique est in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul esto: feram qui vincere talem
Est potis, à nobis temperet anne manus?

Fons Emblematis. IO extulit ex Græco Argentarij, quod ascribam:

ὑγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφυρῷ δ' ἔρωτα
χερσὶ λαβοῦσα ἀνιοχεύουσα ἔλαν,

Ayuntamiento de Madrid

Ὃς τᾶ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένα, ἃ δὲ χαλινὸς
Εὐθύνει, πολλὰ δ' ἀμφιτιθεῖσα χάρις.
Φρίσσω τ' ἔρωτα λοιγόν, ἐχθρὰ δαμάσθων
Ἄγριον, ὃ δ' ἐλίγνυν φείσεται ἀμείλιον id est.

Quid video in gemma hac? amor est, aariga leon
Insidet, & frenis ora superba regit.
Vna manus flagro cædit, moderatur habenas
Altera: nulla magus signa placere queunt.
Sed metuo immitem puerum, mortalibus ægris
Quid faciet, qui sic corda ferina domat?

Huc respexit Lucian. in Deorum Dialogis. Conquerētem enim Venerem apud Cupidinem filium facit & sibi nonnihil reformidantem, ne propter scelera quamplurima leonibus tandem obiiciatur, cui puer his satisfacit: Θάῤῥει μῆτερ, ὅτι καὶ τοῖς λέουσιν ἤδη ξυνήθης εἰμὶ, καὶ πολλάκις ἐπαναβὰς ὅτι τὰ νῶτα καὶ τὰς κεφαλὰς ἐλαφρότατος ἁπτόμενος ἐκείνων ἐπιστρέφω αὐτούς, οἱ δὲ σαίνουσι, καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοί σε τὸ στόμα περιλικμῶσιν ἀποδιδόασι: Confide mater; leonibus enim ipsis iam familiaris sum factus, & sæpenumerò cōscendi eorum terga, & apprehendi iubas; equitis more insidens illos agito: illi verò interim mihi caudis adblandiuntur, ac manum insertam ori receptant, lambuntque; deinde mihi reddunt innocuam. Hoc quidem schemate satis ostenditur, quāta sit amoris vis, qui de fortissimis etiā & ferocissimis triumphare soleat. Leonum enim nomine significantur viri graues, & alioqui sanctimonia probitatéq; aliqua insignes. Leones autem amore furere notat Plinius 8. historiæ mundi, c. 16. & Aristot. hist. animaliū lib. 6. Sed non possum conniuentibus oculis transilire, quod scribit Plutarch. in Amatorio: ἐρῶν ἐμῶν ἄρτι τὰς μοιχὰς οὐ τολμῶν ἀνθρώπων ἁπτόμενος τ' ἔρωτα, τοὺς δ' οὐ τολμῶντας γιγνώσκοντας, ἐπιῤῥώσεις, καὶ θεὸν ἀγαθὸν, οὐκ ἐθαύμασον ἐπὶ τηλικούτῳ δυνάμει σχολῇ τιμῶν τὸ πάθος, οἷς ὧν προσῆκεν ἐξελαύνειν αὐτὸς παρακόπτειν, καὶ κολάζειν ὑπὸ τούτων αὐξανόμενον ἢ σωφρονιζόμενον. i. Non sum ductus admiratione à quibusdam vestrum in conclauia virorum, ab aliis in gynæceum trahi amorem, ingens ac diuinum bonum: quādoquidem tanta sit vis, & tantus honor amori exhibitus, vt à quibus omninò expelli debuerat & opprimi, ab iisdem augeatur & prædicetur. Sed hæc videri non satis aperta possunt, nisi exēplis illustrentur. Ælian. 12. Var. hist. narrat de Dioxippo Olympiis victore cùm pugilum more Athenas eques introiret magno populi cōcursu, & aliis rerum aliarum quæ in eo essent apparatu, pulchritudine caperentur: ipse medio triumpho cōiectis

Leones qui.

Ayuntamiento de Madrid

oculis in mulierem quandam formosissimam, ab eius aspec
non potuit abduci: quin etiam vultum sæpe mutabat, vt fac
appareret eum telis Cupidineis saucium, iam nõ sui fuisse co
potem; quam obrem Diogenes Synopensis ad populum: En, i
quit, pugilem vestrum magnum, vt à puella configitur! qu
dixisset, turpe esse qui viros vicisset, à mulierecula superari.
iocularis iste reprehensor ignorare se fingebat quanta sit am
ris vis, quãque efficax pulchritudo formaque decens corpo
quam non temerè Socrates exigui temporis tyrannidem a
pellauit: Carneades, regnum quod nullis satellitibus egeat:
to, naturæ priuilegium. Plutarch. in Hyperide retulit exẽpl
perquam venustum & memorabile de Phryne, pulcherrima
mina, quę impietatis accusata, defensa est ab Hyperide, orat
certè nobili, qui quòd videret eam iam damnationi proxim
commiseratione vsus, vti quoquo modo iudices flecteret,
lierem produxit in medium, & discissa veste, nuda pectora
dicibus ostendit. Qui mulieris admirati pulchritudinem, e
dimittendam censuerunt, ex quo & oratoris astum, & iudic
inexpectatam misericordiam, ipsiusq; reæ venustatem (id eli
ἀδ& ἄξιον τυραννίδ&, vt loquitur in Phœnissis Euripides) sp
ctanda proponuntur. Aristotelis memoratur dictum, pulchr
dinem omni epistola commendatiorem. i. formam corpo
habere maiorem persuadẽdi vim quàm quæuis oratio vel ep
stola. Ex eo itaque cùm aliquis quæreret, cur quæ pulchra
sent, tam impensè amarentur: dixit eam esse cæci hominis
terrogationem. Mirari enim possit aliquis fuisse cæcum,
nunquam antea quicquam vidisset, &

Qui nunquam visæ flagraret amore puellæ.

De quo Iuuenalis; nos hæc missa facimus. Proclus omne p
chrum, dicit honestum esse, idémque amabile, eo quòd natu
diuinæ aliquam imaginem habet; ex quo τὸ καλὸν, à καλῶ q
dam deducant, quod est vocare: quia ad se vocet & alliciat
minum animos: quam etiam ob rem credibile est à veteribu
reges eos in primis creatos qui pulchritudine aliis antece
rent. Sic enim Homerus suos heroas à dignitate vultus ipsa
pulchritudine commendat. Achillem omnium pulcherrim
facit: quamuis enim Nireum nominet ex iis qui ad Ilium v
nissent formosissimum, tamen ei Achillem præfert. Ita Virg
de suo Ænea:

——Ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Æneas, atque agmina iungit.

Ayuntamiento de Madrid

De Lauſo verò, déque Turno ſic:

Filius huic iuxtà Lauſus, quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni.

His conſentanea maximè ſunt quæ diſputantur ab Iſocrate in Helenæ laudatione: vbi ſic pulchritudinem commendat, vt eam eſſe rem diuinam ſtatuat: ea enim ferè contemnuntur in quibus nulla pulchritudo: contrà quæ pulchra ſunt ſuſpiciũtur ab omnibus. Imò virtutem non alia de cauſa cenſet in precio haberi ſummiſque honoribus affici, quàm quòd pulcherrima quædam res ſit: denique alia omnia bona inuidiæ ſunt expoſita: nullus tamen eſt qui pulchris hominibus inuideat, quos potius admirantur omnes, dignóſque honore putant: cùmq; omnia fortitudo ſua dignitate antecedat, à pulchritudine tamen ſuperatur.

Puſio.]Paruus puer, *παιδίον καὶ παιδάριον*. Cic. 1. Tuſcul. in lib. Platonis, qui inſcribitur Menon, Puſionem quendam Socrates interrogat, &c. Idem pro Cælio: Propter noctturnos quoſdam latrones metus tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitabit, Iuuenal. Satyra 6. Puſio.

— *Puſio dormit,* *Puſio qui noctu non litigat.*

Scuticam.]Paruum flagellum è loris factum, à Græco *σκύτος*, quod eſt corium. Horat. Sermon. 1. Satyr. 3. Scutica.

Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Iuuenal. Satyr. 6. — *Rubet ille flagellis,*
Hic ſcutica. ——

Plurimus ore decor.] Sic eum effinxit Lucian. in Amore fugiuo.

Dira lues.]Epiphonema.

Feram qui vincere talem.]A maiori ad minus.

Ayuntamiento de Madrid

Potentia amoris.

EMBLEMA CVI.

NVDVS *Amor viden' vt ridet, placidumq; tuetur*
Nec faculas, nec qua cornua flectat, habet:
Altera sed manibus flores gerit, altera piscem,
Scilicet vt terræ iura det atque mari.

Emblematis fons.

ID transtulit è Græco Epigrammate:

Γυμνὸς ἔγως διὰ τοῦτο γελῶ καὶ μείλιχος ὄμμα,
Οὐ γὰρ ἔχω τόξον καὶ πυρόεντα βέλη.
Οὐ δὲ μάτην παλάμαις κατέχω δελφῖνα καὶ ἄνθος.
Τῇ μὲν γὰρ θάλασσαν, τῇ δὲ θάρσος ἔχω.

Id est, *Nudus Amor blandis iccirco arridet ocellis,*
Non arcus, aut nunc ignea corda gerit.

Ayuntamiento de Madrid

Nec temerè manibus florem, delphinaque tractat:
Illa etenim terris, hoc valet ipse mari.

Legi alicubi Philostratum Cupidini rosam conferre. Nam sicut illa recens mollis est, ita Cupido, cui aurei, non aliter ac rosæ, capilli tribuuntur: hic quoque spinas pro iaculis gestat, pro foliis fulgorem, folia pro alis data sunt: denique vtrique tempus, color & mores conueniunt. Delphinus autem hominum amasius, maris quietum statum & tranquillitatem ostendit, iramque & commotionem fluctuum ibi emollitam signat, vt docet Pierius in Delphino suo Hieroglyph. 27. Id videtur expressisse apertius in Hippolyto Euripides:

Ὁ ποικιλόπτερος δ' ἀμφιβαλὼν
Ἀνυσάτῳ πτερῷ,
Πατρὸς ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν αὐλίζεται,
Θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον. hoc est:

Ille pennis ornatus variis vndique volitãs alis velocissimus, volatumque super terram, superque sonorum & salsum mare. Quod significat omnia subiici imperio Amoris, qui nudus est, propterea quòd hic affectus debet esse simplex & apertus: ridet, quòd oblectationem præ se ferat: blandè aspicit, vt persuadeat: nullis armis instructus est, vt cũ eo congredi non reformides. Pura lege apud Athenæũ 13. cap. 5. & Platon. in Conuiuio. Amor omnia domat,

Nec sæcula.] Fax Cupidini tribuitur, quòd corda mortalium accendat, & animos conficiat. Fax Cupidinis.

Cornua.] Arcũ, qui cornutus apparet, cùm potissimũ tẽsus est.

Scilicet vt terræ.] Notissimum est illud ex Eclog. 10. Virgil.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Idem alibi:

Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ipse?

Idem. *Omne adeo genus in terris hominúmque ferarúmque, &c.*

Scilicet vt terræ iura det, atque mari.] Lucretius initio primi libri:

Alma Venus, hominum, Diuúmque æterna voluptas.

Idem eodem:

Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferenteis
Concelebras. Et deinde:

——tibi suauis dædala tellus
Submittit flores: tibi rident æquora ponti.

Ouidius:

Tu superos, ipsúmque Iouem, tu numina ponti
Victa domas, ipsúmque regit qui numina terræ,
Tartara quid cessant?

Ayuntamiento de Madrid

Et Propertius:

Hic Deus & terras & maria alta domat.

Qua ratione tradit Pausanias in Corinthiacis apud Sicyonios exstare nobilem Veneris statuam ex ebore, quæ capite gestat cœli orbes; altera manu teneat, papauerum capita; altera malum: quo significaretur Veneris in animantia omnia potentia, inque ipsos Deos.

Vis amoris.

EMBLEMA CVII.

ALIGERVM *fulmen fregit Deus aliger, igne*
Dum demonstrat vti est fortior ignis Amor.

Ayuntamiento de Madrid

EX lib. 4. Epigrammat. Græcorum sumpsit illud:

Οὐ πλανὲς τὸν πλανὸν ἰδὼν, ἄγνυσι κέραυνον,
Δεινύτερὸς κρείσσων πῦρ πυρὸς ὀξὺ ἔρως.

Tanta vis est amoris, vt ipso fulmine concitatior sit, & violentior: quippè qui nec ipsi Ioui cedat, quē multoties arcu petiisse Poetæ referunt: quo significatur amore strenuo nihil vehemētius esse neque insuperabilius. Itaque Græcis ἔρως παιδαμάτως dicitur. De quo illud est distichon per prosopopœiam:

Amor fulmine superior.

Perfringunt, penetrant, vrunt mea spicula fulmen:
Scilicet hinc nomen est mihi παιδαμάτως.

Quidam exstant Euripidis versus apud Stobæum, quibus Amorem Deum omnium potentissimum, facit, hi sunt:

Ἔ ῥωτα ὕβρις μὰ Δία κρίνει μέγαν,
Καὶ τῶν ἀπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
Ἥ σκαιός ἐστιν, ἃ καλῶς ἄπειρ ἔᾳ,
Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις Δία.

Ouidius:

Regnat, & in superos ius habet ille Deos.

Huc facit illud Clemētis ὁ Ϛ. στρωμάτ. ἔρωτα γὰρ ἀξρὸν μάλιστα βρύοντα μίτραις τολυανθέμοις ἀείδω. ὁ ἢ καὶ θεῶν δυνάστης, ὁ ἢ καὶ βροτὸς δαμάζῃ: Amorē cerebro delicatum florentibus pleum coronis: quippè qui & in Deos imperium obtineat, atque homines domet. Huc Augeriani octostichon, sanè lepidum:

Lepidum epigramma Augeriani.

Omne olim cælum (vt fertur) cælum omne ruebat,
Inter se superi dum fera bella gerunt.
Fortis erat Bromius thyrso, Mars ense, tridente
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.
At cum visus Amor fuit in fulgentibus armis,
Necnon accensa lampade pulchra Venus:
Priuatur thyrso Bromius, Mars ense, tridente
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

Sed mirum fuit Ouidij ingenium in eo affectu exprimendo, eiusque vi amplificanda: sic enim 2. Amorum, eleg. 1.

In manibusque Iouem, & cum Ioue fulmen habebam,
Quod bene pro cælo mitteret ipse suo.
Clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen omisi,
Excidit ingenio Iuppiter ipse meo.
Iuppiter ignoscas: nil me tua tela iuuabunt:
Clausa tuo maius ianua fulmen habet.

Et in secundo eiusdem operis, eleg. 5. vbi conqueritur de amasia, quæ se alteri communicarat, quāmque ideò verberibus cædere constituerat.

Ayuntamiento de Madrid

Vt faciem vidi, fontes occidere lacerti:
Defensa est armis nostra puella suis.
Qui modo sæuus eram, supplex vltroque rogaui,
Oscula ne nobis deteriora daret.
Risit: & ex animo dedit oscula, qualia possent
Excutere irato tela trisulca Ioui.

Lilius Gyrald. hist. Deorum Syntagmate 11. repetit ex Plinio fuisse in curia Octauiæ cupidinem fulmen tenentem, cuius auctor nesciebatur. Id affirmabatur Alcibiadem fuisse Principem forma in ætate, in cuius clypeo ita erat pictus. Potens fulmen hoc à Cupidine concussum traduci ad id quod dicitur, Amore plus quàm vi effici, quod in quadam Epist. expressit D. Hieronymus: ingenia quidem, inquit, liberaliter educata ciliùs verecundia quàm metus superat.

Plus amore quam vi effici.

Aligerum fulmen.] Epitheti metaphora, fulmen cum telo Amoris comparat: sed & fulmen telum vocatur Græcis, vt apud Sophoclem: ὑγ ἀτάσκητον βέλος πάτερ κεραυνοῦ: & Heroum tum, βέλος ἰσόθεον ψυχὴ θοὸν. Fulmen aligerum dicitur propter celeritatem, ideo & pictores fulmini tribuunt alas, quod à Ioue immitti crederet Virg. 1. Æneid.

Fulmen aligerum, & aliger amor.

Atque hũ aligerum dictis affatur Amorem, vt Græcis ἴυγξ πῦρ *Ignis amor.*] Meritò amor ignis dicitur. Itaque Virgil. pastor Amorem ignis nomine nuncupat. Sic 3. Georg.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et furias ignemque ruunt.

Idem Æneid. ——*& cæco carpitur igni.*

In Eclog. porrò,

At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

Ouid. epistola Paridis Helenæ:

——*quis enim celauerit ignem,*
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Scripsit & perelegans sanè tetrastichon Ioan. Secundus in Cupidinem, camino insculptum, eadem fermè caussa:

Flammiuomo Veneris quisquis fuit ille camino
Qui sculpsit puerum, credite, doctus erat.
Scilicet æternæ penes hunc custodia flammæ:
Per quem sopitus non queat esse focus.

Fortior ignis Amor.] Teste Xenophonte, qui ait amorem igni torrentiorem, & ferundiorem: nam ignis tangentem forsitan vrit, & vicina depascitur: amori ignis etiam in procul imantes & longo terrarum tractu distitos ardentes suos radios vibrat.

Ayuntamiento de Madrid

In studiosum captum amore.

EMBLEMA CVIII.

IMMERSVS *studiis, dicendo & iure peritus,*
Et, maximus libellio,
Hellaniran amat, quantum nec Tracius vmquam
Princeps sororis pellicem.
Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
Num sat sub Ida est vincere?

EX Guicciardino Italo, scriptore historiæ diligenti ac erudito, didici, Epigramma hoc Alciati speciatim scriptum fuisse in Hieronymum Paduanum, doctum quidem hominem, sed qui amatoria etiam tractaret. Quod & generatim traduci potest in quosdam doctrinæ gloria celebres, qui amore turpi excæcati videre non possunt, quantum vitæ suæ & famæ detri-

Origo Emblematis.

Ayuntamiento de Madrid

hant. Pudet sanè referre doctos homines quamplurimos, s
nominis oblitos, qui hac perculsi non leuiter insania, disci
narum liberalium (quibus ingenium perficitur, boniq; mo
res inseruntur) cultum natiuum turpissima Veneris labe inf
Qui inter doctos, amori operam dederunt.
marunt. Tales fuerunt ad Græcos Callimachus, Sophocl
Philetas, quos secuti proximè Catullus, qui Lesbiam: Tib
lus, qui Deliam: Propertius, qui Cynthiam: Naso, qui Cori
nam versuum mira luxuria celebrarunt. Certamen eiusmo
inter Palladem & Venerem etiam nunc durat, quodq; cr
brò accidat, plerisque etiam viris bonis (qui eo fortasse ac
tam inuiti hærent) videtur esse ludus. Quo loco referre plac
quæ Paulus Iouius, ætatis nostræ historicus excellentissimus, d
Augustinus Nyphus Philosophus.
Augustino Nypho Philosophiæ professore retulit. Susce
enim liberis & vxore senescente septuagenarius senex, puel
citra libidinem impotenti amore correptus est vsque ad infa
niam, ita vt plerique Philosophum senem atque podagricu
ad tibiæ modulos saltantem miserabili pudore cōspexerint
de illi maturatum vitæ exitum constat. Melius quidem Par
tius, qui adolescentulo quærenti an sapiens amaturus esset: D
sapiente, inquit, videbimus: mihi & tibi, qui à sapiente lon
absumus, non est committendum vt aliquando incidamus
rem tam commotam & impotentem, alteri emancipatam,
vilem sibi. Marcus etiam Tullius mortua coniuge, ab ami
vocatus ad secundas nuptias: Vix possem ego, inquit, eod
mo do vxori & sapientiæ studio dare operam. Quo referan
lud Chrysippi. Cùm enim dixisset quidam sapientem am
non capi, testimonio esse Menedemum, Epicurum, & Ale
num: Hac ego, inquit, ratiocinatione vtar: Si Alexinus ille d
solutus, & Epicurus insensatus, & Menedemus canis ac deli
(sic enim ab Eretrienſibus dicebatur) amore capti nō sunt
sapiens quidem eo capietur. Porrò videtur hoc Emblema in
tatus esse ex Græco Pauli Silentiarij:

Ὁ πρὶν ἁμαλδύνεσιν ὑπὸ φρεσὶ κῦδος ἔχων
Ὁ ἰσοφόρος παφίης δισμὸν ἀπειπάμενος
Γυιοβόροις βιλίτεσσιν ἀνίμβατος ὁ πρὶν ἐρώτων
Αὐχένα σὶ κλίνων κύπρι μεσαπόλιος.
Δέξομι καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι παλλάδα νικᾷς
Νῦν πλέον, ἢ τοπάρος μᾶλλον ἐφ' ἱσπιρίδων.

Senex est qui conqueritur se, cùm iuuenis esset, telo amori
uiolabilem fuisse: ætate autem prouectum amoris iugo co
Epigramma ferè ita Latinè:

Ayuntamiento de Madrid

Acer eram vt primis inuicta mente sub annis
Oestriferæ spreui dulcia iura Deæ.
Mißilibus nec eram diris violandus amorum,
Qui tua nunc canus sub iuga vado Venus.
Suscipe ouans, tetrica victa tibi Pallade cessit
Quàm prius Hesperidum munere maior honos.

Vide num huc referre possis initium Odes vndecimæ Epodi Horatiani:

Pecti, nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos amore perculsum graui, &c.

Alio sensu ab Ouidio dictum memini elegia tertij Amorum, qui Tibuli mortem deflet:

Ecce puer Veneris fert euersamque pharetram,
Et fractos arcus, & sine luce facem.

Amorem etiam suis destitutum armis descripsit initio eiusdem operis amatorij his verbis.

Quis tibi sæue puer dedit hoc in carmine iuris?
Pieridum vates, non tua turba sumus.
Quid: si præripiat flauæ Venus arma Mineruæ?
Ventilet accensas flaua Minerua faces?
Immersus studiis.] Ab aquis transiatio.

Libellio] Libellio dicebatur à veteribus, quem nos Tabellionem vocamus, Græcè γραμματεὺς dicitur. Libellio.

Quantum nec Thracius vnquam.]Hac parium collatione turpem amorem significat, qualis fuit in Tereo Thraciæ Rege, qui Philomelæ iuuenculæ, Prognes vxoris sorori, stuprum intulit. Fabulam repete ex Ouidio.

Pallada cur alio.] Hæc apostrophe gratiam addit, eaque tacite significat quàm sint ad libidinẽ propensi qui ab ea in primis esse deberent alieniſſimi.

Cypri.] Cypris, vel Cypria, Veneris cognomen, à Cypro insula, luxui deditiſſima. Iustin. lib. 18. D. Augustin. Ciuit. lib. 4. cap. 10. aliique plures.

Ida est.] Ida mons editiſſimus, in quo tres Deæ de pomo aureo concertarunt.

Aperi

Ἀντέρως, id est amor virtutis.

EMBLEMA CIX.

Dic vbi sunt incurui arcus? vbi tela, cupido?
Mollia queis iuuenum figere corda soles.
Fax vbi tristis? vbi pennæ? tres vnde corollas
Fert manus? vnde aliam tempora cincta gerunt?
Haud mihi vulgari est hospes cum Cypride quisquam,
Vlla voluptatis nos neque forma tulit.
Sed puris hominum succendo mentibus ignes
Disciplinæ, animos astraque ad alta traho.
Quattuor æque ipsa texo virtute corollas
Quarum, quæ Sophiæ est, tempora prima tegit.

Ayuntamiento de Madrid

HOc decastichon translatum reperio ex Græco Mariani scholastici ἀτέρωτα στεφανωμένου, quod sic est 4. Epigram.

Πᾶσι τόξον ἐν νοῒ παλίντονον, οἷ τ' ἀπὸ σεῖο
Πυγμὴ, καὶ μισάτω σε κραδίην δένασις,
Πὰρ πτερὰ, πὰρ λαμπὰς πολυωδανῷ, σὺ τίδι τριαυτὰ
Στ' μματα χρὴ νῦν ἔχεις, πρατέῖ' ἐπ' ἄλλο φέρῃς.
Οὐκ ἀπὸ παιδὸς ἔην κύπριδι, δὴ ἀπὸ γαίης
Εἰμὶ, καὶ οὐλαίης ἐκγονος ἀφροσύνης.
Ἀλλ' ἴθι σὺ ἐς νόον ἀγνὸν μετάπνοον ἔρνεα πυρσὸν ἀνάπτω
Εὐμαθίης, ψυχὴν δ' ἀρετὴν εἰσανάγω.
Ἐκ δ' ἀέτων στεφάνους πιόεσσιν πλέκω ἐν ἀφ' ἑκάστῃς
Τέσσερ' ἀρεταῖς πρώτῳ τῷ σοφίης στέφομαι.

Effingit Cupidinem ἄτοξον καὶ ἄστοχον, sine arcu & sine telis, erudito sanè figmēto dialogistico, quo quidem virtutis omnis distributionem assignat. Sed primum aduertendum est ex Platone, in Sympolio, duas esse Veneres, & totidem Cupidines: hæc antiquior & sine matre, cælo nata, quam cælestem Venerē vocamus: altera iunior, è Ioue & Dione progenita, vulgaris & cōmunis appellata. Eadem ratio est Cupidinis vtriusque. Horum enim alter honestas cupiditates animis ingerit: alter verò affectus voluptuosos & terrestres inculcat. Prior ille ἀντίρως est, quasi dicas, priori contrarius: qui hominem attollit ad superiora & cælestia contemplanda, omnemque virtutem & honestatem præstat. Hic itaque tres coronas manibus contrectat, vnāque circumfert in capite: quibus quatuor illæ virtutes (ex quibus omnis honesti fons pendet) designantur. Prior illa corona caput ambiens (partem quidem Platoni in Timæo omniū corporis partium diuinissimam, & certè principem) prudentiam repræsentat: prouidere enim & aliquid prudenter meditari, cōtemplationis est: tres aliæ, quas manibus continet, Iustitiam, Fortitudinem, & Temperantiam notant, quæ potissimùm in actione positæ sunt, manus enim actionis sunt organa. Quod perspicuum est ex primo Officiorum Ciceronis: Qui maximè perspicit inquit, quid in re quaque verissimum sit, quique acutissimè & celerrimè potest videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. Quocirca huic omnis materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas: reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitæ continetur: quo sanè loco differentem facit virtutem Prudentiam à reliquis tribus, ea enim posita est in veri inuestigatione & contempla

Duo Cupidines & totidem Veneres.

ἀντίρως.

Quatuor corone ad totidem virtutes redactæ.

Locus Ciceronis.

Ayuntamiento de Madrid

templatione, reliquæ sunt actionis. De vtroque Amore Plato in Conuiuio. Ficinus Oratione 2. c. 7. & orat. 7. ca. 8. in idem Conuiuium Platonis. Cæterùm ἀντέρωτα Proclus interpretatur Amorem diuinum animas à corporibus abstrahentem: qua in significatione hîc vsurpatur. Alij duplicem Amorem ideò effectum esse narrant, quòd nullius frugis aut commodi possit esse amor, nisi mutuus sit: qua de re Porphyrius Phylosophus hunc adfert Apologum. Cùm inquit, Cupido infans parum coalescere, Venus Themin Deam consuluit: quæ Veneri respondit Anterota necessarium esse qui rependat vices, vt sese mutuo iuuent, cui Venus aquiescens, Anterota, quasi Contracupidinem dicas, genuit: quo vix dum nato, Cupido cœpit adolescere & procerior euadere. Sed hæc fortasse παίγνια. Scio quidem apud Plutarchum in ἐρωτικῷ, duos Amores esse iuxta Ægyptiorum sententiam & Platonicorum, ἔρωτα πάνδημον, καὶ τὸν ἐρώμενον, id est, vulgarem, & cælestem amorem: sed quia deflectit aliquâtum ab ea quam retuli sententia Mariani, facilè præteo. Apuleius tres amores facit libello quem De philosophia scripsit (vbi Platonem auctorem appellat) vnum diuinum cum incorrupta mente & virtutis ratione conuenientem: alterum degeneris animi, & corruptissimæ voluptatis: tertium ex vtroque permixtum, mediocris ingenij & cupidinis modicæ. Animas autem fusciores ait impelli corporum cupidine: vinum quod illis propositum est, vt eorum vsura potiantur, atque eiusmodi voluptate & delectatione ardorem suum mulceant. Illas verò facetas & vrbanas esse: animas bonorum deamare, & facile velle vti qui potiantur plurimum bonis artibus, & meliore præstantioresque reddantur. Medias ex vtroque constare: nec delectationibus corporis prorsus carere, & lepidis animantibus ingeniis capi posse. Vt igitur illum amorem deterrimum, ita humanissimum, atque turpem facit, non ex rerum natura, sed ægritudine corporis, morboque natum: sic illum diuinum, deorum munere, beneficioque concessum, aspirante cælesti cupidine in animos hominum venire credi. Tertiam speciem amoris, quam mediam dicit, diuini atque terreni proximitate electum, nexuque & consortio parili copulatum: vtque ratio propinquus est diuinus ille, ita & terrenum turpitudine iunctum esse voluptatis. Hactenus Apul.

Duplex amor quid aliis significet.

Fax vbi tristis. Tristis, à consequenti: Fax autem Cupidini tribuitur; quod indicarunt Aegyptij sacerdotes, qui per ἴβιν amorem exprimi voluerunt.

Fax amoris

Ou

Ouid.2.Amorum,eleg.9.

Cur tua fax vrit,figit tuus arcus amicos?

Isidorus non postremi ordinis auctor rationem reddit,quia nõ nunquam amor cupiditate impatientius exurat,nonnunquam verò præ satietate abuolet.Itaque apud Gellium Portius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem.Notum est illud Virgil.

Cæco carpitur igni,& intus alit.

Item: *Vritur infelix Dido.* Vti iam diximus paulò antè.

Vulgari cum Cypride. [Vulgaris illa Venus circa turpes amores versatur:honesta verò ad virtutem & honestatem amplexãdam inflammat,& ad rerum cælestium contemplationem animos pertrahit. Venus vulgaris.

Apuleius apologia 1.pro se ipso dicit item ex Platone geminam esse Venerem,quarum altera vulgaris, quæ sit percita populari amore,non modò humanis animis,sed & pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare: Alteram verò cælitem Venerẽ, quæ prędita sit optimati amore:solis hominibus,& eorum paucis curare:nullis ad turpitudinem stimulis, vel illecebris sectatores suos percellentem,cius enim amore non amœnum & lasciuum, sed cõtrà incorruptum & serium pulchritudine honestatis, virtutis amatoribus suis conciliare: & si quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quàm quòd admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quam prius veram & sinceram inter deos videre.Qua propter, vt semper,eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

Amabit sapiens, cupient cæteri.

Ea de re multò fusius Lucian.in dialogo, cui nomen Ἔρωτες, vel Ἔρως ἢ ἀντέρως, de quo scripsere singulares commentarios quidam recentium, vt Cælius Calcagninus, Augustin.Nyphus cap.19.60.98.de amore,alij plures.

Sed puræ hominum.]Effecta pudici amoris,vbi notabis diligẽti præparatione opus esse, priusquàm aditum habere possis ad rerum diuinarum & pulcherrimarum speculationem.

Animos astraque:] Hic raptus quomodo fiat,superiùs docuimus ad Emblema, cuius inscriptio est, *In Deo lætandum.*

Ἄντι

Ayuntamiento de Madrid

Ἀντέρως, Amor virtutis alium Cupidinem superans.

EMBLEMA CX.

Aligerum, aligeroque inimicum pinxit Amori
Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.
Vt quæ alius fecit, patratur: ab hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lacrymat.
Ter spuit inque sinus mos: res mira, crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Amor quo modo ab Amore superatur.

TRiumphus est amoris pudici, qui de Cupidine victo spolia ampla referat. Nemesis igitur vltionis Dea subiente Veneris filium voluit ab alio aduersario Cupidine, opp

oppoſito amore vinciri & conſtringi: quo ſignificatur, turpem amorem, aut noxiam aliquam cupiditatem poſſe ab honeſto quodam affectu & labore non modò imminui, ſed & ſopiri. Manifeſta eſt itaque alluſio ad prouerbium, Clauum clauo pellere, quò pertinet illud Hieronymi ad Ruſticum Monachum: Philoſophi ſæculi ſolent amorem veterem amore nouo, quaſi clauũ clauo pellere. Cicero 4. Tuſc. Loci denique, inquit, mutatione, tanquam ægroti non conualeſcentes, ſæpè curandus eſt. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauũ clauo eiiciendum putant. Id mihi in memoriam reuocat C. Valerium Flaccum, qui primùm luxu perditus adoleſcens temporibus belli Punici ſecundi, cùm captus flamen eſſet à Licinio Pontifice maximo, quo facilius à vita flagitioſa recederet, ad curam ſacrorum & ceremoniarum conuerſo animo, quantum priùs luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ & ſanctitatis ſpecimen euaſit, vt Val. Max. lib. 9. cap. De mutatione morum. Tralatum eſt hoc carmen ex Epigrammate Græco incerti, quod ſic habet:

Archetypus Emblematis.

Πτερῶπλασεν, ἔρωτα τὸ ἀντίον ἑπλετ' ἔρωτι
Ἀκνημοις τοξων τέξεν ἀμαχομένα.
Ὡς τι πάθη τάκ' ἔριξεν, ὁ δὲ θρασὺς, ὁ πρὶν ἀταρβὴς
Δακρύει, πικρὸν γδυσάμενος θ' βελέων.
Εὖ βαθὺν πρὶς κίλπον ἀπὸ πλυσιν, ᾧ μιγα θαῦμα,
Πλεξ τις πυρὶ πῦρ· ἧψατ' ἔρως θ ἔρως. id eſt:

Pennatum volucri puero atque vltricia pennis
Tela Cupidineis oppoſuit Nemeſis:
Vt quæ commiſit, ferret; qui fortis & audax
Ante, modò expertus ſpicula amara gemit:
Torque ſinum ſput in medium, prò mira! quis ignem
Igne vret? flammas ſenſit Amoris Amor.

Non eſt alienum quod Ouidius cecinit 1. Amorum, eleg. 1.

Quid ſi præripiat flauæ Venus arma Mineruæ?
Ventilet accenſas flaua Minerua faces?

Et eleg. 8. lib. 3. qua Tibulli mortem deflet:

Ecce puer Veneris fert euerſamq; pharetram,
Et fractos arcus, & ſine luce facem.

Pauſanias in Eliacis memorat Cupidinem depictum fuiſſe, qui alteri Cupidini palmam è manibus extorquere niteretur: quo volebant intelligi honeſtũ amorem de amore Venereo victoriam quærere. Ouid. 2. De remed. cùm ait:

Alterius vires ſubtrahit alter Amor.

Ayuntamiento de Madrid

Ἀντίρροπα certè, id est, ἀντιδίκων, opposuerunt veteres ἔρωτι, vt interpretes nonnulli exemplum ita apponant, In Phædra ἔρωτι, in Hippolyto ἄντιρρως erat: vt apud Nasonem in Apolline persequente, & Daphne fugiente: cuius Poëtæ versus hi noti:

Deque sagittifera prompsit duo tela pharetra, &c.

Vt quæ alijs fecit patiatur. Adducitur idem à Suida: Αἰπὺ πάθοι τάκ' ἔρξε, δίκην δ' εἰδέα γένοιτο. id est, Si quis patiatur quæ aliis fecerit, iusta pœna fuerit, & apud Pindari scholiasten 4. Pyth. Οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξοι, τοῖον τιλ& αὖτὸν ἰκάνει. Alicubi & apud Paulum: Isdem artibus capietur ille, quibus vsus est, τᾶτ ἀνὴρ τέχναισιν ἁλώσεται, ἅσπερ ἐπῆρξεν. Lactantius lib. 1. c. 16. Dum instituit de Ioue loquens: An tandem, ait, illi venit in mentem ab alio expectes alteri quod feceris? & timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno? Boëthius (quid enim verear adducere in rectorem tam bonum?) De consolat. 2. Quid autem est, inquit, quod in alium quisquam possit facere, quod sustinere ab alio ipse non possit? Busiridem accepimus necare hospites solitum, ab hospite Hercule fuisse mactatum. Regulus plures pœnorum bello captos in vincula coniecerat: sed mox ipse victorum catenis manus præbuit. Vllámne igitur eius hominis potentiam putas, qui quod ipse in alio potest, ne id in se alter valeat, efficere non possit? hæc ille. Seneca longè antè vsurparat idem verbum, sed alio tamen sensu, epist. 39. Quarum voluptatum potentiæ atque insanæ libidini ob hoc vnum possis ignoscere, quod quæ fecere patiuntur. Accommodatius ad hunc locum Cicero 2. de Oratore, alio tamen orationis filo: Vt semen feceris, ita & metes. Iustitia enim videtur postulare vt qui fecerit aliis iniuriam, ab aliis itidem accipiat iniuriam. Hæc enim lex est talionis vt par pœna reddatur. Virgil. in decimo de Turno qui Pallantem Euandri filium interfecerat:

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis:
Turno tempus erit magno cùm optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista diemq;
Oderis. Etenim cùm Æneas Turnum prostrauisset, quæque parcere decreuisset, viso Pallantis balteo, quo se Turnus cinxerat,

——Furijs accensus & ira,
Terribilis: Tune hinc spolijs indute meorum

Æquum est eum ea pati quæ in alios fecit.

Ayuntamiento de Madrid

Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine posci.

Et Orodes prædixerat in 10. eod. lib. fore, vt eadem pœna breui afficeretur Megentius, quam in ipsum intulerat.

—— non me quicunque es inulto
Victor, nec longum lætabere, te quoque fata
Prospectant paria: atque eadem mox arua tenebis.

Glyca Annalibus scribit Adonibezecum viuum captum extremisque pedum ac manuum partibus mutilatis: Septuaginta, inquit ille rex, reges extremis pedum manuúmque partibus truncati, mea sub mensa micas collegerunt. Quemadmodum in illos ego me gessi, ita mihi diuinitus est repensum. Ælius Lampri. in Alexandro Seuer. Vetronium Turinum, ait, fumi venditorem accusari Alexander iussit: probatisq; per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset: & quibus audientibus quid promisisset, in foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit: & fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iusserat, necauit, præcone dicente: Fumo punitur qui vendidit fumum. Tribellius Pollio in Gallica: Cùm quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset eius vxori (Gallienum intelligit) atque illa re prodita vindicari vellet, surripi quasi ad Leonem venditorem iussit. Deinde cauea caponem emittit: miratibusq; cunctis rem tam ridiculam, per Curionem dici iussit: Impostura fecit, & passus est. Deinde negotiatorem dimisit. Lãpridius in vita Seueri: Clamabatque sæpius quod à quibusdam siue Iudæis, siue Christianis audierat & tenebat: idque per præconem cùm aliquem emendaret, dici iubebat: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Nec verò prætermittendum quod narrant sacratæ hist. Eccles. iast. lib. 6. c. 5. & Sozomen. lib. 8. c. 7. Eutropius primus Imperatoris cubicularius, ac primus eunuchus, cùm de nonnullis qui ad Ecclesiam confugerant, vindictã sumere vellet, studiosè in hoc incubuerat, vt lex ab Imperatorib⁹ ferretur, qua vetaretur ne quisquam ad Ecclesias confugeret; quin etiam vt inde abstraherentur qui ad eas iam confugissent. Confestim pœna subsecuta est. Proposita autem hac lege, haud diu postea Eutropius ipse, quòd coniugi Imperatoris cõtumeliam intulisset, primus eam legem transgreditur, & ex palatio profugus ad Ecclesiam supplex accurrit. (Verùm Imperator Eutropium abstrahi iussit) pœnásque capite truncatus dedit, & lex quæ lata fuerat, prorsus è publicis commentariis expuncta est, hæc illi.

Quod tibi fieri nolles, alteri ne feceris.

Ayuntamiento de Madrid

Vide Prouerb. Neoptolemea vltio. Rectè Cassiodorus lib. 9. Variar. epist. 2. Pœna ista peccati est, vt vnusquisque in se recipere possit, quod in alterum proteruus exercuit. Et huc quidem videtur pertinere titulus 2. Pandectarum, Quod quisque iuris in alium statuerit, eodem iure vtatur.

Spuere in sinum.

Ter spuit in q; sinus.] Irati & abominantis est gestus. Tibullus Elegiar. 2. de sene amatore loquens:

Hunc puer, hunc iuuenis turba circum stetit arecta:
Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Iuuenal. Satyr. 7.

Conspuitur q; sinus veram deprehendere messem
Si libet.

Et apud Theocritum puella rusticum quendam, à quo amabatur, ridens, dum illi deformitatem, graueolentiam, & alia corporis vitia exprobrat, ter in suum sinum despuit: ait enim,

Τρὶς εἰς ἐὸν ἔπτυσα κόλπον.

Odit Amoris amor.] Eadem polyptosis apud Ouid. 3. Amor. eleg. 10.

Causa fuit multis nostri amoris amor.

Dulci

Ayuntamiento de Madrid

Dulcia quandoque amara fieri.

EMBLEMA CXI.

MATRE *procul licta, paulum secesserat infans*
Lydius: hunc diræ sed rapuistis aves.
Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
Cum nec ita immitis vipera sæua foret.
Quæ datis, ah, dulci stimulos pro munere mellis?
Prôh dolor! heu sine te gratia nulla datur.

APparet id esse tractum ex Antipatri, atque etiam Bianoris Origo Epigrammatis eiusdem penè argumenti, lib. 1. Antholo- Embl. giæ, titulo εἰς θέατιν ηχὶ εἰς ἀνίνητας. Sed Antipatri primùm eiusmodi est:

Ayuntamiento de Madrid

Τὸ βρίφ' ἁρμόναντα δὶ χρήσαδε μέλισσαι,
(φεῦ κύνες) ἔρπυσιν, ἁπρίαι μαίμινον.
Πολλάκι δ' ἐξύμινεν ἐσιγμένον ὤλισαθ' ἁδάι,
Κέντροις οἱ δ' ἐφίων φωλεὰ μεμφόμεδα.
Παίδιο λυσιδίκᾳ ἠδὲ ἀμόντορι, μηδὲ μελίσσας
Αἰνεῖν, κἠκείνας πικρὸν ἐνισπεῖν μέλι.

Bianoris verò sic;

Κοῦρον ἀπὸ πλανίλω ξυμάξων ἁρμόναντα,
Φεῦ βρίφ' ὡς ἀδίκως ἄλιτε βυγενίες.
Η'γνοίησεν ὁ δείλαι' ἐς ὑμέας οἷα μελίσσαις
Ε'λθὼν, αἰ δ' ἔχεν ἧτο χερειότερα.
Α'ντὶ δὶ οἱ δοίνυς ἐσεμάξατε φοίνια κέντρα,
Ω' πικραὶ, γλυκερῆς ἀντὶ πάλοι χάριτος.

Nos vtcumque ita sumus interpretati:

Repentem per humum tenerem Hermonacta, legentem
Dulcia mella (nefas heu) pupugistis apes.
Reddidit enectum sic vester aculeus, ah ah,
Serpentes nequeant vt nocuisse magis.
I, age, Lysidicæ patri, Amyntori dicito matri:
Improbæ apes, melli cùm sit amaritues.

Alterum sic:

Errantem in triuio, mollem Hermonacta puellum
Iniustè nimium corripuistis apes.
Vipera quàm sit atrox petores, venit vbi ad vos
Nescius, infelix esse putabat apes.
At pro melle graues stimulum pingendo cruentum
Liquistis: sic sic gratia mellis abit.

Amoris & mel & fel.

Hoc autem sub figmento, amoris naturam intelligere licet, vt rectissimè Plautus ait, & melle & felle est fecundissimus: gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque aggerit, enim voluptate blandius? sed eadē quid tristius? Cauendus itaque, dum oblectamenta magno labore conquirimus, ne dulci melle venena lateant. Exēplum præsto est in apibus mel dulcissimū cōficiunt: eędem aculeū habent præsentis quis sese propiùs admouerit. Hinc à Grǽcis γλυκύπικρος dicitur; quod significat Euripid. in Hippolyto his verbis:

Amor γλυκύπικρος.

Τί τῶδ' ὁ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἔρᾶς;
Η'διστον ὦ πᾶ τἀκτὸν, ἀλγεινὸν δ' ἅμα. id est,

Quid hoc est quod dicunt homines amare; respondet Iucundissimum, ô filia: sed idem calamitosissimum. Verba Phœdræ ad nutricem, cui suos in Hippolytum amores Huc respexit Catull. ad Mallium;

Ayuntamiento de Madrid

Multa satis lusi, non est Dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Cæterum Epigramma est Meleagri lib.7. Græcorum Epigrammatum, in quo ex apicula quærit cur Heliodoræ corpus tangat: Num ideò vt ei nunciet, quòd ipsa amoris dulcem & amarum, stimulum habeat? Putabam pridem id de Amore ab apibus puncto figmentum non incommodè reuocari posse ad id quod Plutarch. scribit (si tamen verè dicendum id esse Plutarchi problema) ab apibus eos pungi citius, qui stupro sese commacularint: quòd id animal sit munditiei & elegantiæ perstudiosum, quippè quæ facilè odorentur, nec immunditiam libidinosorum sustineant, citatúrque ibidem Theocriti locus, quo continentur Veneris ad Anchisen verba. Ab apibus citius pungi nefanda pollutos libidine.

Paulum secesserat.] Huic figmẽto indulgetur. Nam Poëtæ omnes semper Cupidinem Veneri adesse faciunt. Rationem adfert Seruius: Quia, inquit, venerea voluptas sine amore non potest exerceri. Horat. 1. Carminum. Cur Cupido Veneri adiungatur.

Liberum & Musas Venerémque, & illi
Semper hærentem puerum canebat.

Plato in Simpos. rationem longiùs repetitam narrat. Vide 3. præpar. Euangel. Eusebij, & Gyrald. Syntagm. 13.

Infans Lydius.] Periphrasis Cupidinis. Lydi populi sunt in regione minoris Asiæ, omni mollitie & voluptate deprauati, qui primi caupones & institores fuerunt, Herod. libro 1. Lege Plin. 3. cap. 5. & 5. c. 29. itémque Athenæũ Dipnosoph. cap. 4. lib. 12. & Prouerb. Chiliad. Lydus ostium clausit: &, Lydus in meridie: & putant nonnulli verbum, ludere, à Lydis ductum. Lydi mollitie insignes.

Diræ sed rapuistis apes.] Enallage personæ, per apostrophen, expressit vim uerbi ἅλετε, id est, sustulistis de medio.

Prò dolor, heu sine te.] Alludit ad illud 7. Metamorph.

---- *nulla est sincera voluptas,*
Sollicitúmque aliquid lætis interuenit. ----

Plautus in Amphit. *Est in ætate hominum* (*ita Diis placitum*) *voluptati vt mæror comes consequatur.* & Horat. Odar. 2.

---- *nil est ab omni parte beatum.*

Huc prouerbia; Dulce & amarum: &, Ne quære mollia, ne tibi dura contingant: &, Fecem bibat qui vinũ bibit; itémque illud, In apes irruere. Cæterùm in eo tandem velim studiosũ admonitum: pro eo quod in Græco est, τὸ πικρὸν γλυκερῆς ἀντὶ παρὰ χάριτος, dicit Alciatus, *Prò dolor heu, sine te gratia nulla data*: nimium obscurè id quidem, vt omnes vnà mecum sentiunt.

Ayuntamiento de Madrid

Ego verò fateor his verbis (*sic sic gratia mellis abit*) me non assecutum esse Græcæ conclusionis saporem, sensus is est, O apes quæ non minus amaræ estis quàm mel ipsum dulce. Nam vox ἀντιπαλοι, significat vitium æqualium contrarietatē, aut æqualitatem virium quæ sunt inter se aduersæ: quasi apertè diceret apum acerbitatem æquare mellis dulcedinem, summumque bonum summo compensari malo.

Ferè simile ex Theocrito.

AD EMBLEMA CXII.

ALVEOLIS dum mella legit, percussit amorem
Furacem mala apes, & summ s spicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue,
Et quatit errabundus humum, Venerisq; dolorem

Inde

Indicat, & grauiter quæritur quòd apicula paruum
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit,
Nate, feram, qui das tot noxia vulnera paruus.

HOc fere idem cum superiori, nisi quòd cõcinnius & lepidius claudat Theocritus: quem sua lingua loquentem audire non pigeat.

Eidyllion Theocriti.

Τὸν κλέπ]αν ποτ' ἔφυτα κακὰ κέντασι μέλισσα
Κηρίον ἐν σίμβλοις συλεύμενον, ἄκρα δὲ χερῶν
Δακτύλα πάνθ' ἱπεύξεν. ὁ δ' ἄλγεϊ, καὶ χέρ' ἐφύσᾳ,
Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο. τᾶ δ' Ἀφροδίτα
Δεῖξεν τὰν ὀδύναν καὶ μιμφετο, ὅτ]ι γε τυτθὸν
Θηρίον ἐντὶ μέλισσα καὶ ἀλίκα τρώματα ποιεῖ.
Κ' ἀ μᾶτηρ γελάσασα, τί δ' ἐνίσον ἐσὶ μέλισσαις.
Κ' ὦ τυτθὲ μύθης, τὰ δὲ τρώματα ἀλίκα ποιεῖς.

Quod sanè ex Anacreonte transcripsit, cuius Ode sic habet.

Anacreõtis Oda.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
Καμπύλωι μελιτ]αῖο
Οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη.
Τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς
Τᾶς χειρὸς ὠλόλυξε.
Δραμὼν δὲ καὶ πιπασθεὶς
Πρὸς τὴν καλὴν κυδάρην,
Ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπον,
Ὄλωλα, κἀποθνήσκω.
Ὄφις μ' ἔτυψε μικρὸς
Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτ]αν οἱ γεωργοί.
Ἀ δ' εἶπεν, εἰ τὸ κέντρον
Πονεῖ τὸ τᾶς μελιτ]ας,
Πόσον, δοκεῖς πονεῦσιν
Ἔρως ὃ σοὶς σὺ βάλλεις;

hoc est,

Inter rosas Cupido
Apiculam iacentem
Non vidit, estque punctus:
Manumque sauciatus
Mox eiulare cœpit.
Et cursitans volánsque
Ad candidam Cytheren,
Heu occidi, occidi, inquit,
Vitámque mater effio.
En me minuta serpens
Pennata vulneravit:
Apem vocant coloni.
Tunc illa: Apis si acumen
Tantum facit dolorem,
Quantum putas dolere
Quos tu feris Cupido?

Carmen Theocriti certatim, ni fallor, à doctis quàm plurimis conuersum est.

Terram pedibus quatere.

Quatit humum.] Doloris signum, pedibus terram percutere, est & indignantis, & grauiter ferentis. Homerus de Iro:

——Σὺν δ' ἄλλαο εἴδιντας
Λακτίζων ποδὶ γαῖαν.

Ayuntamiento de Madrid

tamen calcitrationem non esse indignantis, sed moribundi, p
tat amicus meus Ioan. Frater Lauallensis. Nam Irus ab Vly
grauissimo ictu ad terram afflictus, eorum more qui anima
efflant, apud Homerum terram pulsat pedibus, vt 10. Æne
Virgiliānæ:

Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum expirans. --------

Ouid. 1. Artis,

Lydius æquatam ter pede pulsat humum.

Venus amica risus.

Ridēs Venus.] Poëtæ Græci Venerem appellant φιλομμείδη
est, risus amicam. Horat. 1. Carminum:

Siue tu mauis Erycina ridens.

Tria genera risus ponuntur à Clemente Alexādrino: μειδιαμ
risum decorum: κιγλισμὸν, meretricium, καχχασμὸν, procacem
notas referentem libidinis.

Qui das tot noxia vulnera.] Huc spectat illud è 3. Eidyl
Theocriti:

Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα, βαρὺς θεὸς ἢ ῥαλεαίνας
Μασδὸν ἐθήλασε, δοιμῷ τε μιν ἔτρεφε μάτηρ.

Nunc amorem noui: dirus vtique Deus est, & quidem lear
mammam suxit, inque saltibus ipsum mater enutrit. Sed pr
pius est quod citatur ex Næuio:

Aedepol Cupido, cùm pusillus sis, nimis multùm vales.

Ayuntamiento de Madrid

In ſtatuam Amoris.

EMBLEMA.

Quis ſit Amor, plures olim cecinêre Poëtæ,
Eius qui vario nomine geſta ferunt.
Conuenit hoc, quòd veſte caret, quòd corpore paruus:
Tela alaſque ferens lumina nulla tenet.
Hæc ora, hic habituſque Dei eſt. Sed dicere tantos
Si licet in vates, falſa ſubeſſe reor.
Eccur nudus agat? Diuo quaſi pallia deſint,
Qui cunctas domiti poſſidet orbis opes.
Aut qui quæſo niues boreamque euadere nudus
Alpinum potuit, ſtrictaque prata gelu?

Si

Si puer est, puerúmne vocas qui Nestora vincit?
An nosti Ascræi carmina docta senis?
Inconstans puer hic, obdurans pectora quæ iam
Trans adiit, nunquam linquere sponte potest.
At pharetras & tela gerit quid inutile pondus?
An curuare infans cornua dira valet?
Alas cúrue tenet quas nescit in æthera ferre?
Inscius in volucrum flectere tela iecur.
Serpit humi, sempérque virûm mortalia corda
Ladit, & haud alas saxeus inde monet.
Si cæcus, vittámque gerit, quid tænia cæco
Vtilis est? ideò num minus ille videt?
Quisve sagittiferum credat qui lumine captus?
Hic certa, at cæci spicula vana mouet.
Igneus est, aiunt, versátq; in pectore flammas.
Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.
Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis
Naiadum, quoties mollia corda subit?
At tu ne tantis capiare erroribus, audi:
Verus quid sit amor, carmina nostra ferent.
Iucundus labor est, lasciua per otia: signum
Illius est nigro punica glans clypeo.

FIgmentum de Amore vt sibi repugnans & ἀδύνατον particulatim reprehendit, verámque Amoris definitionem ad extremum se tradere docet: sub quibus omnibus inuolucris graphicè exprimitur amatorum vita miserrima: quæ sigillatim omnia explicabimus, si prius Marulli elegantem descriptionem subiecerimus:

Descriptio Amoris ex Marullo.

Quis puer hic? Veneris, plenæ quæ causſa pharetræ est?
Non bene prouisus certa quod arma mouet.
Cur sine veste Deus? simplex puer odit apertum.
Vnde puer? pueros quod facit ipse senes.
Quis pennas humeris dedit? inconstantia. quare
Nulla Deo frons est? signa inimica fugit:
Quæ sors eripuit lucem? immoderata libido.

Ayuntamiento de Madrid

Cur macies? vigilis cura, dolorque facit.
Quis cæcum præit? ebrietas, sopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, opprobrium.
Qui cœlo dignati? homines: quæ causſa coegit?
Mitior auctore eſt credita culpa Deo.
Heu curuum genus, & veri corda inſcia! quo ius
Fasque, ſcelus miſeri ſi ſcelere abluimus?

Addã & Augeriani poëtæ certè non illepidi eadẽ de re carmen:

Augeriani epigráma de Amore.

Angelus inuicta qui cuſpide ſemper oberras,
Dic mihi, te nudum cur tua mater alit?
Nudo homines qui noſtra petunt delubra, Rubenti
Cur ſtant in dextra ſpicula? trado necem.
Cur puer es? pueros facio quoſcumque ſagittis
Saucio ſine volans ignibus vro meis.
Ventoſas humeris cur fixit Iupiter alas?
Eſt quouis leuior flamine quiſquis amat.
Cur tecum faculæ? quia viuida corda fretumque,
Et iuga montoſa, & ſcrupea ſaxa cremo.
Cæcus es? an claro, dic, lumine? cæcas amator,
Non ego luce poli lux mea clara magis.
Paſceris ambroſia, ſeu nectare? paſcor amœnis
Blanditiis, riſu, ſedulitate, iocis.
Cur tibi pulchra pater? quia denſos forma calores
Ingenerat, formæ munere naſcor ego.
Cur maris è fluctu prognata eſt mater? amator
Vt mota in ſalſis fluctuet vnda vadis.
Dic, tua non vilis domus? an cultiſſima? nullæ
Tecta colo, hiberno ſub Ioue dego miſer.
Dic vbi ſtas, dum laſſa tuo ſunt membra volatu?
Crede mihi, numquam me leuis ala vehit.

Sed & nonnulli è veteribus commentitiam iſtam Cupidinis diuinitatem doctè veréque perſtrinxerunt, vt Archias poëta, οὐκ ἔρως ἀδικᾶ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀπόλαστοι, ψυχὰς ἀνθρώπων ἐσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

Non amor eſt qui afficiat iniuria humanũ genus, ſed intẽperantes: animis enim hominum hanc occaſionem præſtat amor, quaſi diceret ſine vllo verborum circuitu: non amor qualis à poëtis celebratur, fictitius ille puſio, lædit homines, ſed intemperantia. Refer huc Eidyllion Theocriti 21.

Vario nomine.] Propter diuerſa vel adiuncta vel effecta, quæ ſtudioſè in Syntagmatib. Hiſtorię Deorum explanat Gyraldus.

Conuenit

Ayuntamiento de Madrid

Conuenit hoc, quod.] absurdum, vt fabulam refutet.

Eccur nudus agat.] Maxima, inquit, est impudentia eum nudi pingere, cùm Dij nulla premantur egestate. Ea tamen nudi importunam & perpetuò vigilantem amantium pertinaciam arguit: vel manifestam eorum insaniam prodit. Sic aliquis recentibus:

Nudus Amor cur?

Cur te cum nullo corpus velamine monstrat?
Stultitia insani manifesta patescit amantis

Qui cunctas domiti.] Hinc dictus est παιδαμάτωρ, vt superius annotauimus.

Aut qui quæso niues.] Nil est quod timeant amantes, de rebus amatis se posse sperant? sic Plautus sub amatoris persona:

Nullũ periculum detrectant amores.

Neque vlla mihi obstabit amnis, neque mons, neque adeò mare?
Nec calorem nec frigus metuo, neque ventum neque grandinem
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem sitim:
Non concedam, neque conquiescam vsquam, neque noctu neque
Prius profectò quàm aut amicam, aut mortem inuestigauero.

Tibul. item Eleg. 1.

Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque
Quà libet: insidias non timuisse decet.
Non mihi pigra nocent hibernæ frigora noctis,
Non mihi cum multa decidit imber aqua.

Proper. lib. 3. eleg. 15.

Non tamen est quisquam sacros qui lædat amantes,
Scironis media sic licet ambulet via,
Quisquis amator erit, Scyticis licet ambulet oris,
Nemo adeò, vt noceat, barbarus esse volet.
Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras?
Ipse amor accensas percutit ante faces.
Sæua canum rabies morsus auertit hiantes,
Huic generi quouis tempore tuta via est.

Et Seneca in Hippolyto:

Non me per altas ire si iubeas niues,
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:
Non si per ignes, & infesta agmina,
Cunctèr paratis ensibus pectus dare.

Puer Amor cur?

Puerúmne vocas.] Puer est ob amatorum varietatem & inconstantiam qualis ineſt puero.

Ouidius 1. Amorum, eleg. 10.

Ayuntamiento de Madrid

Et puer est,& nudus amor sine sordibus annos,
Et nullas vestes,vt sit apertus, habet.

Moschus de fugitiuo amore: ἐγὼ δ' ὁ παῖς περίσαμος.

Qui Nestora vincit.] Senem quemque sapientissimum. Hesiodus & Orpheus Poëtæ Græci vetustissimi, mortalium & immortaliũ mentes amore capi & domari tradunt. Ficin. in Plato. Conuiuium. Sed id non est satis, nisi aliquid aliud quæramus. Amor puer pingitur cùm Nestore sit antiquior, Hesiodo teste, qui in Theogonia canit, Chaos, Tellurem, Tartara, Amorem Deorum primos extitisse. Verba hæc Hesiodi sunt:

Ἤτοι μὲν πρῶτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,

Et Orpheus Argonauticis:

Πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν ἔρωτα.

Ergo, qui Nestora vincit, sic interpretor, qui Nestora vincit ætate, qui sit Nestore annosior, denique qui senior Iapeto, vt ex Luciano meminimus iam suprà.

Ascræi senis.] Hesiodi, ab Aseræo Bœotiæ pago in Helicone monte. *Inconstans puer.*] Ad id respexit Ouid. De Arte: Error & inconstantia Amoris.

Errat, & in nulla sede moratur amor.
Illic obdurans pectora.] Idem fermè in Hippolyt. Seneca:
Qui blandiendo dulce nutrit malum,
Sero recusat ferre quod subit iugum.

Theophrastus: Ἔρως δέ ἐστιν ἀλογίστου τινὸς ἐπιθυμίας ἐπιβολή, ταχεῖαν μὲν ἔχουσα τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν: Amor est irrationalis cuiusdam cupidinis excessus, qui velocem habet accessum, tardum autem discessum. Id non possum docere commodiùs, quàm ex eius arte, qui se egregium doctorem præstitit naturę amoris explicãdæ: sic enim eleg. 10. li. Amor. 3.

Luctantur pectusque leue in contraria ducunt:
Hæc amor, hæc odium: sed puto vincet amor.
Odero, si potero: si non, inuitus amabo,
Nec iuga taurus amat: quæ tamen odit, habet.
Sic ego nec sine te, nec tecum viuere possum,
Et videor voti nescius esse mei.
Quicquid eris, mea semper eris: tu solige tantùm,
Me quoque velle, velis, anne coactus amem?
Linea dum potius, ventisque ferentibus vrar:

Vt

Ayuntamiento de Madrid

Vt quamuis nolim, cogar amare tamen.

Idem eleg. 2. primi:

——haeserunt tenues in corde sagittae:
Et possessa ferus pectora versat Amor.

Et eleg. 18.

——tener ausuros grandia frangit amor.
Saepe meae dixi, tandem discede, puellae:
In gremio sedit protinus illa meo.
Saepe pudet, dixi, lacrymis vix illa retentis,
Me miseram cur te, dixit amore pudet?
Implicuitque suos circum mea colla lacertos,
Et quae me perdunt oscula mille dedit.
Vincor: & ingenium sumptis renocatur ab armis,
Resque domi gestas, & mea bella cano.

Eundem affectum expressit Catullus in Lesbiam:

Odi & amo: quare id faciam fortasse requiris:
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.

Quod idem apud Marullum reperio, sed Musa fusiore:

Odi te, mihi crede, quantacunque es:
Odi confiteor, Camilla. sed quam
Et odi, & magis in dies magisque
Velim odisse: sequi, atque amare cogor:
Sic me amor retrahit tuus, trahitque:
Sic quem saevitia fugas proterua,
Tam rarae renocas decore formae.

Cur pharetratus Amor?

At pharetras, &c.] Xenophon idcircò Cupidines sagittas fingi ait, quod formosi & formosae etiam è longinquo loco nerent, nimirum oculis ipsis tamquam sagittis eminus in amatam emissis, ἵνως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Propertius:

Et merito hamatis manus est armata sagittis:
Et pharetra ex humero Gnossia vtroque iacet.

Horat. Carm. 2.

Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.

Moschus in amore fugitiuo:

Καὶ χρύσειον ἄωρτα φαρήτρην, ἐνδοθεν ἰὸν ἔχουσαν
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι μ' ἤμυτιτρώσκῃ.

Fert humeris auream pharetram: intus autem multae crud sagittae, quibus me sauciat. Theocritus, in eidyl. ἔρως ἐρατὸν Amori pharetram tribui plenam telis, quia vulneret homi

animos multis certè modis. Origenes hoc figmentum allegoricôs exponit: ait enim pharetra significari cor, telis cogitationes, arcu, os & labella, quæ habent aliquam cum arcu similitudinem, adeóque ipsa verba & orationem, quibus omnibus dominatur amor; huc facit illud Pindari ex Olimp. 2.

— πολλάμοιύ π' ἀγκῶ.-
νες ὠκέαι βέλη
Ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
φωνᾶντα συνετοῖσιν· τὰ δ'
Δὶ ἑρμανέων.

Κατ. ſa, id eſt, multæ mihi ſunt ſub cubito celeres ſagittæ intra pharetram ſonantes prudentibus: at apud vulgus indigent interpretibus. Intelligit Pindar. pulchra animi ſenſa, quibus ſe faretur ornatum & excultum, & oratione diſerta ad victoriam laudes celebrandas. Sed de his ſatis.

Alas cúrue tenet.] Cicero de Nat. Deor. pennatum Cupidinẽ vocat, vt Orpheus & Plato in Phædro πτερόεντα; idque propter frequentiſſimas in eo viciſſitudines rerum, ait Pierius in Accipitre. Alexand. Aphrodiſeus problem. 87. rationem reddit propter inſtabilitatem nempe. Cur alatus Amor.

Propertius Elegiar. 1.

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nónne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primum vidit, ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Noſtráque non vllis permanet aura locis.

Ouidius initio 2. de Arte:

Magna paro quæs poſſit amor remanere per artes,
Dicere, tam vaſto peruagus ore puer,
Et leuis eſt & habet geminas, quibus euolet, alas:
Difficilè eſt illis impoſuiſſe modum.

Secundo Amor. 9. Eleg. ſic:

Tu leuis es multóque tuis ventoſior alis:
Gaudiáque ambigua dáſque negáſque fide.

alloquitur Cupidinem.

Eubulus apud Athenæum lib. 13. figmentum hoc ridet, cuius ſenarios propter elegantiam huc conferre non piget:

Τὶς ἂν γράψας σ' ἄρτι Θ' ἁνθρώπων ἄρα,

Ayuntamiento de Madrid

Ἦ κυροπλαςτήσας ἔρωθ' ὑπῆπτερος;
Ος δὴν ἠδε πλὴν χαλιδόνας γράφειν,
Ἀλλ' ἦν ἄπειρ☞ τῶν τροπῶν τῶν θ᾽ θεου,
Ἔστιν γὰρ ὅτε κἄφος, ὅτε ῥᾴδι☞
Ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
Βαρὺς δ᾽ νομιθῆ, πῶς ἂν ὃν ἔχει πτερὰς;
Τοιοῦτο πρᾶγμα, λῦρ☞ ἄν, φησαί τις. id est,
Quis omnium primus virorum pinxit, aut
Alatum Amorem finxit in cera prior?
Hirundines solum sciebat pingere:
Mores nec ille norat, aut mentem Dei.
Nec est enim leuis, nec est is qui celer
Morbum ferentis auolet precordijs:
Grauisque valdè; quî fit alæ vt sint ei?
Nugæ meræ sunt hæc: quis ergo perferat?

Flectere tela iecur.] Iecur, amoris sedes. Horat. 1. Epist.

Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puerue.

Serpit humi.] Repugnantia sunt quibus superuacaneam Amoris ἀπόνοιαν docet.

Si cæcus.] Amoris cæcitas impeditam hominis rationem ostendit: nec enim modò τυφλὸς, sed & τυφλοπειὸς ἔρως. Theocrit. Eidyll. 10. τυφλὸς δ᾽ ὁκ αὐτὸς ὁ πλοῦτ☞, ἀλλὰ κἠ ἀφρίντις☞ hoc est, cæcus non solum Plutus, verumetiam delitus Amor. Propert. Eleg. 2.

Ante pedes cæcis lucebat semita nobis:
Scilicet insano nemo in amore videt.

Ouid. Epist. —*quid deceat non videt vllus amans.*

Tænia.] vittarū extremitas, & pro tota vitta sumitur aliquando: hîc pro panniculo, quo velantur oculi Cupidinis, accipe.

Cæcus Amor cur.

Sagittiferum qui lumine.] Absurdum aliud per collationem similium.

Igneus est.] ab effectis, vt iam dictum est.

De amore igneo, aut potius amoris igni, è multis quæ alia properanti occurrant, pauca seligam. Antipater Sidonius

μὴ πλάσσῃ τ᾽ ἔρωτα δόκει, τιλίμβροτε πείσεμ,
μηθ᾽ ἑλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπυές.
Κρυοὶς ἔρωτος ἀὲ παιώνι☞, ἰσβεσὸν δὲ
Σοὶ τότε ἐν πολλῷ τιπ᾽τόμενον πελάγει.

Circumferuntur hæc incerti cuiusdam:

Αὐτὸ τὸ πῦρ πάσειν διῄμυξ☞ ὅτος, ὁ νύκταρ
Τὸν καλὸν ἡμέρην λύχνον ἀναφλογίσας.

Ayuntamiento de Madrid

Διῦρ' ἀπ' ἐμᾶς ψυχᾶς ἀνψουσέλας, ἐδοδί γὰ μου
Καὐξηνον πολλὰν ἐξανίνσι φλόγα.

Quò ſpectant quæ Aul.Gell.retulit 19.c.9.ex Ædituo:

Quid faculam præfers phileros, qua mihi opu' nobis?
Ibimus, hic lucet pectore flamma ſatis. &c.

At cur Amor igneus dicatur, ardere autem qui amore corripiuntur, Paulus Silentianus ita:

— ἀντιτόπου γὰ
Ε'υθὺς ἀποτρῶσαι κοῦφος ἔρως πεδίλης.
Οἵσιν ὀλισθήσαν ἐχθφύσιν ἦν τις ὑπ' ὄσσου
Ἀκρὶν ἕλκη, φλογαίου δύεται ἐντὸς ὀλοῦ.
Ἐλπίδιμὴ θέλξης φρένα μαχλάδι γυιοβόρον γὰ
Πῦρ ὑποφριπίξῃ θυμὸν ἐφελπίσμασιν.

Tumidis Naiadum.] Naiades aquarum Deæ per quas hic caſtas & pudicas puellas matronáſque poſſis intelligere. Quò referendum videtur illud Meleagri: Naiades quæ.

Δαΐς ἔρως; δεινὸς, τίδι τὸ πλέον; ἦν πάλιν ἔλθω,
Καὶ πάλιν οἰμώξω, πολλάκι δεινὸς ἔρως;
Ἦ γὰ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ κἠκὶ κυκνὰ κακιοῦται
Ἦ δεινὰι, ἢ δ' ἐι πωλοί δορκὰ κἠ τρέπεται,
Θαῦμα δ' μοι, πῶς ἄρα δὶς γλαυκῶιο φανεῖσα
Κύμαθ', ἐξ ὑγρᾶ κῦμα σὺ, πῦρ τέτοκας. id eſt,

Sæuus Amor? ſæuus, quid tum, ſi talia mœrens
Conqueror? atque iterum talia; ſæuus Amor?
Nimirum puer hæc conuitia ridet, & ipſis
Gaudet, & inſultat iurgia ſi qua loquor.
Aſt ego demiror, glauco Venus edita ponto
Qui flammam ex vnda progeneraſſe potes?

Ouidianum hoc conuenit 3. Amor. Eleg. 5.

Flumina deberent omnes in amore iuuare:
Flumina ſenſerunt ipſa quid eſſet amor.

At tu ne tantu.] Hactenus refutatio fuit veterum de Amore commentationum, tandémque veram Amoris deſcriptionem vltimo perſtringit diſticho.

Iucundus labor eſt, laſciua.] Libidinis & obſcenæ voluptatis actum ſignificat; cuius ſchema eſt malum Punicum in nigra ſcuti planitie, quæ repræſentant ſimilitudine quadam ſexus vtriuſque γενητικὰ μέρια: Punicū quidem dulci ſapore, ſed amaro cortice, mihi referre poteſt ἡδονὴν γλυκύπικρον. Nigra planities cæcitatem & caliginem, quibus implicantur qui turpi-

Ayuntamiento de Madrid

rer amant. Cæterum vir doctus quispiam ait, hîc glande significari partem obscenam genitalium, quam Cornel. Celsus, Arist. & Galenus Balanon appellant, quod glandem significat: estque virilis penis prior pars, quæ Latinis est mentula.

In obliuionem patriæ.

EMBLEMA CXIIII.

IAMDVDVM missa patria, oblituſq; tuorum,
Quos tibi seu ſanguis, ſiue parauit amor,
Romam habitas, nec cura domum ſubit vlla reuerti,
Aeternæ tantum te capit vrbis honos:
Sic Itachûm præmiſſa manus dulcedine loti
Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Mini

Ayuntamiento de Madrid

MInimè mihi dubium est, Alciatum id Emblema cùm scriberet, habuisse in manibus Ammianum Marcellinum, & tum ad eum respexisse locum qui est lib. 14. quem integrum apponam, & deinde sententiam explanabo. Verba itaque Ammiani sunt hæc: Illud autem non dubitatur, quòd cùm esset aliquãdo virtutum omnium domicilium Roma, ingenuos aduenas plerique nobilium, vt Homerici baccarum suauitate lotophagi, humanitatis multiformibus officiis retentabant. Et hæc quidẽ ille. In eos qui patriam obliuione delent, in alio quodam solo retenti, & fortuna quadam benigniori relactati, torquet Alciatus. Notissima est illa Teucri vox apud Ciceronem Tusc. 5. Patria est vbicumque est bene, tum enim vel maximè patriam ipsumque natale solum tradere solemus obliuioni, cùm aliena regio meliorem nobis & lautiorem conditionem proponit. Sed certè hoc potissimùm in eos torquetur, qui cùm ad amplum aliquem dignitatis gradum peruenerint, sui suorúmque immemores facti, tumidas attollunt vertice cristas, vt iis nihil intolerabilius esse possit, neque asperius, quippè qui nec de parentibus, nec de amicis amplius cogitant: ex quo perspicuum sit, quam desipiant, quámque vecordes sint, cùm non intelligant leuissimo casu se posse deturbari: quámque temerarij & instabiles fortunæ fluxus & refluxus. At Oratorem audiamus licet: Si quam virtutis præstantiam, aut ingenij, aut fortunę splendorem sumus consecuti, eam nostris impertire est opus, & cum proximis communicemus: vt si parentibus nati simus humili & obscuro loco, si propinquos habeamus imbecilliores, vel animo vel fortuna eorum augeamus opes, eisque honori simus & dignitati: vt in fabulis, qui aliquando propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint: cùm cogniti sunt, & aut Deorum aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt.

Typus & fons Emblematis.

Patria est vbicũque bene est.

Sui & suorum obliti.

Quos tibi.] Duo hic amicorum genera notat; vnum eorum qui sanguinis coniunctione, alterum qui vel vicinitate, vel studiis quibusdam paribus, vel commercio aliquo, aut vsu vitæq; consuetudine amicitia nobiscum iuncti sunt.

Duo amicorum genera.

Romam habitas.] Potest hoc intelligi syneedochicôs, pro quatis vrbe celebri.

Roma, vrbis per excellentiam.

Aeternæ vrbis.] Vrbs κατ' ἐξοχὴν Roma, vt olim Athenæ ἄστυ, & Alexandria πόλις, quòd cæteris excellerent, quod vidit Magius Miscellan. lib. 4. c. 6. Allusit autem ad priscorum Romano-

Ayuntamiento de Madrid

rum opinionem, qui Romam & Romanum imperium semp
Æterna Roma. duraturum credebant. Hinc illud est Iouis apud Virg. Ven
perpetuum imperium pollicentis:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono;
Imperium sine fine dedi.

Et Ausonius.

Ignota æternæ ne sint tibi tempora Romæ.

Idémque:

Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino.

Romanæ Vrbis elogia. Sed præter hæc, placet etiam quę sequuntur addere, philolo
rum gratia. Ammianus Marcellinus lib. 15. Tamen auctori
qua potiores æternę vrbis Episcopi, firmari desiderio nitebu
ardenti. Idem lib. 16. Et vrbis templorum, forúmque Pacis,
Pompeij theatrum, & Odæum, & stadium, aliáque intrec
decora vrbis æternæ. Idem lib. 19. Difficultatem aduentan
inopiæ frumentorum vrbs verebatur æterna. Idem Ammia
lib. 16. Romani ingressus imperij virtutísmque omnium lare
& lib. 17. Si ablatum vno templo miraculum Romæ sacra
id est, in templo mundi totius, &c. Nec dissimile est quod
Cassiodorus lib. 1. Variar. epist. 32. Roma mater omnium di
tatum, & epist. 39. Roma eloquentiæ secunda mater, virtu
omnium latissimum templum, &c. Facilè hic prætermitto
notat Alciatus ipse Commentario de verbor. significat. ad

Ithacûm præmissa manus.] id est, multitudo Vlyssis socio
quos exploratum miserat in Lothophagorum patriam, pra
ra hæc certè Romanæ vrbis elogia: & meritò quidem; ea
tot populorum discordes feráque linguas, Latini sermonis
mercio ad colloquia contraxit, ait Plin.

Dulcedine loti.] Polybius, historiæ scriptor ἀξιόπιστος ait
Loton arborem asperam, pumilam, spinosam, frondibus v
tem rhamno similibus, cuius fructus initio candidis myr
non sit dissimilis, mox increscens palmeo colore, magnitu
rotundæ oliuæ, nucleo perpusillo, è quo delicatus expri
latex, quo sitis leuatur, sine admixtu aquæ, sed vltra diem
mum non durabilis. Theophrast. 4. lib. de Plantis, scribit L
parem habere cum pyro magnitudinem, eiúsque pomum
similem; quod dum maturescit variat colores vuæ instar
fructu memorant integrum quendam olim exercitum m
ca, commeatus inopia laborantem fuisse ad dies aliquot
ctum. Mitto quæ Ouid. 9. Metamorph. Homerus Odyss.

Ayuntamiento de Madrid

Vlyſſis ſocios dulci quadam guſtata loto, cæteliqua neglexiſſe, ac præſenti voluptate delinitos noluiſſe ad nauim redire, niſi verberibus adactos. Ponticus Heraclides ait, ab Homero voluptatem deſignari per Lotophagorum regionem, quæ voluptas poſita eſſet in ea re perfruenda quæ dulciſſima putaretur. ἡδονὴν μὲν τὸ λωτοφάγων χωρίον ξένης γεωργὸν ἀπολαύσεως, ἣν ἡδυσμὸς ἰγκρατῶς παρέπλευσε. Symmach. in epiſtolis alluſit: Vt mihi, ait, quaſi apud ſcopulos hæſiſſe videaris. Aul. Gell. flexit. in eos qui nimium immorentur in dialecticæ gyris & mæandris. Lege prouerb. Lotum guſtare. De Lotophagis Strabo lib. 17. Plin. lib. 13. cap. 17. Hanc fabulam plerique conuertunt in voluptuoſos, & libidine prurienteis, qui guſtato ſemel dulci blandóque turpium voluptatum veneno, ab eo non ferè abſtineant. Lucianus de mercede conductis. Meminit & Dio Chryſoſt. Orat. 55.

Lothus & Lotophagi quid.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Sirenes.

EMBLEMA. CXV.

ABSQVE alis volucres, & cruribus absque puellis
Rostro absque & pisces, qui tamen ore canunt,
Quis putat esse vllos tiungi hæc Natura negauit:
Sirenes fieri sed potuisse docent.
Illicium est mulier quæ in piscem desinit atrum:
Plurima quòd secum monstra libido vehit.
Aspectu, verbis, animi candore trahuntur,
Parthenope, Ligia, Leucosiáque viri.
Has Musæ explumant, has atque illudit Vlysses:
Scilicet est doctis cum meretrice nihil.

Ayuntamiento de Madrid

Sirenes quæ.

ELegans est Sirenum mythologia: hæ fuerunt Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filiæ, tres nimirum, Parthenope, Ligia & Leucosia. Virgineo facie sunt, & in piscem desinunt, alij volucres eas faciunt. Cùm littus Siculum incolerent, nautas prætereuntes, cantus & vocis amœnitate pelliciebant, pellectos sopiebant, sopitos demergebant, & postea deuorabant. Vlysses cùm illac sibi prætereundum esset,

Illeuit cera sociorum callidus aures,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos & inhospita littora classis:
Illæ præcipites desiluere freto.
Sic blandas vocisque notas, & carmina vicit,
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

Martialis huc allusit lib. 3. ad Cassianum.

Sirenas hilarem naufragantium pœnam,
Blandásque mortes, gaudiúmque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Vlyssès dicitur reliquisse.

Quid per Sirenes intelligendum.

Homerus Odyss. μ. id pertractat. Meminit & Plato in Phædro. Virgil. Æneid. 5. & 5. Metamorph. Ouid. Plerique dicuntur Σειρῆνες, sed altiore sensu, ἀὲ τὰς ψυσχὰς ἐν ἁρμόνιοι καὶ μουσικοῖ δυνάμεις, vt Suidas: & in sua Repub. Plato, cùm de sphærarum cœlestium volubilitate tractaret, singulas Sirenas dicit singulis orbibus insidere, significat motu sphærarum cantum numinibus exhiberi, nam Siren dea canēs Græco intellectu valet. Macrob. 2. Comment. in somn. Scipionis. Sirenes autem aues fabulosas esse putat Plin. lib. 10. cap. 49. cui sanè aduersantur Theodorus Gaza & Trapezuntius, qui Sirenes in mari se vidisse affirmant. Reuera meretrices fuere, vt tradunt Seruius & Palæphatus, quæ quia transeuntes deducerent ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia. Ad hanc fabulam alludens D. Hieronymus, ait in Epistola quadam: Et nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenum cantus surda debemus aure transire, quò spectat illud Socraticum. δεῖ ὥσπερ σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παραπλεῖν τὸν σπεύδοντα τὴν ἀρίστην ἰδεῖν ὥσπερ πατρίδα: Voluptates oportet præterire tamquàm Sirenes eum qui virtutem vt patriam intueri percupit. Cæterùm in Vlysse typum sapientiæ obseruamus, qui & suos auocat à turbi voluptatum commercio, & ipse sibi eandem legem imponit Cicero 5. De finibus, paulo aliter enarrat, sic enim: Mihi quidem Homerus huiusmodi quidam vidisse videtur in iis qui de Sirenum can-

Vlysses, sapientiæ imago.

Ayuntamiento de Madrid

tibus finxerit. Neque enim vocum suauitate videntur, aut no-
uitate quadam,& varietate cantandi reuocare eos solitæ, qu
præteruehebantur: sed quia multa se scire profitebantur, vt ho-
mines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent. M-
rum sanè cur hîc Cicero per Sirenum cantus nil ab Home
significari dicat, quàm discēdi studium, & sciendi voluptate
cum Vlysses ne Sirenum cantibus caperetur, ligari se volue
quod non feciſſet, nisi insignem quandam calamitatem & t
pitudinem ab eis sibi suisque importatum iri cognouisset. Ho-
ratius Epist.2.de voluptate turpi intellexit:

Sirenum voces,& Circæ pocula nosti,&c.

Me non fugit ab aliis variè trahi hāc Sirenum fabulam: vt c
Pausanias in Atticis ait Sophoclē dictum fuisse nouam Sire
Siren etiam nominatus Bacchylides: ἐώθασι ἡ νῦν τι
των, ἡδὺ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν σειρῶνι εἰκάζειν. Synesius epis
quadā ad Herculianum: ἐγὼ μὲν ὁ δὶ ἄλλο τὶ τὰς σειρῆνας
ποιητῶν ἡγοῦμαι βλασφημεῖσθαι, ἢ ὅτι τῷ μελιχρῷ τ φωνῆς ἀ
λυον προσαγόμενοι πλὼ πιστούσαντα. ἢ κουσα δὲ τῶ τ σίφων
μηγορούντ& τὸν μῦθον: Σειρῆνας γὰρ αὐτὰς αἰνίτ]εσθαι τὰς ἀπ
τικὰς ἡδονὰς, ἃ τοὺς ἑξαντας ἡδὶ καταγοητευθέντας αὐτ
προσκπῖ, μεταμιεῖν ἀπολλύσι τὶ σφῶν ἀποδύσειν, λιται Σειρ
των σῶν ἐπιστολῶν ἡδοναὶ. Ego sanè non aliam ob causam e
mo Sirenas malè à poëtis acceptas, quàm quòd vocis du
ne adductos perderent. Audiui à quodam ex sapientibus,
allegoricè fabulam explicaret, Sirenas obscurè significare
luptates sensum oblectantes, quæ eos perdant qui ipsarum
tui & blanditiis aurem præbuerunt. Quid igitur impedit
minus tuarum epistolarum voluptates sint Sirenes, &c. H
2.Serm.aliò torsit, nempè ad desidiam:

— *vitanda est improba Siren Desidia.*

De Sirenum fabula post Platonem quid sentiat Plutarchus,
pete ex Sympos.9. quæstione 14. Aliò torsit & Xenoph
ἀπομνημ. Lege Lucianum Commentario de saltatione: &
uerb.Ceram auribus obdis.

Absque alis volucres.] Eadem descriptio, qualis fuit in
riori Emblemate de homine anguipede, idque ægnimat
Eo pertinent Ouidiana hæc 5.Metam.

— *vobis Acheloides vndæ*
Pluma pedésque auium, cùm virginis ora geratis?

Mulier, illicium.] *Illicium est mulier.*] Ab iliciendo, quòd blanditiis illici
Quæ in piscem.] Absurdum est, quo alludit ad illud Ho

——— *vt turpiter atrum*

Ayuntamiento de Madrid

Desinat in piscem mulier formosa supernè.

Piscis quid allegoricôs.

per piscem mollities & voluptas plerumque intelligitur. Vide Lucianum de Syria Dea, vbi mulierem supernè in caudam piscis desinentem visam fuisse ait.

Plurima quòd secũ.] Quãplurimas certè calamitates ex libidine proficisci nemo nescit: tamen eius tres sunt præcipuę illecebrę, Tres ad voluptatem illecebras. liquidè aut visu, aut cantu, aut cõmercio capiuntur, & in turpis amoris pedicas illaqueantur humani animi, vt mox dicemus.

Aspectu.] Visu nascitur amor. Hinc illud Propertij vulgatissimum: *Si nescis, oculi sunt in amore duces.*

Visus, amoris initiũ.

Pindarus formam amoris præconem 8. Nemeor. facit:

Ὦ ϝὲξ πότνια κάρυξ ἀφροδίτας.

O veneranda pulchritudo, Veneris præco, &c.

Theocritus, Ὤς ἐ ἰδον, ὡς ἐμάνην.

Quod Maro Ecloga 8. sic est æmulatus:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Ouidius item in Epistolis:

Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi & perij, nec notis ignibus arsi.

Idem 3. Amorum, eleg. 10. (alloquitur amasiam)

Perque tuos oculos, magni mihi numinis instar,
Perque tuos oculos qui rapuere meos.

Amoris vulnera ex oculis.

Ap. lib. 10. Caussa omnis & origo præsentis doloris, & est medela ipsa, & salus vnica, mihi tute ipse es. Ipsi enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum commouent incendium. Plato amoris vulnera radios esse quosdam ait tenuissimos, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sanguis dulcissimus & calidissimus sedem habet, viáque sibi per oculos patefacta, subinde per amantis oculos illapsi ad intimum eius cor penetrant. Lucian. dial. Ἔρωτες: Ἔρως πρῶτον ἐχ βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἴδῃ, κἄμ διάσηται, ποθὲν προσάγων ἐράσασθαι: qua ratione Philostratus διαδύχης amoris oculos fecit: ὦ παιοὶ διαδῦχοι ἔρωτος, πρῶτοι μιθ' ἡμῶν τὸ καλλος ἐπυθόμενοι. Itaque probatur sententia Plautini: ἔρωτα deducentis, ἀπὸ τῆς ὁράσεως. lib. 3. De amore. Ex quo illud Propertij:

Cynthia prima suis me incautum cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Assiduè crescit spectando cura puellæ,
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.

Seneca de remediis fortuitorũ: Non intelligis partem innocentiæ

Ayuntamiento de Madrid

tiæ esse cæcitatem. Hinc oculi adulterium monstrant, hinc lit- ceestum: hinc domum quam concupiscat, hinc vrbem & ma omnia. Certè oculi sunt irritamenta vitiorum, ducésque scele- rum. Ex Plutarcho refertur illud è Stobæo ἐν λόγῳ καὶ κάλλ formosos intueri iucūdissimum: tangere autem & tractare fine periculo nō licet. Imò, vt Xenophō docet, qui ignem tangun- vruntur duntaxat: formosi verò, quamquam procul distent, in- cendunt tamen. Est enim visus, incitandi amoris occasio. Grꝛ ita sonant: τὸν καλὸν ὁρᾶν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λ βᾶν οὐκ ἀνίνδυνον. ἄλλον δ', ὡς φησινὸ ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοιαῦ μένυς καίει μένουσι δὲ καλοί, καὶ τὸς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτει. ὁ δ' ἅψις, καθάπτ τῶ πάθος ἐστί.

Verba inflammant ad amorē.

Verbis.] Et verba certè non minorem vim habent ad pellicie dos animos quàm oculi: imò verò maiorem plerumque.

Candore.] Eloquentia compta ornataque, qua vel pertinacis mi, vel etiam maximè refractarij molliri, & in aliam penè fo mam mutari queunt. Vel candor hic pro pulchritudine vsurp tur, vt apud Propertium in 1.

Nec Phrygium falsò traxit candore maritum
Anecta externis Hippodamia rotis.

Nisi eādorem referre mauis ad illam Sirenem flexanimam quam nostri gratiam, animumque purum ac simplicem & ve amabilem dicunt, qualis fuit mulieris cuiusdam Thessalæ gr tia, cuius amore ita exarsisse Philippum Macedonem aiunt, plerique suspicarentur eum amatorio quodam philtro eò ad ctum. Quā ob rem Olympias Philippi vxor tantum operæ p fuit, vt tandem Thessalam illam prehenderit: quam cùm di genter intuita esset, eius formam certè bonā, verba omnia n turam ingenuam spirantia, præclaram educationem, faccii ergo calumniæ, ait Olympias: tu enim in te philtrum hale non alio fascino capitur Philippus.

Trium Sirenum nomina vnde imposita.

Parthenope.] Trium Sirenum nomina non temerè impos sunt. παρθένος virginem sonat: Ligia, non à ligando, vt pu nonnulli, neque ab illiciendo, sed à Græco λιγέων, quod can rum sonat: aut λιγύς, dulciter, quod ad sermonis & collo refertur illicium: Leucosia, à λευκὸν, album, ab albedine c in sui admirationem rapit, mentisque oculos quasi fascino quo decipit. Eâ enim significatur verborum ornatus.

A Musis Sirenas explumari quid.

Has Musæ explumant.] Per Musas intellige literatos, qui c voluptatibus corporis nihil habent commercij: præcipuum tē libidinis antidotum est literarum studium. Huc placet

cere fabulam Græcorum scholasticum poëticam satis vulgatã. Suasit aliquando Iuno Sirenibus, voce & cantus suauitate plus æquo tumescentibus, vt Musas ad canendum prouocarent, & eas vincere niterentur. Musæ conditionem, vbi aliquantum cõ certassent, non recusantes, facili negotio de iis victoriam retulerunt. Nec verò mirũ cuiquam videri debet, si tam facilè viceriut. Quis enim suauem & natiuum Musarum modulum cum eo blando quidem, sed fallaci & captioso Sirenum cantu cõparet? Musæ igitur plumas Sirenibus auulserunt, quibus sibi coronas confecerunt in victorię signum. Mythologi Sirenum vocabulo, sophisticen: Musarum nomine, solidam & expressam sapientiam volunt intelligi: plumæ, scripta sunt ridicula eorũ qui adumbrata, non vera sapientia sese ostentant: de quibus docti sapientes que viri facillimè triumphant. Hoc veterum figmentum Theodoretus De curandis Græcis affectionibus, statim initio lib. 8. attigit, cùm ait ex Pythagoræ sententia, aut eorum certè qui eius vitam scriptis tradiderunt, esse Musas Sirenibus præferendas.

Has atque illudit.] Antidotum est alterum, in Amorem, nimirum peregrinatio. Ouid. 10, Metamorph. Peregrinatio cõferre ad amorẽ declinandum.

Ire libet procul hinc patriæque relinquere fines,
Dum scelus effugiam: retinet malus ardor amantem.

Id verò suadet apertius 1. De remedio:

Tu tantùm quamuis firmis retinebere vinclis,
I procul, & longas carpere perge vias.
Tempora nec numera, nec crebrè respice Romam:
Sed fuge, tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.

Idem libro 2.

Manat amor tectus, si non ab amante recedas,
Turbaque in hoc omnes ingeniosa sumus.
Proximus à tectis ignis defenditur ægrè:
Vtile finitimis ab stimulisse locis.
Non facilè esuriens posita retinebere mensa,
Et multam saliens incitat vnda sitim,
Scilicet est doctis.] Epimythion est: quò referẽdũ videtur lepidissimum Platonis tetrastichon, vt habet Laërtius: Amore nõ capi musas quid.

Ἀκήρατις μόσαισι, κωράσια ταὶ ἀφροδίταω
Τιμᾶτ', ἢ τον ἔρων ὔμμιν ἐροπλίσομαι.
Κἀὶ μῶσαι ποτὶ κόκκιν, ἄγει τὰ τωμύλα ταῦτα,
Κῆν δ' ὲ πίστατω τῆτο τὸ παιδάριον. id est.

Hæc venus ad Musas: Venerem exhorrescite Nymphæ.

Io

In vos armatus aut Amor insiliet,
Cui contrà Musæ, Verba hæc age dicito Marti:
Aliger huc ad nos non volat ille puer.

Idem argumentum tractat Lucianus in Dialogis Deorũ, quod eò spectat, vt significetur, doctos, & laboriosa studiorum mole pressos, stulto amore non corripi: quod accidere solet iis qui otio sese turpi dedunt, laboremque honestum refugiunt, quos Cicero pro Cælio pluribus verbis extulit: Scitote iudices, inquit, eas cupiditates, quæ obiiciuntur Cælio, atque hæc studia de quibus disputo, non facilè in eodem homine esse posse. Ferri enim nõ potest, vt animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpè nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est quod nos facimus in dicendo, non modò agendo, verùm etiam cogitãdo, possit sustinere. An vos aliquam esse vllam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laudę, tanta gloria, tanto honore, tam pauci sint, semperque fuerint, qui in hoc labore resistentur? Omittendæ sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam penè communium familiarium deserendus; quæ res in hoc genere hominem à labore studioque dicendi deterret, non quò aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis.

Scilicet est doctis] Carmen Theocriti est ex Eidyllio 9.

Οὐτ' ἔαρ ἐξαπίνας, γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις
Ἄνθεα, δόσον ἐμὶν μοῦσαι φίλαι, οὓς γὰ ἐρῶσαι
Γαθεῖσιν, τὰς δ' ἤ τι πὰρ τῷ δαλλήσατο κίρνα. id est,

Neque ver subitum lenius est, neque apibus
Flores (tã dulces) quã mihi musæ charæ [sunt.] quos enim aspexe-
Exhilarant, eos sua potione non poterit fascinare Circe.

Ayuntamiento de Madrid

Senex puellam amans.

EMBLEMA CXVI.

Dum Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
A quæstu Archippen ad sua vota trahit,
Allicit & pretio, tulit ægrè insana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine vtrumque notat:
Noctua vt in tumulis, super vtque cadauera bubo,
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

VVlgò apud nostrates iactatur, vitia quędam esse, quę Deo & Naturæ repugnant, hominibus que valdè displicent: ni mirùm adolescētis ignauia, inopis superbia, & senis iam capi- Bis pueri senes.
laris libido intempestiua, tum enim vel maximè Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, cùm vitiis plusquam iuuenilibus imtempestiuè delectantur

ctantur. Quantò enim quis ætate proiectior, est tantò à volu-
ptatum corporis titilationibus remotior esse debet. Cicero in
Senes procul, à voluptatibus corporis.
Catone maiore: At non est voluptatum tanta quasi titilatio in
senibus, credo, sed ne desideratio quidem. Bene Sophocles, cum
ex eo quidam iam confecta ætate quæreret, vteretúrne rebus
Venereis: Dij meliora, inquit: libēter verò istinc tanquam à fe-
mino agresti & furioso profugi, cupidis enim rerū taliū odio-
sum est & molestum fortasse carere: satiatis verò & expletis ju-
cundius est carere, quàm frui. Idem retulit Plutarch. Commen-
tario περὶ φιλοπαιδίας, & Valer. Max, lib. 4. Ad id facit lib.
Epigrammat. Græcorum institutum Philodemi poëtæ iam se-
nectute cassi, qui fatetur se quondam amori dedisse operā, sic
ti & alios, lusisseque cùm per tempus liceret: sed tandem can
tie admonitum, grauioribus curis & studiis incubuisse. Mod
inquit, reiiciatur amor: canus enim adest pro nigro capillo
ætatis iam maturæ nuncius: vbi ludendi tempus esset, lusimu
cùm autem non amplius datur, ad meliores curas properem
licet, hactenus ille. Et certè, dum intempestiuos senū quorun
dam amores, & affectū libidinis huic ætati planè repugnante
aduertimus, facile est colligere, verissimum esse quod ait Pla
Senum amor vehemens.
Mercatore: ---- *Labant iuuenes, itidem rapiuntur senes.*
Illi se amant: quod amant, amatum volunt atque cognitum.
Illi verò si amare ea ætate occeperint, multò insanunt acrius.

Tibulus Eleg. 2. lib. 1.

Vidi ego qui iuuenum miseros lusisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem,
Et sibi blanditias, tremula componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.
Stare nec ante fores puduit, charæué puellæ
Ancillam medio detinuisse foro.
Hunc puer, hunc iuuenis turba circumsteterit arcta,
Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Locus est elegans apud Plutarch. lib. contra Coloten, vbi doc
senibus Venerem exercendam non esse: Minimè fefellerit, ip
curum voluptates corporis, tanquam Etesias ventos, vbi pe
nerint ad suum incrementum, expirare: quod in caussa est
inquirat, vtrū sapiēs ætate decrepita, qui res Venereas neq
exercere, contactu formosarum, & contrectatione adhuc g
deat: longè aliter sentiens quàm Sophocles, qui libenter il
vt à domino agresti & furioso, se profugisse dicebat. Sed cū
rasq; voluptatum istarum senectute exaresceré videant, cu

Cytherea canos ſit peroſa milites,

multo potiùs debebant homines voluptuarij, animi voluptates conquirere, ac velut cibaria quæ non putreſcunt, & incorrupta durant. Et ibidem: Obſoleto, intempeſtiuo, turpi remedio fatétur ſe vti, cùm recordatione priſtinarum voluptatum ſe ipſi recreant: & quia non ſuppetunt recentes, quibus vti queant, veteribus illis. i. mortuis & pollinctis, alias iam moribundas aut enectas in carne, vt in frigido cinere, mouent aduerſante natura, ventilántque pauliſper fouendo: quippè qui in animo nullã habeant domeſticam voluptatem, dignam libero, conditam hilaritate, hęc ille. Sanè Iuuenalis in deſcriptione Senectutis oſtẽdit ſatis, quàm ſit aliena Venus à ſenibus. Cæterùm quantum ex hiſtoriis deprehendi poteſt, Sophocles Venereis rebus multum fuit addictus, & iam grandæuus Theorida meretricem deperiit. Idem ſenex admodum, Archippen adamauit ſcortum nobile, cuius prior amaſius, Smicrines nomine, à quodam rogatus quid ageret Archippe: reſpondit, Velut noctua tumulo inſidet. Athenæus Dipnoſoph. lib. 13. c. 22.

Sophocles, amator ſenex.

Noctua tumulo.

Quamuis affecta ætate.] Id eſt, quamquam iam ſenex eſſet. Ouidius rectè:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Inſana iuuentus.] Aut quòd iuuenes à commercio Archippes auocarentur: aut id referas ad pæderaſtiam, qua notatus eſt Sophocles: Athenæus cap. 27. lib. 13. & Hieronym. Rhodius in hiſtoricis Commentariis meminit.

Ob Zelum.] Zelotypiam.

Super vtq; cadauera bubo.] Senex morti proximus tumulum expectat, itidem mox cadauer futurus.

Ayuntamiento de Madrid

In colores.

Emblema cxvii.

Index mæstitiæ est pullus color: vtimur omnes
Hoc habitu, tumulis cùm damus inferias.
At sinceri animi, & mentis stola candida puræ:
Hinc sindon sacris linea grata viris.
Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse
In viridi, quoties irrita retrò cadit.
Est cupidis flauus color, est & amantibus aptus,
Et scortis, & queis spes sua certa fuit.
At ruber armatos equites exornet amictus,
Indicet & pueros erubuisse pudor.
Cæruleus nautas, & qui cælestia vates
Attoniti nimia religione petunt.

Ayuntamiento de Madrid

Vilia sunt giluis, natiuaq; vellere burrhis:
Qualia lignipedes stragula habere solent.
Quem curæ ingentes cruciant vel zelus amoris,
Creditur hic fulua non malè veste tegi.
Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet:
Fortunæ æquanimis tædia quicq; ferat.
Vt varia est natura coloribus ingignendis,
Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.

COlores & eorum differentiæ non minimum solēt animos nostros afficere, ob eámque rem docti & indocti πανταχοῦ ea quæ sunt in animis, passim coloribus exprimunt. Horum tamen colorum tot significationes esse possunt, quot sunt hominum affectus & opiniones. Quæ quò ad rationem aliquam propius accedunt, vel naturam rerum expressiùs declarant, eò pulchriores habentur: vt cùm nigrore vtimur in mortuorum inferis, albore ad puritatem animi significandam. Viror, spei nota, vt dictum est in superioribus; auaris, amantibus, & id genus aliis, qui spem pretio non emunt, rufus haud malè conuenit. Ruber tum militum, tum puerorum, quos verecundia maximè decet, symbolum esse poterit: vt cæruleus nautarū: giluus & burrhus, vilium, & eorum qui sunt tenuis fortunæ. Meticulosis denique & zelotypis, quòd animo sint perturbato, non malè fuluus color tribuitur: ianthinus iis qui sua sorte contenti viuunt. Colorum octo differentias explicat Alciatus initio 2. Patergôn.

Coloribus exprimuntur affectus animi.

Colorum significationes.

Index mœstitiæ pullus.] Nigro vel pullo colore in parentalibus vtuntur; quod ex historia Thesei proditum nobis est. Ille enim interfecto Minotauro cùm rediret in patriam, nigroq; velo per imprudentiam vteretur, pater Ægeus hoc signo tanquam lugubri & funesto consternatus, quippè qui filium extinctum esse crederet, se in mare præcipitem dedit. Quem colorem mœstitiæ & doloris notam fuisse significat Ouidius exul, suæ calamitatis memor, librum ab omni ornatu ablegans his verbis:

Nigroris symbolū.

Infelix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo velent vaccinia succo:
Non est conueniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:
Fortunæ memorem te decet esse meæ.

Ayuntamiento de Madrid

Tumulis cùm damnus inferias.] Cùm mortuos sepulchro mãdamus. Inferiæ sacrificia fuere, quę diis inferis solui dicebantur, Inferias facere, est mortuorum animas sacrificiis placare, iusta defunctis persoluere. Virg. in 9.

Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro.

Idem 4. Georg.

Inferias Orphei mittit, lucũmque reuisit.

Catullus:

Multas per gentes & multa per æquora vectus,
Aduenio miseras frater ad inferias.

& deinde:

Nunc tamen interea prisco quæ more parentum
Tradita sunt tristes munera ad inferias.

Gladiatorũ prima institutio.

Tradit Seruius morem fuisse in sepulchris virorum fortium captiuos necari. Quod postquam crudele nimium visum est placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui à bustis bustuarij dicti sunt. Eorum si fortè copia non fuisset, laniantes foeminæ genas suas effundebant sanguinem. De hoc Inferiarum nomine nonnihil Gellius 19. c. 8. Contrà tamen, quod prætermissum nolim, Plutarchus libro Quæstionum Romanarũ, quarit quam ob caussam mulieres in luctu vestibus albis vterentur, quod factum ab iis putat exemplo Magorum, qui aduersus tenebras ipsumque Plutonem lucida & illustri veste sese obtegunt; defuncti cadauer albo amictu tegitur, sic putant çquiet amicos ac familiares vestiri. At in luctu vilia maximè cõuenire putant: quæ autem colore aliquo tincta sunt & suffusa, lenia arguunt, & superfluarum rerum apparatum. Cùm itaque solum album sincerum sit, minimè mixtum, purum, & tinctura non imitabili, optimè putant iis conuenire qui sepulturæ committuntur. Proinde & Socrates scribit, Argis vestes albas in vsu esse dum lugent, quæ eædem sint aqua elutæ. Sed enim tamen obsoleuisse morem idem Plutarchus scribit: nimirum depravata consuetudine, viros albas vestes in luctu vsurpasse; quod sic colligimus ex iis quę Paulus Iulius ait, in tit. de Sepulchris & lugendis: Qui luget, abstinere debet à conuiuiis, ornamẽtis & alba veste. Constat enim ex Varrone, de vita Patrum, vti citatur Nonio, mulieres in luctu nigrum colorem solemnem habuisse. Amiculo nigello (inquit ille) capillo demisso sequeretur lictor. alio loco: Funere ipso pullis pallis amictę. Idẽ fuisse vsus traditur apud Grẽcos ex vltimo Iliados Homericę, vbi Tethys furens

In luctu quo habitu Romanæ mulieres vsæ.

Ayuntamiento de Madrid

filij Achillis necem deflens velo nigro tecta Iouem adit. Apud Euripidem, Iphigenia matrem Clytemneſtram monet, ne comam laniet ſuam ob mortem: ſuiſque vt renunciet ſororibus ne veſtibus nigris corpus eam ob rem contegat.

At ſinceri animi.] Albedo, puritatis, fidei, caſtimoniæ, integritatis, & aliarum generis eiuſdem virtutum nota, ideóque religioni accommoda. Cic. 2. de legib. Color albus præcipuè decorus Deo eſt, cùm in ceteris, tum maximè in textili. Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride, quærit cauſam cur Sacerdotes linteis tantùm veſtibus vterentur. Id quidem factum ait, quòd immortalibus Diis omnia pura, mundáque conueniunt. Non enim fas eſt (ait Plato) pura Deorum numina contaminatis & impuris rebus coli. Itaque cùm linum maximè purum fiat, ſitque ad eluendum expeditiſſimum, ſacrificiis, & Deùm cultoribus præcæteris conuenire cenſuerunt. Pierius 40. Hieroglyph. memi-nit, & alij nonnulli. Reperio & veſtem candidam, ſignum fuiſſe lætitiæ, apud Val. Max. lib. 1. cap. 1. quo loco ſcribit poſt Cannenſem cladem, qua maior virorum Romanorum pars abſorpta fuit, decretum fuiſſe ne matronæ vltra trigeſimum diem luctus extenderent, vt ab iis ſacra Cereris peragerentur. Hæ itaque abſterſis lacrymis, depoſitiſque doloris inſignibus, candidam veſtem induerunt. Nec prætermitendus Romanorum mos in honorum petitionibus: qui enim magiſtratus ambibāt, toga candida induti ſeſe commendabant populo: hoc cultu integritatem, probitatémque ex colore omnium puriſſimo & ſimpliciſſimo ſignificantes, ſéque pecunia minimè vſos qua populum corrumperent: ideò candidati à candore veſtis nominati vel ſimplicitate, puritatéque animi potiùs. Alboris ſignificationes.

Indon.] Veſtis alba, vel amictus è lino Ægyptiaco. Viror, ſpei nota.

Nos ſperare.] Spei color eſt viridis, quòd omnia ſpe duce vertantur. Vt enim cùm vireſcunt ſegetes & arbores, ab eis fructum expectamus: fit tamen interdum ea ſpes irrita, fallax, & nullius omninò frugis. Ouid.

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.

Et Plautus: *Ego ſcio qui ſperauerint, ſpem deceptiſſe multos.*

Eſt cupidis flauus.] Auaris, amātibus, & iis qui meretriceas aures ſectantur, non malè quadrabit color flauus, qui ex albo, rufo & viridi concretus eſt, qualis eſt mellis, auri & aristarum. Auaris quidem, qui ſpem pretio non emunt, cùm ſint coloris flaui, ob inſatiabilem habendi cupiditatem: Amātibus, ob flauedinem contractam ex amoris affectu, licet interdum Flauus color, quorū ſit.

Ayuntamiento de Madrid

propter conceptam in animo ſpem, vireant: Scortis denique, turpium voluptatum ſectatoribus, qui præſentis opinione bo ducuntur.

Ruboris nota.

At rúber armatos.] Rubor militum eſt: ardorem enim bell cum, cędem & ferocitatem tacitè arguit. Apud Pœnos in ca Annibalis rubeam veſtem Ducis tabernaculo protętam, vt al purpuream, indicium fuiſſe certaminis proditum eſt, quo r miles ad pugnam ſe accingeret. Scribunt Val. Maxim. & P tarch. Lacedæmonios, non vt vulnerum ſuorum in bello cr rem diſſimularent & occultarent, Phœniceis in prœlio tum vſos, aut ne ipſis terrorem incuteret: ſed ne hoſtibus fid aliquid afferret.

Purpureus color, ſymbolum verecundiæ.

Indicet & pueros.] Purpureus color pudoris indicium. H prætextu Romanos pueros admonebat, verecundiam in di factiſq; ſeruandam. Notum eſt Catonis illud, cum diceret magis placere adoleſcentes qui rubeſcerēt, quàm qui palle rent. Et Diogenes verenti cuidam, Confide fili, inquit; hic e virtutis eſt color. Claudian. 1. de raptu Proſerpinæ: Vbi inu culam viro iam maturam deſcribit adiuncto pudore:

——— *Niueos infecit purpura vultus*
Per liquidas ſuccenſa genas.

Cæruleus nautas.] Seruius in 8. Æneid. Cæruleus color eſt, à cuius Deo equum conſtat eſſe inuentum. Hunc cæru colorem, vt mundi colorem laudat obiter polyhiſtor Pluta 1. de philoſophorum decretis, cap. 6. Sed vt eſt varia hom mens, aliúſque aliorum ſenſus in colorum vſurpandis ſym lis, reperio Agrigentinos tyrannide Phalaridis liberatos, p cè conſtituiſſe, nulli cæruleo colore veſtitum geſtare perm retur, quòd tyranni ſatellites & corporis eius ſtipatores co lore ſubligaculis fuiſſent vti ſoliti.

Byrrhus, giluus.

Vilia ſunt giluis.] Tenuis fortunæ homines decēt vilia, vt b rhum ſiue rufum, giluum ſiue melinum: de quibus Gellius vlt. lib. 13.

Quem curæ.] Meticuloſis, zelotypis, & iis qui omninò ſunt turbari, fuluus amictus ex viridi & rufo permixtus pote peculiaris.

Lignipedes qui.

Lignipedes.] Hi ſunt reſtigeri quidam Monachi, qui ex tuto ſeueriore ligneis calceis vtuntur, aut potius ſoleis a dam è ſubere vel ligno. Itali vocant Capuſſinos. Pro veſti lia cinericia gerunt, eo colore, quo vilia ruſticorum ſaga p minos emundant.

Ayuntamiento de Madrid

Quisquis sorte.] Violaceus ad eos pertinet, qui sua contenti sorte viuunt, vel etiam fortunæ ludibria pro nihilo ducunt: eos enim affectus violæ & rosæ significare possunt, ἰα καὶ ῥόδα.

Vt varia est natura.] Verba sunt ipsius Alciati ex 2. Parerg. ca. 1. Colorum omnes appellationes Latinè expressim ostendere vix quisquam possit, tam enim hac in re varia natura est, vt quod in aliis plerisque accidit, rerum multitudo vocabula superet.

Sed sua cuique placent.] Homerus ἄλλα παρ' ἄλλοις κακά. Suũ enim cuique pulchrum, ait Cic. & sic se res habet, te tua delectant, me mea. Virgil.

Trahit sua quemque voluptas.

Ayuntamiento de Madrid

Virtuti fortuna comes.

EMBLEMA CXVIII.

ANGVIBVS implicitis, geminis caduceus alis
Inter Amalthea cornua rectus adest.
Pollentes sic mente viros, fandique peritos
Indicat, vt rerum copia multa beet.

Symbolū Alciati.

HOc ipsissimum fuisse Alciati symbolum refert Paulus Iouius, lepido eo libro, quem scripsit lingua sua vernacula De notis armorum & amoris. Quod schema quàm bellè Alciato conuenerit, facilè possunt intelligere, qui eius prudentiam iuris & eloquentiam, qua cæteris excelluit, vnà secum reportant. Id enim studium, eáque facultas effecit, vt magnos honores & honestas opes ad vitæ præsidium sibi compararit. Idem Iouius me docet eodem dialogo, symbolum hoc, VIRTVTI

FORTVNA COMES, fuisse vsurpatum antè ab Iasone Maino nobili Iurisconsulto: quo, sua se virtute ac studio, lautam fortunam esse consecutum ostendebat. Sed id Emblema placet ad quoscumque doctos & sapientes homines transferre. His symbolis, virga nempè Mercuriali caduceo, duobus inter se connexis serpentibus, & duplici copiæ cornu significatur, homines sapientia & eloquentia præditos, rerum omnium copiam facilè consequi. Quò spectat Aristotelicum illud, Diuitem si velit esse posse, qui sapientia fuerit excultus, quod quidem symbola hæc tacitè indicant. Nam caduceus disciplinæ, eloquentiæ, sapientiæ, sed & felicitatis notam habet, teste Pierio lib. 15. de sacris Ægyptiorum literis. Cornu verò Amaltheæ, rerum omnium abundantia est. Hinc apud Stobæum Hippodamus Thurius ciuitatem bonis legibus constitutam, cornu Amaltheæ appellat: quandoquidem bona ingenia eius beneficio profectum capiant, tum mores, studia, legésque fiant optimæ, item rationes rectæ & æquæ, pietas, sanctimonia, reuerentia. Enimuero.

Caduceus.

Amaltheæ cornu.

Quisquis Palladias totis quinquatribus artes
Emit, & Aonij pocula sacra iugi,
Huic nil deesse potest, hunc pleno copia cornu
Imperat Attalica conditione frui.

Ab hac sententia non multum abscessit Socrates: Τὸ γὰρ Ἀμαλθείας κέρας ἐξηγούμενος οὕτως. ἔστι γὰρ σύμβολον εὖ μᾶλλον ἢ μᾶλλον ἀλλ' ἐργάτης, παύῃ τ' ἔχειν τ' ἀγαθά κατὰ μὴ πλὴν ἀμαλθείαν, εἰ μὴ μάλιστα καὶ τετέλεσμένον, κατὰ δὲ τὸ κέρας τῶν βοῶν ἐργατικώτατον ὄντος τὸν ἐργάτην ἐνσημαίνεσθαι βόστρυς δὲ ἐν τῷ κέρατι ἔστι καὶ τὰ ἄμεια, ὅτι ἐν τῇ γεωργίᾳ πάντα ἐνεστιν ὧν χρῆσθαι ἔχομεν. διὸ καὶ ἔρχονται αὐτὸ ἀσάγοντες, ὡς τι ἀγαθὸς δαίμων, καὶ ἡ ἀγαθὴ τύχη. Id est, Amaltheæ cornu sic interpretabatur: eum quidem significare qui minimè sit dissolutus, sed operi intentus genus omne boni consecuturum: Per cornu verò bouis, quod animal est laboriosissimum, virum operarium intelligi: Vuas autem & similia in cornu haberi, quia ex agricultura consequimur quæcumque necessaria sunt. Itaque ipsum gestantes inducuntur bonus genius & bona fortuna. In collectaneis ex Philemone de pecunia idem intelligitur.

Quid per Amaltheæ cornu ex Stobæo.

Bos, animal ad laborem natum.

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς ἄττι κέρας,
Οἷον γράφουσιν οἱ γραφῆς κέρας βοός,
Ἀγγεῖόν ἐστ', ἐκεῖ, ἐκεῖ ἔχης, λέγε
Ἥξει τάδ' ἃ βούλει, πάντα σοι γενήσεται,

Ayuntamiento de Madrid

Φίλοι, βουδοὶ, μάρτυρες, συμμαχίαι.
Putásne Amaltheæ cornu huiusmodi esse,
Quale pictores cornu bouinum depingunt?
Argentum est, quod si habueris, petas
Ab ipso quicquid voles, omnia tibi addentur;
Amici, auxiliatores, testes, domuum multitudo.

Amaltheæ istud cornu, præter cæteros, ad felicitatem & fortunæ bona retulit Dio Chrysostom. Orat. 1. de fortuna.

Caduceus Mercurij.

Caduceus.] Virga Mercurij, qua dicitur vsus ad lites & iurgia tollenda, ad somnum inducendum, ad euocandas ex inferis animas, vel etiam immittendas: Homerus Odyss. ι.

Ἕ ιλετο δὲ ῥάβδον, τῇ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Σ ὖν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ἐγρηγορτας ἐγείρει,

Caduceus autem, à quo caduceatores legati, est κηρύκειον Græcis, cuius verbi meminit Martianus, l. 8. de rerum diuis. Digestis. Horatius:

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgáque leuem coerces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus & imis.

Et Virgilius 4.

Tum virgam capit, has animas ille euocat orcó
Pallentes alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

Iulianus Imperator epistola quadam ad Iamblichum, Mercurij virgam, ad eloquentiæ vim doctè retulit, οἷσ' Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κ νεῦς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, quasi virga Mercurij moues, atque dormientes expergefacis. Idem post: πρίπει δ' Ἑρμοῦ λ γίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον ὄντα σε ῥάβδον οὐκ ἐν τ θεῦδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ὑ μιμεῖσθαι. Æquum est te, qui sis Mercurij eloquentiæ pr dis discipulus, aut si mauis alumnus, virgam non somni prou candi gratia tractare, sed illum imitari ad mouendum & ex tandum. Hanc Mercurialem virgam κηρύκειον à Græcis appe lari dixi, qua legati, fecialésque vsi, prouidéque caduceator nominati, vt notat Vlpianus interpres Demosthenis, ad orati nem cõtra Timocratem: quo loci statuit duplices Cerycas, i ius idem haberent cum fecialibus, eandémque pænè potest vt belli denunciandi, pacis ineundæ: quos σιγλωδίκας, pacis q questros Dionys. Halicarn. interpretatur. De Serpentibus a tem Caduceo implicatis, hæc est Mythographorum narra

Serpentes caduceo implicati.

Mer

Mercurius in Arcadiam iter faciens, duos inter se Dracones acerrimè concertantes offendit, quos interposito baculo statim pacauit: qua de causa ne posteri miraculum ignorarēt, Ægyptij virgam duobus interpositam draconibus Mercurio consecrarunt, & Caduceum nominarunt. Baculus hic eloquentiæ typus est: dracones sapientiæ gerunt symbolum. Alij ad pacem referunt, quam plerunque legati siue caduceatores componunt. Huc respexit Isidorus: Mercurius, inquit, virgam tenet quæ serpentes diuidit: nam bellantes & dissidentes interpretum oratione sedantur. Iamblichus in Epistola ad Deuxippum: Reuera Deus quispiam fuit, qui hominibus Dialecticam ostendit, & è cœlo demisit: vel, vt quidam dicunt, eloquens Mercurius qui in manibus Dialecticæ symbolum gestat, serpentes scilicet se inuicem respicientes.

Baculus quid.

Serpentes dialecticæ symbolū.

Amaltheæ cornua.] Amalthea capræ nomē fuit, cuius lacte Iupiter est enutritus, Adrastes & Idæ Nympharum ministerio & opera. Cùm verò aliquādo capra cornu, quod habebat amplissimum, in obiecta fregisset arbore, Nympha id sustulit diuersis pomis ac herbis onustum, & ad os ipsius Iouis detulit: cuius beneficij memor iam grandior factus, cornu seruatum Nymphæ, cuius erat capra, dono dedit ea virtute imbutum, vt quicquid appeterent, ex eo cornu protinus exiliret. Alij hoc cornu referunt ab Hercule ereptum fuisse Acheloo sese in varias figuras commutanti. Ouid. 9. Metamorph. & Fastorum 5. Strabo lib. 10. Lactant. lib. 1. cap. 21. Mythologi referunt ad regionem antea sterilem & infecundam, quam labore & industria Hercules feracissimam reddiderit. Nos facultatum & omnium bonorum copiam hic interpretamur, quæ virtutem & liberalem omnem eruditionem consequi iure debeat: quod significat huius Emblematis inscriptio, cuius Cicero meminit in Catone Maiore his verbis: Te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est: quæ petita videntur ex Oeconomio Xenophontis. Quò etiam refer Adagium, Virtute duce, comite fortuna, ex Ciceronis Epistolis familiaribus.

Amaltheæ historia.

Acheloi cornu.

Pollentes mente.] Exprimit Græcam locutionem νοῦν ἔχοντας, i. φρονίμους.

Fandique peritos.] Aristot. 1. artis dicendi appellat eos ἐπῶν δυναμένους.

Copia multa beet.] Beare, est prodesse, inquit Vlpian. l. 49. D. de verb. sign. naturaliter enim bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est, beatos faciunt.

Fortuna

Ayuntamiento de Madrid

Fortuna virtutem superans.

EMBLEMA CXIX.

Cæsareo postquàm superatus milite, vidit
Ciuili vndantem sanguine Pharsaliam:
Iam iam stricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
Infelix virtus! & solis prouida verbis,
Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

INterfecto Iulio Cæsare à Bruto & Cassio, vt libertatem ciuibus ereptam restituerent, res tamen non cessit vt sperabant. Siquidem extincto Cassio in bello ciuili, cùm Brutus vidisset superatum iri, quibusdam de fuga suadentibus: Nõ certe pedibus,

Ayuntamiento de Madrid

bus, inquit, est fugiendum, sed manibus: tandemque arrepto gladio prorsus desperans se ipsum confodit, iuuante Stratone Rhetore. Dion in Augusto refert tum versus hos pronunciasse, qui in tragœdia Herculi tribuuntur: ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθα κἀγὼ ἄλλως ἐγὼ δὲ σὲ ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρα ἐδούλευες τύχῃ. hoc est, O misera virtus, quàm tu res eras nugatoria: equidem seriò in te exercebar, at tu fortunę inseruiebas. vel sic: O misera virtus, ergo nomen inane eras; ego verò te vt rem solidam exercui, quamuis interim fortunæ seruires. Significabat tũc quidem temporis plus momenti, & virium fortunæ quàm virtuti fuisse, virosq; bonos improborũ machinis fractos & extinctos. quod Q. Curtius lib. 8. confirmat, cùm ait; Quis neget eximiam quoque gloriã sæpius fortunæ quàm virtutis esse beneficium? Alciatus Parergôn libro 2. cap. 7. retulit hanc Bruti sententiam, vsurpauitque in Epitaphio à se conscripto de Pyrrhi Anglebermæi Aurelianensis Academiæ Iureconsulti morte, his omninò verbis:

Mors Marci Bruti.

Fons Emblematis.

Quis non malignas mortis accusat vices,
Virtute claros quæ viros præceps rapit,
Viuaciores improbos coruis sinens?
En Pyrrhus ille, tot animi illustris bonis,
Latoque clauo est ante præreptus diem:
Frustra putauit esse te virtus Deam,
Quæ fortuitis seruiebas casibus.

At reuera hæc fuit Bruti, id est hominis pagani, nec verè Philosophi, imò verò desperantis opinio, qui quantum in eo errarit, colligere est facillimum ex scriptis Platonicorum & aliorum, quorum fuit iudicium acrius, & auctoritas maior. Certè non multũ ei potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute quàm in fortuna præsidium collocauit. Virtus enim omnia quę in hominem cadere possunt, subtus se habet, eaque despiciens casus contemnit humanos, culpaque omni carens, præter seipsam nihil censet ad se pertinere: vt rectè docet Cicero Tuscul. 5. & Lactant. lib. 3. De falsa sapientia c. 28. Neque verò censendus est fortis, & magno præditus animo, qui vt aliquod damnum, aut alioqui asperã vitæ calamitatẽ effugiat, vitæ sibi vsura adimit: quod in Cleomene Plutarchus ostẽdit. Cùm enim post miserã acceptam cladem in bello contra Antigonũ, Cleomenes rebus omnibus desperatis admoneretur à Theryclone, vt se interficeret: Generosum verò putas esse, inquit, magnique animi faciãus, sibi vitam adimere: quo vno nihil facilius aut promptum magis

Desperantis opinio quæ.

Virtutis vis.

Fortis non est qui senecat.

Cleomenis verba grauissima.

Ayuntamiento de Madrid

magis esse potest? Id verò ignaui hominis & inconsulti maximum argumentum est. Quis enim eum qui simile quidpiam in se receperit, non à sua ipsius ignauia victum esse confitebitur? Minimè est oppetēda mors, vt honestas actiones detrectemus: imò diligenter prouidendum, vt ipsa mors in se generosi quidpiam & honesti habeat: quia cum probro non minimo coniunctum sit, aut viuere, aut mori sui causa velle. Quod si aliquando cogitandum esse videatur (quod numquam tamen permissum fuit instituto Christiano) id fortasse permittitur, cum nulla spes superstit amplius defendendæ patriæ. Rectè ille quidem, verius tamen Poëta:

Rebus in incertis facile est contemnere vitam:
Fortius ille facit, qui miser esse potest.

Huc Martialis in primo ad Decianum quendam:

Nolo virum facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

Idem sic lepidè perstrinxit Fannium:

Hostes cum fugeret, se Fannius ipse peremit:
Dic mihi, non furor est, ne moriare, mori?

Rectè Aristot. 3. de Morib. ad Nicomach. τὸ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτας, ἢ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρεῖόν, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. καλακίᾳ γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, καὶ διὰ τοῦτο θανάτου μέν, ἀλλὰ φεύγων κακὸν. Cæsar in 7. de bello Gallico: Animi istā mollities, inquit, nō virtus inopiam paulisper ferre nō posse, qui dolorem patienter ferant. Idem pænè Curtius lib. 5. de Alexandri gestis: Fortium virorum magis est mortem contemnere, quàm odisse vitam, sæpe tædio laboris ad vilitatem compelluntur ignaui. At in primis audienda vox Herodiani, χρὴ δ' ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας σύμπαντα μὴ ἐπαίρειν τῇ βελτίσᾳ, φιλεῖν τε τὰ προσπίπτοντα: Viros generosos atque sapientes decet optima quidem optare, sed ferre quæcunque incidant. Laudata non temerè sapientibus & cōsultis hominibus M. Tullij sententia. qui cùm videret fractas omninò & eversam spem positas esse Pompeianorum copias, cum Cæsare & Cræsentire maluit, quàm iis quos vincere se minimè posse sperabat obsistere, aut etiam verbis molestus esse. Nam neque pugnandum sibi arbitrabatur esse tutum aut facile contra tantas opes, nec permanendum in eadem sententia, cōuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, sed tēporibus assentiendū. Nunquam enim, vt ait ille, præstantibus in gubernanda Repub. viris data est in vna sententia perpetua permansio: sed vt in naui-

Ciceronis dissimulatio post ciuile bellum Pōpeianū laudatur.

Ayuntamiento de Madrid

do tempestati obsequi, artis est, etiamsi portum tenere nequeas: cùm verò id possis, mutata velificatione assequi, stultũ est eum tenere cũ periculo cursum quem cœperis, potiùsquàm eo cõmutato, quò velis, tandẽ peruenire: sic in administrãda Republ. prudentibus viris propositũ debet esse OTIVM CVM DIGNITATE: & non idem semper dicere, sed idẽ semper spectare. Quæ laus Catonis fuit, qui cùm esset eo ingenio iisque moribus, vt seipsũ mutare, & (vt Sallustij verbo vtar) naturam versare minimè posset, nõ modò suæ Reipub. nihil profuit, sed etiam valde obfuit? Eum quidẽ hominem cordatum & fortẽ & temperatum facilè patior fuisse, at non tam prouidũ neque tam circumspectum video in iis, quibus erat in primis ea ætate eoq; tempore prouidendum. Vtque solis cursus non recto per cælũ meatu fertur, sed obliquo, leni, atque moderato, tamen orbis vniuersi machinam æquabili temperie calefacit: Ita Principes & magistratus sese populi nonnunquam studiis, vt ita dicam, obliquis accommodare debent, vt melius sit iis cõsultum, quos regi par est non summo iure, sed equitatis vario eoque mutabili præscripto. In quo Cicero, quanquam in cæteris vitę partibus oculatus, infeliciter lapsus est ea quam in M. Antonium instituit misera contentione. Nam quamquam non inuitus fatear illius causæ, quam pro libertate suscipiebat, optimam conditionem fuisse, non possum tamen quin vnà cum Poëta dicam,

Catonis pertinax animus improbatur.

Infelix cõtentio M. Tullij in Antoniũ.

Heu nihil inuitis fas quemquam credere Diuis!

Putabat enim se Antoniũ tam facilè, & eo iure, posse de medio tollere, aut certè in ordinem cogere, vt quondam Catilinam, Verrem, & alios facinorosos. Non videbat, inquam, se versari in Romulidũm fece, & cùm alia vita esset, aliam esse vitam debere, vt non mirum videri debeat, si ei fato iniquissimo pereũdum fuerit. Sed iam satis: ad alia nobis properandum. In eam Bruti mortem spontaneam disputat Seneca De beneficiis 2. c. 20. & vndecimo Epistolarum ad Lucilium, 83. epist. Et D. Augustin. Catonis factũ tribuit ignauiæ potius, quàm fortitudini.

Infelix virtus.] Manilius: *Quinetiã infelix virtus, & noxia felix*, quo sensu dicitur à Septim. Florente lib. aduersus Valentinianos, desultrix virtus, id est instabilis & motoria: tantùm quòd desultricem & defectricem illam virtutem non vult. Ita Seneca Hercule Oeteo:

Sine hoste vincor, quodque me torquet magis
(O misera virtus) summus Alcidæ dies.

Huc

Ayuntamiento de Madrid

Huc pertinent Menandri quidam senarij:

Παύσασθε νυῦν ἔχοντες οὐδὲν ὑγιὲς πλέον
Ἀνθρώπιν' ὄντες νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὁ τῆς τύχης &c.
—— ἡ πρόνοια δὴ θνητὴ, κἀπινδὸς,
Καὶ φλύαρος παιδιὰ τις, κ' οὐ μεμιμημένη
Ἄ παθοῦσα νοῦμεν, λέγομεν, ἢ πράττομεν,
Τύχη ἐστὶν, ἡμεῖς δ' ἐσμὲν ἐπιγεγραμμένοι.

Desinite mentem habere, nam nil amplius
Humana mens est, tota fortunæ manet.
Mortalis autem fumus est prudentia
Nugæque, non vos pœnitebit, credite.
Quæcunque sentimus, agimus, vel dicimus,
Fortuna cum det, nos quidem inscripti sumus.

Solis prouida verbis.] In hoc sequebatur quorundam dog
qui asserebant, Virtutem nihil aliud esse quàm verba & voc
cuius meminit etiam Plutarchus Comment. De superstitio
vbi hoc quod ante ascripsi ferè, citat ex Poëta quopiam: ὦ τλ
μον ἀρετὴ, λόγῳ ἄρα ἤδησθ', ἔργῳ δ' ὡς ἔργον σε ἡ σκιὰ, ἀφάτῳ τ
τοποιεῖν ἀδικίαν περὶ τὸν γένιμον ἀπάσης ἡ δονῆς ἀκολασίαν. I
scriptum tandem reperio (quid enim prætermittam qu
sese vltro offert?) in Epitome historiæ Romanæ, quæ L. F
nomine circumfertur: Quanto est, inquit, efficacior form
quàm virtus? & quàm verum est quod moriens efflauit, Nou
re, sed in verbo tantùm esse virtutem; hæc lib. 4. c. 6. Cæteru
eorum opinionem qui putarẽt virtutem, nihil aliud esse
verba, Horatius videtur allusisse in Epistolis, cùm ait,

— Virtutem verba putas vt,
Lucum ligna.

Paupera

Ayuntamiento de Madrid

Paupertatem summis ingeniis obesse ne prouehantur.

EMBLEMA CXX.

DEXTRA *tenet lapidem, manus altera sustinet alas:*
Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.

ADolescentis est ingenioſi prosopopœia, quæ multis aliis communis est: quibus si quid suppeteret ad studiorũ progressum, non sanè in minimis hærerent, sed absolutam aliquam perfectámq; disciplinarum cognitionem seriò contrectarent. At propter summam facultatum inopiam consistunt, perpetuóque in infimo puluere volutari coguntur. Enimuerò vulgatissimum est illud Iuuenalis:

Ec

Ayuntamiento de Madrid

Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Idémque:

——cantare sub antro
Pierio thyrsúmve potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieq;
Corpus eget: satur est cùm dicit Horatius ohe.

Excursus in miserã adolescentum felicissimi ingenij conditionem.

Sed ne transiliam tam oscitanter eam vulgatam & solemnem studiosorum penè innumerabilium querelam, qui miserã suam fortunam vitæq; genus incusant: quot quæso iam olim & in nostro tempore adolescentum myriades esse constat, in quibus ea sit ingenij dexteritas, vt ad liberalem omnem disciplinam non imbuti, sed ficti à natura esse videantur? At in pulucre noq; misero hærere coguntur, & cùm meliores fruges possint, siliquas affectantur, imò verò cum grauibus & molestis admodum colluctantur difficultatibus; quia quamquam ingenij mentisq; penè diuinę pennas expeditas & alacres habeant, nullum tamen aut amicum aut locupletem hominem, vel certe Mæcenatem beneficum nãcisci possunt, qui nodum, qui scrupulum illud egestatis adeò vrgentis, qui validum fortunæ impedimentum tollat. Quis laborioſum & industrium Cleanthem in historiis laude dignum non censeat, qui noctis magnam partem in aqua hauriendã impendebat, quò sibi victum compararet, interdiu verò Chrysippi doctrinæ operam daret? Nam ita me Iouis abeam, nullus nostrûm est, cui compertum non sit ingentium permultos esse studio addictos adolescentes, quos credibili amore flagrent eas capessendi artes, quibus humanitas & eruditio comparatur. Qui tamen arctiore, nimisq; lenta paupertatis remora sic interdum prohibentur, vt facultatibus omninò careant, quæ ad hoc iter conficiendum necessariæ sunt, ad artes quasdam sordidas, tanquam in portum, fortunæ, vt ita dicam, tyrannide compelluntur: vel si spei reliquum sit, non tamen possunt emergere, nisi deuorent infinitas in studio persequendo molestias. Nam aut pædagogi onera sustinent (qua conditione, si cum aliis conferatur, alia miserior) aut deterius aliquod subire munus & vilia quasdam partes, imò verò labores indignos literatis hominibus perferre ac pati coguntur. Quæ ingenia certè acuta & viuida, sed inopiæ tamen nimiis molestiis sopita nimium languida si quis liberali animo iacentia excitaret, non deesset quin longè plures haberemus in rebus Theologicis ex-

Pædagogi miseriæ.

Ayuntamiento de Madrid

ratos, graues profectò & eruditos Iuris vtriusque consultos, fidos & perspicaces Medicos, Doctores longè plures in omni literarum genere, Mathematicos, Physicos, Logicos, Oratores, Poëtas, Grammaticos, ad Reip. non minimum & ornamentum, & adiumentum. Quod cùm ita queror, nescio profectò an dicere ausim quæ mihi nunc in mentē veniunt: nempè huic inopiæ diligenter, magnaq; liberalitate fuisse iam olim occursum à nostris maioribus, sapiētibus certè ac piis hominibus, qui tot scholas hac in nostra Parisiensi Academia (vt de cæteris taceā) à fundamentis excitarunt, legibus & institutis informarunt, reditibus etiam ac censibus annuis locupletarūt: quas opes rebus primùm iis quæ ad Religionem pertinent, & pauperibus alendis, iisque quibus nimis esset arcta supellex, assignari voluerūt. Quæ pia certè & Christianis hominibus digna beneficētia, institutioq; liberalis, miror quàm hodie immutata sit. Hūc enim adolescentum studiosorum & pauperum censum nescio qui scholarchæ malis artibus interdum occupant: ex quo fit, vt quæ iustè conferri debebant in vsus publicos, miserè ab iisdem & iniquè rapiantur: nec iam inopes ij admittātur, quos solos participes esse par erat huius munificentiæ, sed ignaui quidā ventres impunè sanctos illos reditus depeculentur. Sed de his aliàs fortasse commodiùs. Lapis paupertatis est symbolum, propter grauitatem & difficultatem ponderis. Citatur à multis hic senarius.

Multæ in Parisiensi Academia scholæ.

Οὐδὲν πενίας βαρύτερον ἐπὶ φορτίον:

Nullum pauperie molestius est onus. Dextræ etiam lapis adhærens, referri non incommodè potest ad impedimentum scribendi. Nam præ inopia nihil eloqui potest, vel scriptis mandare adolescens, fortunæ bonis omninò destitutus. Et certè talis futurus erat Virgilius, talisque Horatius, nisi liberalitatem Mæcenatis fuissent experti. Per alas siue pennas, vigorem ingenij & acumen intellige.

Ayuntamiento de Madrid

In Occasionem.

EMBLEMA CXXI.

Διαλογισμῶς.

LYSIPPI *hoc opus est, Sicyon cui patria tu quis?*
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis stas? vsque rotor, talaria plantis
Cur retines? passim me leuis aura rapit.
In dextra est tenuis dic vnde nouacula? acutum
Omni acie hoc signum me magis esse docet.
Cur in fronte coma? occurrens vt prendar. At heus tu
Dic, cur pars calua est posterior capitis?
Me semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim apprenso postmodo crine capi,

Ayuntamiento de Madrid

Tali opifex nos arte, tui cauſſa edidit, hoſpes:
Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.

IDſumptum è Græco Poſidippi Epigrammate, quod ſic habet:

Τίς πόθεν ὁ πλάσας, σικυώνιος, ὄνομα δ' τίς,
Λύσιππος, οὐ δῆτ', ἀλλὰ Κύρις ὁ παιδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας, ἀκροτρόχαλος τί δὲ ταρσοὺς
Πτηνοὺς ἐχεις διφυεῖς, ἱππόπαμ' ὀπλοῦμι δ'.
Καιρὸν δ' ἐξετίρην τί φίρεις ξυρόν, ἀνδράσι δᾶγμα
Ὡς ἁπάσης τρίχος οὐτιρὸν τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν, ὀπιστιόωσαν λαβέσθαι.
Νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὸν πέλει,
Τὸν γὰρ ἅπαξ πλησίον παραδράξεσθαι μιπόσιν,
Οὔτις ἔτ', ἰμὲρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τυχίτης με δίπλασιν ἄνικεν ὑμῖν
Σᾶνι, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίῳ.

Fons Emblematis.

Eraſmus eoſdem verſus paraphraſticôs reddidit. i. muſa paulò ſuſiore, in Prouerb. Noſce tempus. Auſonius in Epigrammatis eodem fermè argumento deſcripſit occaſionem, ſed huic comitem fecit metanœam, id eſt pœnitentiam; qua de re Politianus cap. 49. Miſcellan. Retulit & Syntagm. 1. Gyraldus. Admonemur hac icone occaſionem, cùm ſeſe offerat, ſtatim eſſe arripiendam: eius enim tanta eſt opportunitas, vt plerumque ex voluptate triſtitiam, ex damno lucrum, ex honeſto inhoneſtũ patturiat; & contrà: breuiterque rerum naturam permutet. In aggrediendo itaque & conficiendo negotio præcipuum habet momentum, vt non ab re veteres eam donaſſe diuinitate videantur. Occaſionem Cicero definit libris De Inuentione, partem temporis, in ſe habentem alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Eam qui oblatam arripiunt, quique cum maximè tempus poſtulat aut dicunt aliquid aut faciunt, rectè illi ſapere dicuntur. Quædam enim ſunt eius generis, vt quanquam honeſta per ſe & vtilia videri poſſunt, niſi tamen tempeſtiuè fiant, planè vileſcunt. M. Cicero 3. Antoniana Cæſaris Octauij virtutem verbis auget, quòd opportuno tempore periclitantem Rempub. iuuerit. Sic enim: C. Cæſar adoleſcens, incredibili ac diuina quadam mente, atque virtute, cùm maximè furor arderet Antonij, cúmque eius à Brundiſio crudelis & peſtifer reditus timeretur, nec poſtulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidem nobis (quia fieri

Vis occaſionis.

Ayuntamiento de Madrid

posse non videbatur) firmissimum exercitum inuicto gene
veteranorum militum comparauit. Idem oratione pro Pom
peio : laudat eum imperatorem, quòd præter omnium spe
breui tempore bellum contra piratas susceptum confece
Prò Dij immortales ! tantáne vnius hominis incredibilis ac
uina virtus tam breui tempore lucem Reip. afferri potuit, &
Et Æneas Virgilianus Didonem laudat quòd sola miseris Tr
ianis opem tulerit, quo tempore maximè opis indigerent.

O sola infandos Troiæ miserata labores,
Quæ nos reliquias Danaûm, terræque, marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos
Vrbe, domo socias.———

Lysippus. *Lysippi hoc opus.*] Lysippus statuarius ex Sicyone vrbe Pe
ponesi, multis variisque suæ artis monimentis nobilitatus,
Alexander vetuerit, ne à quoquam pingeretur, aut sculperet
præterquàm ab appelle & Lysippo. Horat. Epist. 2.

Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.———

Idem Plutarch. lib. de Alexandri fortuna. Lege Plin. cap. 7. &
lib. 34.

Cuncta domans.] Descriptio est Occasionis : per articul
punctum & momentum intellige breuissimum. Prouerb. Te
poris punctum.

Occasio volatica. *Cur pennis stas?*] Hoc significatur, volaticam esse & fu
occasionem, idcircóque talaria pedibus, vt Mercurio, c
buuntur.

Nouacula Occasionis. *Nouacula.*] culter rasorius : quo etiam acutissimum mo
tum temporis exprimitur.

Calua Occasio à tergo. *Cur in fronte coma?*] Alludit ad illud:

Fronte capillata, sed post Occasio calua est.

Nam post neglectam occasionem, ea frui non amplius
καιρὸς recaluaster occipitio à comalibero, capillis in supe
diffluentibus olim pingebatur, talémque prius finxe
nius ille plastes Lysippus. Demosthenes Epistolis de Co
dia, eandem sententiam Athenienſibus inculcat: Τὸν δὲ κα
καιρὸν ὁρῶν, ἐλομένων μὴν ὑμῶν τὰ δέοντα, ἅμα δέξα
ρίαν ἂν ἐλαβιδρόμου δυνάμενον κτήσασθαι, ἀ μόνον ὑμῖν, ἀλλ
τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔλλησιν. ἀγνοησάντων δὲ ἢ παρακρου
ἀ ῥᾴδιον αὖθις τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, ὥσθ' ὁ χρόνος τῶν
γνώμαν, ὡς ἔχω περὶ τούτων εἰς μέσον θεῖναι. Respexit hu

Ayuntamiento de Madrid

dat.Pythior.9. ὁ δὲ καιρὸς, ὁμοίως πάντων ἔχει κεφαλαί: id est, Occasio similiter totius negotij perfectionem in se habet. Athenagoras pro Christianis, εἰ χρὴ γὰρ τὸν ἄκρα τὸν δίκα λέγειν, οὐδὲ καιρὸν. Cicero 5.Philippica: Minimis momentis maximas inclinationes temporum fieri,cùm in omni casu Reipubl. tum in bello.Et in 6.Dies affert & hora magnas clades. Horat.primo Epist.ad Bullatium:

Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.

Ouid.1.de Remedio:

Sed propera,nec te venturas differt in horas:
Qui non est hodie,cras minus apus erit.

Idem alio loco:

Temporibus medicina valet:data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Martialis idem:

Non bene distuleris videas quod posse negari.

Prouerb.Premenda occasio:&,Capere crines.

Alipedem.] Celerem & velocem, quasi alas pedibus habentem.Ausonius de ætatib.animalium, ceruam alipedem dixit.

Tali opifex.] Admonet spectatorem imago, docéteque cuius rei gratia, & proprer quam causſam locata sit in loco vndique patenti,scilicet, vt omnes & quoscumque obuios sui negotij admoneat & doceat.

Ayuntamiento de Madrid

In ſubitum terrorem.

EMBLEMA CXXII.

EFFVSO cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Origo certiſſima Emblematis.

EX Poljæni auctoris Græci Stratagematôn lib. primo ma
id emblema video : ſententiam ita reddere ſum cont
Pan Bacchi dux fuit. Is Pan primus aciem inuenit, quam p
lãgem nominauit. Dextrum etiam & ſiniſtrum cornu inſti

Pan dux Bacchi, & eius inuentum.

quæ cauſſa fuit cur ei cornua tribuãtur. Primus etiam fuit
arte & calliditate hoſtes intercepit. Cùm enim aliquando
miſſi fuerant exploratum, retuliſſent hoſtes in alteram ſyluæ
cauę parte caſtra metari : Pan eo accepto nuncio ſuis præc
vt ingentem clamorem tollerent, quibus ita conclamant
locis cauernoſis ſonus exceptus multò quidem maior ex
tus eſt : quare perculſi metu hoſtes, ſtatim ſe in pedes con

Ayuntamiento de Madrid

sunt. Quo stratagemate cùm Pan fuerit vsus, Echo Pani amica esse fingitur: ideoque vani nocturnique terrores Panici dicuntur: hęc ferè Polienus. Alij verò ad hunc modum explicant, sed non ita scitè & verè, meo quidem iudicio. Putauit antiquitas Pana pastorum Deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere vsque adeò impotētes, vt non ratione modò, verùm & mente careant: quemadmodum non raro vsu venire solet in exercitu, cùm nulla mouente caussa equi atque homines perturbantur. Phornutus Panicos terrores ait dici de repentinis & sine ratione factis: ita enim nonnumquā greges atque armenta pauere videntur, cùm sonitus aliquis vel strepitus surgit in syluis, aut è speluncis, aut ex terræ cauernis. De Panico illo tumultu præclarus Plutarchi locus est in M. Antonij vita: quo loco tractat expeditionem Parthicam. Magnus enim metus incessit Antonij milites, ob aurea quædam vasa Mithridati liberaliter ab Anthonio data. Hic terror Gallos inuasit, cùm Brenno Duce Delphos prædaturi accesserant. Terrores quippè, inquit, nulla certa caussa existentes à Pane oriri produntur. Silius lib. 13. Punicorum, scribit hoc terrore Panico Annibalem fuisse perculsum, cùm ad vrbis mœnia accessisset eam expugnaturus. Apud Suidam Polybius ait: Cùm Luna defectum esset passa temporibus Persei, Macedonum Regis, vulgò rumor increbuit, hoc quasi ostento regis mortem significari. Quę res effecit, vt Macedones consternarentur, ipsique Romani animos sumerent. Itaque ἀληθὲς ὅτι τὸ περιφερόμενον, ἔστι πολλὰ κενὰ τῶν πολέμων. Id significat Cicero pro Cæcina: Exercitus, inquit, maximi sæpè pulsi fugatique sunt terrore ipso, impetuq; hostium, sine cuiusquam nō modò morte, sed etiam vulnere. Huc refert prouerb. Panicę casus: &, Inanis metus: &, Multa belli inania. Diodor. lib. 1. ea de re nonnihil. Quid si quis referat ad eum pauorem, qui omnem sapientiæ vim ex animo expectorat? vt ait ille: vel ad consternationem terrorémque, cui viri etiam fortissimi non possunt esse aliquando pares: non videbitur abhorrere fortasse à mente Alciati. Rectè siquidem Pindarus.

Panici tumultus acterrores.

——φόβος ἀνδροδάμας
Ἐ πάσσων ἀλκὰν φρενῶν.

Timor virorum domitor fortitudinem animis adimit.

Effuso agmine.] Disperso exercitu & perturbato.

Faunus.] Pan, cuius cornua credebantur terrorem immittere.

Ayuntamiento de Madrid

In illaudata laudantes.

EMBLEMA CXXIII.

INGENTES Galatûm semermi milite turmas,
Spem præter trepidus fuderat Antiochus:
Lucarum cùm sæua boum vis, ira, proboscis,
Tum primùm hostiles corripuisset equos.
Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
Insuper & sociis, Occideramus, ait,
Bellua seruasset ni nos fidissima barrus:
Vt superasse iuuat, sic superasse pudet.

Antiochi stratagema in Galatas.

HIstoria hæc refertur à Luciano in Apologia quadam inscribitur Zeuxis siue Antiochus. Cùm non ignot Antiochus, cui cognomen Soter erat, & corporis viribus

dacia instructos esse Galatas, illorumque multitudinem innumerabilem videret, spem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriæ, illis tanquam inuictis existentibus. Itaque iam de fœdere ineundo pacisque cõditionibus petẽdis cogitabat, cùm Theodotas vir animi generosi, & instruendę aciei peritus iussit interea Elephantos, quos Antiochus vndecim habebat, clam occultissimè tenere, ne ex acie apparẽtes hostibus fierẽt conspicui: vbi verò manus essent cõserendæ, & Galatę aperta phalange currus immitterent, Elephanti in Galatas fecerunt impetũ, ipsique equi ferociã Elephantorum nõ sustinentes, sessores dorso excusserũt. Ad extremũ itaq; Antiocho cessit victoria: ideoq; Macedones regẽ victorẽ coronabãt, lætũque Pæana canebant. Ille tamẽ effusis lacrymis dixisse fertur: *αἰσχυνόμεθα, ὦ στρατιῶται, οἷς γε ἡ σωτηρία ἐν ἐγκαίνια τούτοις ὑφίστο, εἰ μὴ τὸ καινὸν τῶ θράματος ἐπέπληξε τοὺς πολεμίους, τί ἂν ἡμεῖς ἄνθρωποι πρὸς ὀφθῆναι, εἰ τῷ τροπαίῳ πλείω ἄλλο μηδὲν, ἐλέφαντας δὲ μόνον ὑπολάβωμεν*: hoc est, Pudore afficimur, inquit ô milites, quibus salus in hisce vndecim stetit belluis, adeò vt nisi spectaculi nouitas hostium animos terruisset, quid tandem in eos potuissemus? Itaque trophæum nullum aliud quàm Elephantem iussit sculpere. Hoc exemplo belli duces potissimum notantur, qui sæpissimè honesto vtile anteponunt. Antigonus rogatus, quo modo essent hostes aggrediendi, dixit: Aut dolo, aut vi, aut apertè, aut insidiis. Sed improbiùs Lysander, qui exprobrãti cuidã artes & dolos quibus in præliis vteretur: Si, inquit, leonina pellis sufficere nõ possit, induẽda certè vulpina est. Inuebat quidem ad artes confugiẽdum esse, si quid virtute parari non queat. Huic quidem Chilonis aduersatur sentẽtia, Damnum inquientis præferendum esse turpi lucro: siquidẽ illud semel dolemus, hoc semper cum infamia durat. At vt Chorœbus apud Virgilium, *dolus an virtus quis in hoste requirat?* quod nostris temporibus (prô dolor) in quibus virtuti fortuna comes esse debuerat, magno nostro malo plusquàm satis est, experimur. Quando enim vberior vitiorum copia? quando maior auaritiæ patuit sinus? Imperator Ethnicus & Barbarus fassus est se superasse hostes non vi, sed dolo, vnde & trophæũ iussit erigi: plerique verò Christiani duces (quod grauatè dico) sæpenumero dolis & insidiis hostem circumueniunt, idque virtuti bellicę asscribunt: nec est quod apud eos de vincẽdi via disputetur, quęlibet Martis alea vel aperta vel insidiosa committitur: sicque,

Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum.

Imperatores iplique principes sæpe honesto vtile præferunt. Lysandri astus.

Excursus in fœderũ & fidei violatores principes.

Rex

Ayuntamiento de Madrid

Rex Sapor ſcribens ad Conſtantinum, apud Ammian. Marcellin. lib. 17. inter alia, tum hoc eleganter: Ideóque Armeniam recuperare cum Meſopotamia debeo, auo meo cōpoſita fraude præreptam. Illud apud nos numquam acceptum fuit, quod aſſeritis vos exultantes nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum euentus. Iſocrates in Panathenaico iniuſta bella ita exagitat: θαυμάζω δ' ἁπάντων μάχας καὶ τὰς νίκας τὰς παρὰ τὸ δίκαιον γενομένας, μᾶλλον δὲ τὰς ἀσχέσεις ἅπασι καὶ πλείονος ἀξίους ἡγοῦμαι τοὺς κτᾶσθαι τὰς τῶν κακῶν συμβούλους, ἢ καὶ ταῦτα εἰδότας, ὅτι μεγάλαι δυνάμεις, πανηγύρεις πολλάκις γίγνονται κρείττους ἀνδρῶν σπουδάων, καὶ κινδύνους ὑπὲρ τῆς πατρίδος πραττομένων οὓς πολὺ δικαιότερον αὐτοὺς νείμασθαι, ἢ τοὺς περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀποθνήσκειν ἑτοίμους ἰδιώτας καὶ τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασιν ὁμοίους ὄντας. ταῦτα μὴ γὰρ ἔστιν ἐν πανηγύρει ἀνθρώπων. τὸ δὲ τοὺς χρηστοὺς ἐνίοτε χεῖρον ἀγωνίζεσθαι τῶν ἀδίκων βουλομένων, θεῶν αὖτις ἀμέλειαν ἔστι φύσει ἐν. i. Miror autē ſi qui ſunt qui prælia & victorias præter ius & æquum putent, non eſſe turpiores, & pluribus plenas eſſe probis exiſtimentas, quàm clades ſine ignauia acceptas: præſertim cùm ſciant magnos exercitus, quamuis ſceleratos, ſæpè ſuperiores eſſe viris honeſtis qui pro patria pugnare nō dubitāt: quos laudari magis tò ſit æquius, quàm eos qui alienarum opum cupiditate mercenarios oppetere non recuſant, conductitiis militibus ſimiles, nam hæc facta ſunt hominum improborum. Quòd verò boni viri non numquam infeliciùs, quàm qui ſtudent iniuriis inferēdis, pugnantur, id Deorum incuriæ fortaſſis eſt tribuendum.

Galatæ quid.

Galatūm.] Galatæ ſiue Gallograeci, populi minoris Aſiæ Phrygiæ & Bithyniæ finitimi: de quibus Liuius 8. lib. Decad. 4. Iuſtin. lib. 25.

Semermi milite.] Semiarmatis militibus.

Fuderat.] Diſiecerat. Liuius lib. 2. Exercitum fudit, fusum perſequitur.

Elephanti, Lucæ boues.

Lucarum boum.] Elephantorum, qui primùm ab Italis viſi ſunt in Lucanis, vt ſentit Plin. lib. 1. cap. 6. & Solinus polihiſt. cap. itémque Vegetius lib. 3. cap. 26. Varro 6. de lingua Latina: Lucabos, elephas: cur ita dicta ſit duobus modis inuenio ſcriptum nam in Caij Ælij commentario erat, à Libycis Lucas, & Virgilij commen. ab Lucanis Lucas, ab eo quòd noſtri maiorem quadrupedem, quam ipſi haberent, vocarent bouem, cùm in Lucanis Pyrrhi bello, primùm vidiſſēt apud hoſtes elephantos, idemtidem quadrupedes cornutas (nam quos de

Ayuntamiento de Madrid

multi dicunt, sunt cornua) Lucam bouem appellasse. Si à Libya dictæ sunt Lucæ, pantheræ & leones non Africanæ bestiæ dicerentur, sed Lucæ: si ab Lucanis dictæ, vrsi cur potiùs Lucani, quàm Luci dicti, Quare ego potius Lucas ab luce: quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres, Vide Prou. Priùs locusta Lucam bouem pariet.

Proboscis.] ἀπὸ τοῦ προβοσκεῖν, quod est antè pascere. Pars est siue corporis porrectio naribus inhærens, qua vtitur Elephantus tanquam manu. Plin. cap. 7. lib. 8. Proboscis seu promuscis.

Trophæa.] Trophæum ἀπὸ τοῦ τρέπειν, à conuertendo: quòd qui hostes in fugam conuerterat, trophæum merebatur, quod in loco publico conspicuum erat, vt victoriæ signum. hinc illud est Virgilij Vndecimo Æneid, Trophęũ vnde.

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas.

Bellua fœdissima barrus.]Barrus, Elephas est, qui barrire dicitur: inde barritus, talis vox. Appul. Florid. 3. Vt est Taurorum grauis mugitus, Luporum acutus vlulatus, Elephantorum tristis barritus, &c. sed & pro clamore militari vsurpatur. Veget. lib. 3. cap. 18. Clamor, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quàm acies vtraque se iunxerit. Corn. Tacitus: Sunt Germanis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cãtu augurantur. Obiter admoneo, melius hic fortasse legi *fidissima* quàm *fœdissima* sed in hoc scrupulo tantillo immorari nolim. Barrus & barrire.

Vt superasse iuuat.] Allusio ad illud, Lucrum pudori præstat: & Plauti in Trinummo.

Pol pudere, quàm pigere præstat, totidem literis.

Rectè Theodericus apud Cassiodorum lib. 1. Variar. ad Marcellum Aduocatum fisci: Non quoties, ait, superes, sed quemadmodum vincas, inquirimus. Non quæras de potestate nostra, sed potius de iure victoriæ: quando laudabilius à parte fisci perditur, cùm iustitia non habetur, &c. Non minùs rectè Claudianus, Honorium admonens, vt non quod liceat, sed id quod deceat in vita priuata & publica spectet:

Non tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit occurrat.

Et Iurisconsulti tradunt non modò quod liceat, sed & quod honestum sit, videndum esse, l. semper, De ritu nup. & leg. 197. de verb. sign.

In

Ayuntamiento de Madrid

In momentaneam felicitatem.

EMBLEMA CXXIIII.

Aeream propter creuisse cucurbita pinum
Dicitur, & grandi luxuriasse coma?
Cùm ramos complexa, ipsumque egressa cacumen,
Se præstare aliis credidit arboribus.
Cui pinus, Nimium breuis est hæc gloria: nam te
Protinus aduenient, quæ malè perdet hyems.

Vnde Emblema petitum.

SCribit Guicciardinus Italus scriptor, id Alciati carmē a xum fuisse ianuæ cuiusdam hominis Angli, qui factus s lentior ob prosperos rerum successus, permultis inuisus præbebat. Idem est apologus apud Petrum Crinitum De ho sta disciplna lib. 2. ca. 14. Sata est olim, inquit, cucurbita

Ayuntamiento de Madrid

ta pinũ arborem editissimam : cucurbita verò cùm multis plu-
uijs atque cæli tẽperamento creuisset, lasciuire cœpit, & ramu-
los audacius porrigere, iamque in pinum serpebat, & suas in ra-
mos frondes audebat inuoluere, prægrandia poma & virescen-
tia ostentans. Tanto itaque fastu ac insolentia intumuit, vt pinũ
ausa sit aggredi : Et vides, inquit, vt te iam supero, vtque foliis
& virore præsto? Tum pinus, quæ senili prudentia præstabat, ni-
hil mirata est cucurbitæ insolentis audaciam, sed respõdit: Ego
verò hic multos calores & hyemes, variásque tẽporis calami-
tates pertuli, adhuc tamen integra cõsisto: tu ad primos rigores
minus habebis audacię, cùm & frondes concident, & viror om-
nis aberit. Hoc quidem dicitur in eos, qui ob momentaneam
quandã felicitatem gloriantur, quique plus habent ostentatio-
nis & pompæ, quàm facultatũ aut virium. Itaque non mirum
videri debet, si dum se aliis præferunt, magniq́ue videri volunt,
se aliis & quidem nasutis hominibus ridendos propinent, &
tamquam sicci quidam flosculi citissimè exarescant ac desidãt,
Certè apud Onirocritas cucurbita spes inanes præsagit, vtpotè
quæ cùm vẽtricosam admodum speciem præ se ferat, multúm-
que identidẽ nutrimenti polliceri videatur, illud tamen tenue,
& nisi condimento aliquo iuuetur, egregiè fatuum est, vt refert
Pierius lib. 58. Eodem planè modo, sese habent Thrasones illi,
fortunæ suæ momentaneæ iactores, vel qui secundis ventis
plus æquo turgescunt, neque aduertunt seueriſsimã illam Ne-
mesim, quæ de superbis & fastuosis vindictam sumit. Id apertis
verbis Pausaniæ, Simonides ab eodem conuiuio lautissimè ex-
ceptus significauit. Rogatus enim vt quidpiã ex arcanis Philo-
sophiæ adferret in medium, vidénsque Pausaniam rebus suis
nimium fidere, dixit: Memineris te in tanto rerum successu ho-
minem esse. At quæ esset verbi huius vis, quodque pondus, pa-
rũ vidit Pausanias. Itaque cùm ipse iam in summo vitæ diseri-
mine constitutus, mortem sibi impẽdere intelligeret, exclamas-
se fertur: Quàm inani persuasione deceptus eram, qui Cœi ho-
spitis saluberrimum consilium ad me pertinere non putabam:
vnde nunc miserè perire cogor. Rectè Philippus Macedo, qui
ne felicitate nimiè se efferret, ex pueris aulicis vni id muneris
demandauit, vt summo mane cubiculum ingressus pronuncia-
ret, ἀνθρωπε ἄ φίλιππε. cuius rei faciendæ occasionẽ fortasse
dederat Archidamus Agesilai filius, qui cũ à Philippo post par-
tam victoriam ad Cheronæam acerbas & minarum plenas lite-
ras accepisset, huic respondit: Si metieris vmbram tuam, Phi-
lippe,

In eos qui ob prospe-
ros successus intu-
mescunt.

Cucurbita quid all-
goricè.

Pausaniæ insolens.

Philipus Macedo ex insolen-
ti moderatus.

Ayuntamiento de Madrid

lippe, haud quanquã reperies illam factam maiorẽ, quàm erat ante victoriam. Aliud, sed vitæ priuatæ apponam exemplum in Mena liberto Pompeij, quem insectatur Horatius Epod. 4. Oda Hũc populus indignabũdus Romanos ludosè primis quatuordecim ordinibus spectantem, nuper seruum, nec modò sæpe vinctum, sed & verberatum Ibericis funibus, durisque cõpectibus perusta latera cruraque habentem; quod etiam grauius est magni alicuius delicti causa seruilibus affectum flagris: modò repentéque liberum, opulentum, superbum, delicatum, præfectum classi aduersus piratas. Carmen Horatianũ quia sit in omnium manibus, facilè prætermitto. Interea tamen ad hunc locum multa obseruari facilè possunt; primùm, eos longè arrogantiores esse, qui nuper diuites euaserunt, quàm qui in amplo patrimonio educati opes & fortunas acceperunt à maioribus, quod notat Aristot. secundo de arte dicendi. Deinde sæpenumero fieri, vt diuitiæ mentem perstringant, vt hominem insolentẽ reddant: quamobrem noster Flaccus, *Stultitiam patiuntur opes*. & Publij mimus. Fortuna quẽ nimiùm fouet, stultum facit, vt Cicero de amicitia dicit, nihil quicquam insipiente fortunato intolerabilius; adeò verum est quod multorum est in ore, fortunam non solùm ipsam esse cæcam, sed etiam eos quos amplexatur cæcos efficere, Sallust. Res secundæ animum etiam sapientum fatigant. Virgil. 10. Æneid.

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Idem Ouid. 1. artis:

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Adhæc non posse non indignari viros bonos & cordatos aliquos, cùm vidẽt abiectos, viles, improbos in altum prouehi, opibus & honoribus augeri, potentiam consequi, qua tamen indigni sunt, Iuuenalis satyra prima:

Patritios omnes opibus cùm prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat,
Cùm pars Niliacæ plebis, cùm verna Canopi
Crispinus, Tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ,
Difficile est Satyram non scribere. sequitur,
Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira, &c.

Sed in summa, ferè fit vt cùm fortuna ita blanditur, capiat, veniat: quod subinde debemus meminisse ne opprimamur

Ayuntamiento de Madrid

cauti, nam fallacia sunt & caduca quæcunque à fortuna pendent, opes, diuitiæ, honores, clientelæ, magistratus, potentiæ; affluunt subitò, repentè dilabuntur, nullo in loco stabili nixa radice consistunt: sed incerto flatu huc atque illuc acta, quos extulerunt in sublime, decursu improuiso destitutos miserrimè immergunt. Seiani fatum atrocissimum mihi occurrit, sed quia iam alio loco adductum memini, facilè transilio. Venit in mentem quod Dion retulit de Narcisso quodam liberto Claudij Cæsaris. Cùm expeditionem Britannicã legiones detrectarent, nec duci militiæ Plantio, laudato viro, parere vellent; Narcissus ab Imperatore missus suggestum conscendit, verbaq; facturus pro concione ad milites, prohibitus est omnium acclamationibus, vsurpato etiam in eum diuerbio, Io Saturnalia, quia in Saturnalibus serui herili cultu induti epulari consueuerant. Hoc autem dicterium nonnunquã in eos torquebatur qui suæ conditionis immemores, insolescebant. Non est igitur prudentis ob fortunæ successum intumescere, sed opus habet vt se propriis non externis bonis metiatur. Et quidem rectè præcipere videntur, qui monent, vt quantò superiores sumus, tantò nos summissiùs geramus: timenda est enim vel maximè fortunæ volubilitas, quæ tantùm constans est in leuitate sua, vt Naso ait.

Aëriam.] Editissimam, altissimam; vt Virgil. in 1. Ecloga:

Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

Et 3. —*Notaui*

Ipse locum aëriæ quò congessere palumbes.

Aëriam propter.] i. propè aëriam pinum. Terent. Adelphis: Hic, propter hunc assiste. M. Tul. in Pisonem: Hic vir clarissimus qui propter te sedet, L. Gellius, &c. Ouid. 8. Metamorph.

Propter humum volitat, ponitq; in sepibus oua.

De perdice loquitur.

Ayuntamiento de Madrid

Ex damno alterius, alterius vtilitas.

EMBLEMA CXXV.

Dvm sæuis ruerent in mutua vulnera telis,
Vngue leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultur spectatum, & prandia captat:
Gloria victoris, præda futura sua est.

Fons Emblematis.

HOc petitum constat è Gabriæ apologis, sic enim est in stichon Senariis Iambicis:

Λέων μάχλω ἐστυδὲ πρός ποτε κάπρῳ,
Γύπες δ' ἀΰσθην ἐσκέπτοντο τὼ ἔριν,
Βρῶσιν ἢ κτ]ηδέντα πεῖσαι τάχα.
Φίλοις δ' ἐρῶντες ἠντέχεω τῶν ἐλπίδων.

Quos sic vtcumque reddidimus:

In aprum leo certare quandoque ausus est,
Quos longè spectabant lite mota vultures,

Ayuntamiento de Madrid

Qui vinceretur vt vorarent: attamen
Iis tandem amicis tota spes prædæ excidit.

Principum Christianorum rixis auctum est Turcicum imperium.

Susceptum tamē id videtur speciatim in Principes Christianos, qui cum inter se non longè antè decertarent, Solimannus Turca quasi spectatorem agens, suam non parum ditionem auxit, & in Germaniam irrupit, magna & ingenti totius Reip. Christianæ calamitate & damno. Quod Georgius Sabinus hoc hexasticho persecutus est:

Mutua discordes faciebant prælia turdi,
Acris & altitibus pugna duobus erat.
Vidit vt amborum prædo certamina Nisus,
Vnguibus, & rostro dilaniauit aues.
Sic modo dum faciunt discordes prælia reges,
Turcicus Europæ diripit hostis opes.

Ciuili bello nihil exitiosius.

Ex quo facilè intelligimus, quantum mali afferat intestinū dissidium non modò ciuitatibus, sed & imperiis tum labefactandis, tum etiam euertendis. Nihil enim ciuili bello periculosius esse potest, nimirùm quòd hosti externo non paruas addat vires. Hic ego non incommodè referam ex Iustini 8. historiam nobilem de Philippo Macedone, qui se vulturem præstitit in dissidio duorum Thraciæ regum. Sic enim Iustinus: Fortè euenit vt Philippum fratres duo reges Thraciæ, non contemplatione iustitiæ, sed inuicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligerent. Sed Philippus more ingenij sui, ad iudicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu, superuenit, regno vtrumque non iudicis more, sed fraude latronis ac scelere spoliauit. Incidi aliquando in eam, quam de iis belli temporibus Elegiam Christianam scripsit Franc. Franchinus, homo Italus, eámque adiicere non puaui alienum, neque ingratum studiosis. Sic ergo:

Gallia cui paret, cui paret Bætica tellus,
Iam conferre manum Marte furente parant:
Támque animis, & tam concurrunt fortibus armis,
Turbidus vt iamiam sanguine Sabis eat.
Et tamen amborum ceruicibus imminet hostis
Thracius, in pharetris acer, & acer equis.
Qui maius nil mente petit, nil voce precatur,
Quàm semel vt pugnent hi duo Marte pari.
Sperat enim nostris confractis viribus, omnem
Europam paruo posse labore premi.

Ayuntamiento de Madrid

Ne, Reges, ne tantæ animis discordibus iræ,
Ne gerite hostili bella petita prece.
Illius in vires & pectora vertite ferrum,
Sternere qui telis ardet vtrumque suis.
Roma rogat, Paulúsque rogat, datque arma, dat aurum
Paulus, & ad tantæ præmia laudis opem.
Tu Deus, ex alto qui prospicis omnia cœlo,
Quique vides, maneat quanta ruina tuos,
Consule militibus sacris, & consule templis:
His ducibus prohibe bella cruenta geri.
Hi pietate graues, duo sunt hi lumina pacis:
Hi duo sunt belli fulmina, magne pater.
Infer te medium, liquidis da nubibus imbres,
Fac rapidum tumidis flumen inundet aquis.
E castris ambósque iube discedere ab armis,
Coge domum armipotens alter & alter eat:
Séque putet neutor victum, sed tacitet vterque
Victorem populus se reduísse suis.

Dente timendus aper.] Sic Martial. lib. 13.

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum,

Et Ouid. in Epist.

——Obliquo dente timendus aper.

Idem loco alio:

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Martialis:

Fulmineo spumantis apri sum dente petita.

Constat apros cum ira feruent, dentibus vrere, in iisque aliqu igneum contineri, vt testatur Xenophon in Gynegetico.

Prandia captat.] Captare prandia, est hic, ni fallor, prædam pectare: quod explicat sequenti disticho, nisi tamen captare, tiorem quendam sensum habeat, vt apud Iureconsultos; quos captare propriè dicitur qui dolis & illectamentis dam aucupatur lucrum. Sic hereditatem captare dixit Vlp pro eo quod dicimus, artificiosè niti structisque technis, v præter defuncti voluntatem corrodamus, l. 1. D. si quis alic test. Et votum captandæ mortis, ardens ille affectus est quo grant iniusti quidam homines, ex morte alterius lucrum pollicentes, vitæque insidias alij parantes, l. de fideicomm Cod. de transact. Martialis hoc verbum ita vsurpauit vt prop ita lepidè:

Ayuntamiento de Madrid

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam:
Tu captas alias: iam sumus ergo pares.

Idem alio loco:

Dum me captares mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.

Bonis auspiciis incipiendum.

EMBLEMA CXXVI.

AVSPICIIS res cœpta malis, bene cedere nescit.
Fœlici quæ sunt omine facta, iuuant.
Quidquid agis, mustela tibi si occurrat, omitte:
Signa malæ hæc sortis bestia praua gerit.

SOphoclis illud citatur à Plutarcho, lib. De Poëtis audiendis:

Ayuntamiento de Madrid

Optima principia quid præstent.

Ἔργου δὲ παντὸς ἥντις ἀρχήται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς ἐσθλὰς ἐσ' ὅτως ἴσχειν.
Quicumque rem recta ratione inceperit,
Bonum illius certò sperabis exitum.

Οὐ γὰρ εἶόν τι, ait Polybius, τὸ τέλειος τυγχάνειν, μὴ οὐ τῆς ἀρχῆς ὀρθῶς ἀντεχομένους: Minimè enim fieri potest, vt finem ritè consequatur, qui de principio non rectè primùm conieçerit atque cogitarit. Tantam vim dicunt inesse bonis fauſtisque negotiorum susci-piendorum principiis, vt ea vix bene cadere possint quæ infeli-initium sortiuntur. Et sanè omina diligenter aduertenda esse graues nec pœnitendi auctores censuerunt. Rectè quidem à prouidè, modò absit superstitiosa illa & inutilis obseruatio, qu humanos animos terrore nescio quo afficit & torquet. Nam in re aliqua susçipienda non parum conducit fauſtum felix principium, quandoquidem vel Poëta teste,

Facti dimidium qui bene cœpit habet:

Ita non parum adfert impedimenti, aut etiam incommodi, si malo, vel inerti, aut etiam flagitioso principio negotiũ or-

Mustelam occurrere.

ris: tum enim mustelam. i. omen habere inauspicatum dicim cùm flagitij alicuius à nobis perpetrati, necdum expiati purg tiq; animo obrepit siniſtra quædam cogitatio, quę intimã c scientiam verberet atque lancinet: quo fit vt frigidius & ig uiùs rem alioqui magnam auspiceris. Rectè Aiax apud Hom-

Aiax qualis apud Homer.

rum, qui Deos inuocat sese ad arma componens, neque e purat sibi felicius rei bene gerendæ auspicium capere p quàm ab inuocatione numinis. Cur poëticũ illud, vt vere f losophicum celebratur, ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα: &, *Ab Ioue princip*

Sacrum carmen precationis.

Musæ? Cur Romani suorum consiliorum & Senatus habẽd cebant initium à sacro illo precationis carmine, cuius tam pè mentio est apud scriptores? Sed & in delectu militum ind vt legionibus conscribendis, operam dabant, vt qui primus caretur, auspicatum nomen afferret. Neque verò ad vtram confirmandam partem (eorum nempè qui omina & auspica neglexerint vel obseruarint) multis verbis opus est. Exem quis euoluere velit, petat à Valerio Max. lib. 1. c. 4. Non so ait Cic. 1. De diuinat. deorum voces Pythagorei obserua etiam hominum quæ vocãt omina. Quæ maiores nostri valere cẽsebant, ideircò omnibus rebus agẽdis, QVOD NVM, FAVSTVM, FELIX, FORTVNATVMQVE SIT præfabantur: rebúsq; diuinis, quæ publicè fierent, vt

VERI

VERENT LINGVIS, imperabatur: inque feriis imperādis, vt litibus & iurgiis se abstinerent. Itémque in lustranda colonia, ab eo qui eam deduceret: & cùm Imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu consules obseruant, vt primus miles fiat bono omine. Celebre est quod retulit Cedrenus, Græcus auctor, de Persis, apud quos sollemne fuit de nulla re graui & seria quicquam statuere priùs, eámque auspicari, quàm oratio & colloquium religiosè haberetur.

Mustela tibi si occurrat.] Occursum mustelæ ominosum fuisse tradunt auctores. Vnde nunc etiam apud quasdam nationes infelix habetur omen, si cùm paratur venatio, aliquis mustelam nominat: cuius etiam occursus vulgò est inauspicatus habitus. Eadem picta infortunium significabat: animal enim putabatur infaustum esse, malique præsagij, iisque maximè, quorum domos habitet. Dicitur enim insidiari domesticis animalibus, præsertimque altilibus, eásque ad interneccionem vsque persequi, ait Pier. li. 13. idémque occursum pleriſque religiosum haberi dicit. Adhæc in negotiis obeundis vel nomen ipsum, vtpote efficaciæ contrarium, multos remorari. Lege prouerb. Mustelam habes. Occursus mustelæ.

Ayuntamiento de Madrid

Nihil reliqui.

EMBLEMA CXXVII.

SCILICET hoc deerat post tot mala, denique ni
Locustæ vt raperent quicquid inesset agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atylæ, castráve Xerxis erant.
Hæ fœnum, milium, farra omnia consumpserunt.
Spes & in angusto est. stant nisi vota super.

PAulùm immorabor in illustranda huius Emblematis grapha, antequam veniam ad explicationem carminis. hil reliqui itaque, prouerb. olet, ei simile quod vsurpauit stides, ἐν λόγῳ περὶ τοῦ παραφθέγματος. οὐδέν ἐστι οὖσι, Nihil plius. Sed hæc oratoris verba, vbi de Nestore: τὸ λεγόμενον σοντι, οὐδέν ἐστι ἀνὴρ ὃς τοῦτο τοῦ γήρως: iuxta id quod dici

nihil amplius exsisteret præ senio. Cui conuenit illud, Præter plorare nihil: quod Horat. in Satyris, & M. Tullius vsurparunt. Hæc satis, nunc ad carmen.

Deflet horribilē quandam calamitatem, qua fuit effecta Insubrū Longobardia circa annum, vt conijcere facile est, 1541. Eleuata enim nube locustæ ex aëre dicuntur cecidisse, quæ legumina, herbas, & grana fermè omnia depastæ, induxerunt famem, & quorundam desperationem, quòd post tot tantáque infortunia nihil esset relictum. Habebant digiti longitudinem, turgida capita, ventres obesos, & sanie refertos. Itaque extinctæ intolerabili fœtore aërem corruperunt, vt etiam corui, cornices, accipitres, aliaque aues cadaueribus alioqui inhiantes ferre nequiuerint: quod colligimus ex Commentariis eorum qui nostri temporis historiam congesserunt. Iidémque tradunt, in regionibus Poloniæ regno finitimis incredibilem fuisse eiusmodi animalculorum multitudinem: nullas primò alas habuisse, sed magnos dedisse saltus: paulo pòst quatuor adeptas, tantoque numero conuolasse, vt duo miliaria in longum & latum cubito tenus ita occuparent, vt ipsius quoque splendorem Solis à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent: vnde colligere est facillimum, rebus humi nascentibus damna innumerabilia inde subsecuta esse, quæ ad radices vsque omnia depastæ essent. Cùm verò succreuissent alæ, erant digiti humani magnitudine, tùmque in fruges atrociùs grassabantur. Cæterùm hæ neque vi, neque industria alia propulsari potuere. Hoc autem ei simile est, quòd habetur Exod. 10. & apud Ioseph. lib. Antiquitatum 2. cap. 13. Locustarum etiam in Africa multitudinem prodigij similem fuisse tradit August. in lib. de Ciuitate Dei tertio, cap. vltimo, cùm iam populi Romani prouincia esset. Consumptis enim fructibus & foliis lignorum, ingenti nube in mare dicunt esse deiectam: qua mortua, secuta est aëris corruptio, quæ tantam aduexit pestilentiam, vt in solo Masinissæ regno octingenta hominum millia periisse referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis. hæc ille. De Locusta ita scribit D. Ambrosius lib. 5. Hexaëmer. c. 24. Vsque ad locustam, ait, quoque gratia diuina penetrauit, quæ cùm agmine conferto regionis cuiusque occupauerit latitudinem, innoxio primùm fertur habitaculo, nec fructus inhospitali incursione depascitur, nisi diuinæ signum præceptionis acceperit. Etenim sicut in Exodo legimus, ea quoque cælestis vltionem offensionis exequitur, piæ ministra vindictæ. Hanc quoque

Historia de locustis.

Ayuntamiento de Madrid

auis deuorat Seleucis. Si enim Græco hæc auis nuncupatu nomine, data ad remedium malorum, quæ locusta consueu inferre, cui creator inexplebilem dedit deuorandi naturam, v insatiabili pastu plagam suam possit extinguere: hæc Ambros Hertmanus Schedel in Chronic. de damnis ab eodem animā lium genere illatis ita cōmeminit: Lotharij Imperatoris tem pore, ait, à Carolo Magno tertij, locustæ innumerabiles ser al habentes & dentes duos lapide duriores in Gallia, veluti nu terram operuerunt: herbas, segetes & arbores, ac vniuersa vir ditatem habentia deuastarunt. Tandem proiectæ in mare, ad littora in terram eiectæ, secuta est magna putrefactio: & in de mortalitatem magnam, aërem inficientes, generalémq hominum interitum suscitarunt. Idem auctor hac de re sic al bi scriptum reliquit: Tempore Caroli Burgundinonum Duc filij Philippi optimi, locustæ per Italiam vagatæ, Brixiæ agru deuastarunt, cum in Brixiano agro in maxima multudine al uolarunt: quæ Brixianis & Mantuanis maximum damnum in tulerunt. Quibus nisi Ludouici Mātuani Principis solicitu obstitisset, fata quoque in tota Lombardia corrosissent. Earu etiam meminere Imperatores in l. 18. C. De loc. & cond. Exc pto, aiunt, tempore, quo edaci locustarum pernicie sterilita vitium interceslit, sequentis temporis fructus, quos tibi iur præteritam consuetudinem deberi constiterit, reddi tibi Pr uinciæ Præses iubebit. Locustam depinxit Claudianus in Ep grammat.

Horret apex capitis, medio fera lumina surgunt
Vertice, cognatus dorso duresćit amictus.
Armauit natura cutem, dumique rubentes
Cuspidibus paruis multis acuēre rubores.

Arist. 3. Rhetor. ex Stesichoro prouerb. vsurpauit, Cicadæ qu eos humi canent. οἷον ἔστις λέγοι ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκρῶ πον, ὅτι δὲ ὑβριστὰς ἔναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ἄδω vt si quis dicat id quod Stesichorus in Locris extulit, non opo tere conuiciari, ne cicadæ humi canant. Voluit poëta vastat nem rerum omnium, ruinámque extremam intelligere, ad vt non ædificia modò, sed ne arbores quidem stantes relinq tur, omniáque solo æquentur, vt cicadę nihil habeant quo sideant. Hoc inde ductum quòd cicadæ arbustis maximè g deant. Exemplum est comminationis, quo significatur cu arbusta succisum iri stirpitus ab hostibus, ita vt sic truncis stipitibus cicadæ necessariò cogantur humi cantillare. Ap

Ayuntamiento de Madrid

Theocritum, puella depastrix alieni patrimonij πολυφαγία μαίνις appellatur, id est locusta, quę messem intercipiat. Multa autem veteribus prodita remedia arcendis locustis, si vacat, lege apud Cassium Dionys. de Agricultura lib. 13. cap. 1.

Euro.] Eurus ventus est Orientalis calidus.

Tendere turmas.] Ab exercitu allegoria.

Atylæ.

Atylæ.] Atyla Princeps ex Scytharum genere, qui post subactam Pannoniam, Aquileiam deleuit, & in Germaniam transiens multa vastauit: eius exercitus armatorum fuit 500000. cui dux Romanorum Ætius, & Theodoricus Hispanicorum Gothorum rex fortiter in campis Catalaunicis occurrerunt; vbi commisso prœlio 180000. vtrimque cæsa sunt Hunnis victis. Paucis verò interiectis annis, Ætię, deinde Valentiniani audita cæde rediit infestior, Aquileiáque deleta Romam properabat, sed Leonis Pontificis Romani precibus delinitus, dum nouis intentus esset nuptiis, vino nimio obrutus, effusa è naribus sanguinis copia, est suffocatus.

Xerxes.

Xerxis erant.] Xerxes rex Persarum, Darij filius, in Græcos dimicaturus, habuit de regno suo septingenta millia: de auxiliis trecenta: rostratas naues mille & ducentas: onerarias, ad tria millia: in quibus fuerunt hominum myriades 23. terrestris autem exercitus fuerunt centum & septuaginta myriades, equitum octo. Claudian. 2. in Rufinum:

Haud aliter Xerxem toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,
Et telis vmbrasse diem, cùm classibus iret
Per scopulos, tectúmque pedes contemneret æquor.

Herodotus lib. 7. Lege Iustinum lib. 2. & Plutarch. initio libri, cui Parallela nomen fecit.

Farra omnia.] Rei difficultates; spondiacum fecit: priores editiones non, farra omnia, sed, corda omnia, elegantius habebant. Corda autem non à voce, cor cordis, sed à cordum cordi, quod est secundum fœnum post messionem primam germinans, vt ex Plinio liquet cap. 28. lib. 18.

Spes & in angusto est.] Restat desperatio. Videtur Meraphora à captiuis.

Stant nisi vota super.] Id est, nil nisi vota supersunt, vt habet Ouid. lib. 1. Trist. Elegia 2. Hic enim notanda Tmesis, & Anastrophe.

Malè

Malè parta malè dilabuntur.

EMBLEMA CXXVIII.

Miluus edax, nimiæ quam nauſea torſerat eſca,
Hei mihi, mater, ait, viſcera ab ore fluunt.
Illa autem, quid fles? cur hæc tua viſcera credas,
Qui rapto viuens ſola aliena vomis?

Emblematis typus.

TEtraſtichon hoc paucis commutatis mutuatus eſt ex Babriæ apologo, quod ſic habet:

Βοὸς φαγὼν πᾶς ἐς ἰατρὸν ἔκατα,
Ὦ μοι κακκλην', ὡς σπλάγχνα, μῆτερ, ἐγχέω.
Ἡ δ' αὖ γελάσα, μὴ φόβου τινὰ ἔφυ,
Τῶν σῶν γὰρ ἐδέν, ἀλλ' ἐμὰς † ἀλλοτρίων. id eſt,

ἀλλότριον.

Puer die feſto bouis cùm viſcera

Voraſſet, Hei mater, clamat, mea effluunt.
Inteſtina. at ridens ait, Fili, haud time,
Nam non tua hæc ſunt, ſola at aliena vomis.

Dicitur in eos, qui quæ rapto & fraude congeſſerunt, ægrè perdunt, ac ſi ſua eſſent. Proculdubiò nó abs re dictum eſt à Chryſoſtomo, Pauca malè parta, multa bene comparata perdere: vt & Plautus (vnde eſt Emblematis titulus) *Malè parta malè dilabi.* In furaces & raptores,

Hoc ſi veniret aliquando in mentem iis qui tam impensè animo ſecum agitant, vt faciendi lucri rationem conquirant, huc & illuc pecunias corradant, nec interea vnde habeant curant: aut certè timerēt, ne amittendi alea fortaſſe aliquando impotētiùs cruciarentur: aut ne iuſtam in ſe numinis iram prouocarēt: aut ſaltem cogitarent, quàm hæc fluxa ſint, quámque fragilia ea fortunæ bona, quorum habendorum cauſa tot tantiſque curis diſtringuntur. Celebratum eſt iam olim doctorum hominum vocibus: Diuitem aut iniquum, aut iniqui hæredem: quod dictū eſſe ſuſpicor in eos tantùm, qui quicquid omninò auidè cupiunt, iure vel iniuria congerunt. Quî verò fieri poteſt, vt opum facultatumque tam expedita faciliſque, & penè momentanea, vt ita loquar, adeptio, conquiſitio, poſſeſſio, iuſta eſſe & legitima cenſeri debeat? Iuuenalis optimè:

——— *diues qui fieri vult,*
Et citò vult fieri; ſed quæ reuerentia legum?
Qui metus aut pudor eſt vnquam properantis auari?

His itaque violentis & iniquis harpyiis, id eſt furacibus hominibus, ſi quid aduerſa fortuna detrahat, aut alius quidam caſus eripiat (quod nonnunquam ſolet accidere) iacturam hanc non tam moleſtè ferre debent, quàm certè boni quique & honeſti viri in lucro eſſe deputarent, benéque cum mortalium rebus actum eſſe non tam grauatè dicerent, ſi quæ iniuſtè poſſederūt iniqui illi captatores, ad veros tandem poſſeſſores redirent. Eo de genere furum ſunt plerique forēſes rabulæ, atque importuni lycophantæ, & maximè ærario publico nonnunquam præfecti, qui æquiſſima numinis vltione, aduerſa reflāte fortuna, plerumque ſumptus faciunt, quos nunquam putaſſent: & ſæpenumerò citius quàm vellent, euomunt quod concoquere non potuerunt. Id etiam vulgò tritum,

De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.

Porrò Cicer. Philipp. 2. vſurpauit hoc Adagium Plautinum, tranſtulitque in Antonij rapacitatem & ingluuiem, his verbis: At quàm inſolenter ſtatim helluo inuaſit in eius viri (Pompeium

Ayuntamiento de Madrid

peium intelligit) fortunas, cuius virtute terribilior erat popu
lus Romanus exteris gentibus, iustitia charior? In eius igitu
copias cùm se subitò ingurgitasset, exultabat gaudio, perfun
de mimo modò egens, repentè dives: sed vt apud Poëtam no
scio quem, Malè parta malè dilabuntur, incredibile ac simi
portenti est, quonam modo ille tam multa, quàm paucis no
dico mensibus, sed diebus effuderit. Fortasse & huc referri po
test illud Democriti, πλέτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περιγινόμε
νον ἐπὶ πονηρὸν τὸ τέλος ἔχει. & Hesiodus, mala lucra dam
nis esse simillima cecinit:

κακὰ κέρδεα ἴσα ἄτῃσι.

Contrà laudat, χρήματα ἐχέφρακτα, quæque sunt διδακτὰ
Sed præstat audire Euripidem:

Ἀ δίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ', ἢν βέλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν. τὰ δ' ἀδίκως
οἰκοῦντες ἐκλείπουσ' ἐκ ἴσχ σωτηρίαν. id est,

Ne compares iniustè villas opes, quas velis tibi esse diuturn
quicquid enim iniquè domi cumularis, saluũ esse minimè p
test. Adhæc non prætermittam (quod attinet ad carminis ex
rationem) Miluum in Hieroglyphicis locupletem designar
rapacem: quod in Phædone significat Socrates, cùm eos hom
nes qui auaritiæ studuissent, & ad imbecilliorum expilation
& rapinas parati ac semper prompti fuissent, in miluos & lu
conuerti ait. Sed & in sacris Miluus pro prædone ac grassa
accipitur. Pier. lib. 17. Hieroglyph.

Viscera, diuitiæ. *Quem nausea torserat.*] Qui præ ingluuie vomebat.

Viscera ab ore fluunt.] Viscera sunt diuitiæ: vnde Penel
Ouidiana:

Viscera nostra tuæ diripiuntur opes.

Et vulgariter dicitur apud nostrates, Eum qui suum perdid
sum perdere: vel, Qui censum perdit, perinde videri, ac si
profundere. Sunt enim χρήματα ἡ ψυχὴ ἡ ἐμὴ βροτοῖς, vt
quodam Græco Epigrammate. Cicero pro Quintio: non po
niam modò, verùm etiam hominis propinqui sanguinem
támque eripere conatur.

Ayuntamiento de Madrid

Semper præsto esse infortunia.

EMBLEMA CXXIX.

Ludebant parili tres olim ætate puellæ
Sortibus, ad Stygias quæ prior iret aquas.
At cui iactato male cesserat alea talo,
Ridebat sortis cæca puella suæ:
Cùm subito icta caput labente est mortua tecto,
Solvit & audacis debita fata ioci:
" *Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in*
" *Faustis, nec precibus, nec locus est manui.*

APologum hunc in primo Epigrammatum Græcorum reperi, de tribus puellis alea iacta inquirentibus, quænam prior

Ayuntamiento de Madrid

prior fato conceſſura eſſet: quę verò ſortem iactam viderat h
mortem portendere, riſu neglexit, cùm ſtatim tegula in ca
lapſa riſui finē dedit, quod ſignificat Adagium, Mala vel inu

Mala veniunt etiã nõ vocata.

cata veniunt: illúdque apud Græcos vulgatũ, δύσμενσι τὰ δὲ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ καὶ μὴ δύσμενσι: hoc eſt, Mala etiam non quærentibus obtingunt, bona vix accedunt eti quærentibus. Idem reſpondit Diogenes rogatus, quid de h minum ſorte ſentiret: Miſeram & infortunatam hominum co ditionem eſſe dixit, cùm bona quærentibus vix obtingant, dant autem infortunia, non tantùm non quæſita, ſed præte mnem expectationem. Plautus Moſtellaria:

——— *Vnum hoc ſcito, nimio celerius*
Venire quod moleſtum eſt, quàm id quod cupide petas.

Character emblematis.

Græcum Epigramma eiuſmodi eſt, in titulo εἰς δυσπραγίαν.

Αἱ τρίσσαι ποτὲ παῖδες ἐν ἀλλήλησιν ἔπαιζον
Κλήρῳ, τίς προτέρη βήσεται εἰς ἀΐδλω.
Καὶ τρὶς μὲν χειρῶν ἕλαχον νύβον ἠλίθε δὲ πασέων,
Ε'ς μίαν, ἡ δ' ἰγέλα κλῆρον ὀφελόμενον.
Ε'κ τέγεω δ' ἄρ' ἄελπτον ἀπωλίδησι πέσημα.
Δύμορφ', εἰς ἀΐδλω δ' ἤλυθον, ὡς ἔλαχον.
Α'ψυδὴς ὁ κλῆρ' ὅτῳ κακὸν, εἰς δὲ τὸ λῷον
Οὔτ' ἀνχὰ δυστοῖς δύσχολ, ὅτε χέρ.

Aleæ ludo vitahominis compara ta.

Cæterùm Socrates aleæ ludo humanam vitam compara πεττείαν τινὶ ἐοικεν ὁ βίος, καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφον τινὰ τιθέναι βαῖνον. ἃ γὰρ ἐστὶν ἄνωθεν βαλεῖν, ἐδὲ θεῖναι τὴν ψῆφον, Alex similis eſt vita, & quicquid euenit, veluti quandam teſſeri ponere oportet. Non enim denuò iacere licet, neque teſſ aliter ponere. Cui & conuenit illud Terentij in Adelphis:

Sic in vita eſt hominum, quaſi cùm ludas teſſeris:
Si illud quod eſt maximè opus, iactu non cadit,
Illud quod cecidit ſorte, id arte vt corrigas.

Modeſtia decet vel maximè fortunatos.

Huc fortè non incommodè transferes illud Demoſt
ὅσῳν ἀνθρώπων, ὅταν βελτίστη τῇ παρούσῃ τύχῃ χρῶνται πλεῖστ' ἐπὶ σπουδὴν πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἔχῃ. ὅδ' ἐν γὰρ ὅτι φυλα νοις ὅτῳ δεινὸν ὡς ἀφύλακτον εἶναι, ὅτι ὀλιγωρῶσιν, ἀπρεπ παθεῖν.

id eſt, Proborum hominum officium eſt, cùm fortuna maximè proſpera, tum ſummũ habere modeſtiæ ſtudium que enim quicquam tam formidabile, quin vigilãtia præ ri, neque vllum malum eſt, quin oſcitantibus euenire po

Styx.

Ad Stygias aquas.] Id eſt, ad mortem. Styx inferorum

Ayuntamiento de Madrid

per quem veteres putabant animas transire post mortem. Lactant.lib.1.c.11. Hanc phrasim mutuatus est ex Martiale:Nam in primo sic 79.epigr.

Decrevit Stygios festus adire lacus.

Idem 102.

Nec prius ad Stygias famulus descenderat vmbras. & dein,
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

Mox 105.

Et Stygias æquum fuerat patrem isse sub vmbras.

Libro etiam 4.73.

Et iam per Stygias esset iturus aquas.

Denique vndecimo lib.85.

Qui nondum Stygias descendere quærit ad vndas.

Cæca sortis.]Ignara exitij futuri.

Tecto.]Tegula.

Rebus in aduersis mala.]Prudens quisque omnia quæ sibi speranda sunt,non in meliora, sed in peiora constituat : vt si quid præter spem accidat,id tanquam lucrum repetet,vt monet Comicus.Ouid.4.De Ponto:

Tu quoque fac timeas;& quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris,fieri tristia posse puta.

Ayuntamiento de Madrid

Remedia in arduo, mala in prono esse.

EMBLEMA CXXX.

ÆTHEREIS *postquàm deiecit sedibus Aten*
Iupiter, heu, vexat quàm mala noxa viros!
Euolat hæc pedibus celer & pernicibus alis,
Intactumq́, nihil casibus esse sinit.
Ergo Litæ proles Iouis, hanc comitantur euntem,
Sarturæ quidquid fecerit illa mali.
Sed quia segnipedes, luscæ, lassæq́, senectæ,
Nil nisi post longo tempore restituunt.

Titulus Emblematis vndè dictus.

GEneralis ea thesis, præfixa Emblemati, ad quaſcunque humanas calamitates & incommoda poteſt accommodari, eáque, niſi fallor, paroemia eſt medicis familiaris. Eam confirmat placet cum aurea illa Nazarij ſententia, ex Panegyrico quo Cæſari Conſtantino dixit: Facilior, inquit, & multo procliuior lædendi quàm commodandi ſemper eſt via: vulnerare [illegible]

grũ,quàm ſauciato mederi:diſſipare rapta, quàm diuulſa componere.

Aetherijs.]Homerus Iliad. 1. Aten Deam fingit,mortales variis implicantem anguſtiis & perturbationibus, eorumq; mentes ſeducentem, variiſque opinionum monſtris afficientem:ad quæ mala ſarcienda placandáque Litæ Iouis filiæ opponuntur, quæ tamen non ſtatim poſſunt inſtaurare atque componere, quod ab ea motum atque diſſectum fuit:ſed id longo temporis interuallo fieri ait,vtpotè quæ ſint luſcæ, tardis pedibus, & ſenio confectæ. Verſus Homericos huc adiiciemus: Ate Homerica. Litæ.

Καὶ γὰ τε λιτὰὶ εἰσὶ Διὸς κῦρα μεγάλοιο,
Χωλαί τε ῥυσαίτε,παραβλῶπες τ' ὀφθαλμώ.
Αἱ ῥά τε κμετόπισθεν ἄτης ἀλέγουσι κιόσαι.
Η δ' ἄτη ὀθυνερήτε καὶ ἀρτίπος,οὕνεκα πᾶσαι
Πολλὸν ὕπερθε προθέουσ',φθάνουσι δὲ τε πᾶσαο ἐπ' ἄρουρα
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους,αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω.
Ος μὲν τ' αἰδέσεται κούρας Διὸς ἀσσον ἰόσας,
Τὸν δὲ μέγ' ὄνησαν,καὶ τ' ἐκλυεν εὐχομένοιο.
Ος δὲ κ' ἀνήτας,καὶ τε στερεῶς ἀπόσπα,
Λίσσονται δ' ἄρα ταγε Δία προνίσσω κιῦσαι,
Τῶ ἄτλω ἅμ' ἑπεσθαι,ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ. hoc eſt,

Namque Litæ ſoboles magni Iouis,& pede claudo,
Rugoſæ,obliquoque oculo,medeantur vt illi,
Aten ſectentur,celeri peruertitur omnes
Illa gradu,& paſsim damnum mortalibus affert.
Hæc verò actutum ſarturæ damna ſequuntur,
Conciliantq; ſuis cultoribus optima ſemper.
At ſi quis reicit præfractè,ac perneget illis,
Tunc adito Ioue patre,precantur,vt ilicet Ate
Huic adſit,pœnaſq; ſuo det denique damno.

Eiuſdem Ate etiam meminit Iliad. 7. quo loco Iupiter in eam confert,quòd eſſet deceptus à Iunone: Illam enim ea cauſa capillis arreptam in terras præcipitem dedit,indixitq; ne vnquam rediret in cælitum cõtubernium. Hoc quidem ſignificatur, aduerſa quæque ſtatim & ex improuiſo impetere,tardè autem recedere:illud enim eſt quod Gallorum vulgus ait, Mala & ægritudines in equis accedere,ſed pedibus & lento gradu recedere. Res aduerſas ſtatim accedere, tardè recedere.

Ate enim noxa eſt velociſſima, quæ propter motum celerem, infortuniorum aleam maximè ſubitam & improuiſam ſignificat. Hanc Chriſtianæ pietatis auctores φώσφορον,i. Luciferum è cœlo deturbatum interpretantur, vt maximè Iuſtinus Philoſo- Lucifer è cœlo deturbatus.

Ayuntamiento de Madrid

phus ac martyr, Eusebius Pamphil. Suidas, & Budæus noster et Bessarione Cardinale lib. 3. in calumniatorem Platonis. Stobæus Elegia περὶ δικαιοσύνης ex Solone hoc distichō retulit, vbi emergentem è diis noxam facit:

Ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπόταν Ζεὺς
πεμψηι πειρομένοις, ἄλλοτε ἄλλῳ ἴσα. id est.

Ex illis Ate apparet, quam vbi Iuppiter ipse
Miserit vltricem, tunc aliam alter habet.

Litæ claudæ & luscæ cur.

Litas autem Deas claudas interpretantur Mythologi de iis qui precantur, quòd genua flectant: quas rugis obsitas esse Poëtæ volunt, ad designandam imbecillitatem. Has aiunt esse strabas luminibus, quòd cōniuere videantur, in quibusdam, sed postremò necessitate ad supplicationes delecti. Phornutus claudas esse tradit, quòd tardè & vix accedant ad eos supplicādos, quos antè affecerint iniuria: rugosas verò & strabis oculis, quòd grauiter & ore parum hilari intueantur quos offenderunt, & à quibus veniam deprecentur: Iouis porrò filias, quòd venerabiles sint, hæc ille. Itaque id transfertur ad illatam cuipiam iniuriam, cuius difficulter memoria tollatur ex animo: iniuriarum enim & contumeliarum memoria tardissimè senescit, vt fere non morte deleatur. Vel ad id traducetur non omninò malè, quod habet Cornel. Tacitus in vita Iulij Agricolæ, soceri sui: Naturam infirmitatis humanæ, inquit, tardiora sunt remedia, quàm mala: & vt corpora lentè augescunt, citò extinguuntur: sic ingenia studiaq; facilius oppresseris, quàm reuocaueris. Sic Seneca Epistola 92. Elegit aliquid noui casus, per quod velut oblitis vitæ suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multaq; indulgentia fluxit, id vnus dies spargit ac dissipat. Esset aliqua imbecillitatis nostræ solatium rerumq; nostrarum, si tanto tardiore pore repararentur cuncta, quanto finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt: festinatur in damnum: nihil publicè, nihil priuatim stabile est, tumultuantibus cauſſis mala, vnde minimè expectabantur, erumpunt. Huc pertinet Scytharum legati sententia ex Curtio lib. 7. Quid tu? ignoras arbores magnas diu crescere, vna hora extirpari? Ponticus Heraclides disputatione De allegoriis Homericis, eodem penè modo intelligit: quo loco arguit imperitiæ, qui Homerum vituperent, qui Litas Iouis filias impiè deformi & mutilo corpore finxerit. His Poëta imaginem expressit eorum qui supplices sunt, qui enim peccarunt ex conscientię verbere tardiores esse solent: eosq; verentur ingredi quos læserunt, & à quibus veniam impetrare postulant.

Locus Cornelij Taciti.

Pontici Heraclidis allegoria de Ata & Litis.

Ayuntamiento de Madrid

doris enim sui sunt ipsi continuò memores. Nec verò præsenti animo esse possunt, aut constanter intuentur, vt qui retrò auertant oculorum aciem. Primò itaque supplicum animus nullum præ se lætum ruborem admittit, vt qui pallidi sint demisso vultu, misericordiam elicere conantur. Ea ergo causa fuit, cur Litæ ita fuerint ab Homero depictæ. Contra valida est & pernix Ate, cuius nimirum acris & vehemens stultitia hominum non modò ceruicibus, sed & animis impendeat. Nam toto impetu & sine aliqua ratione fertur ad omne flagitium. Is ergo Poëta perinde se gessit, vt qui pictor esset humanorum affectũ, quos affectus Deorum nominibus allegoricòs effingere solet. Lege Lucian. in Imaginibus, & Tragopodagra.

Ate.] Ate est noxia παρὰ τὸ ἄαομαι, lædo.

Heu mala noxa.] De nomine noxæ & noxiæ hæc placet addere è commentario Alciati ad tit. De verb. signific. Noxã dixere antiqui, ait, id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentum, noxa est, vnde & lib. 33. T. Liuius, noxæ exoluere, i. à pœna capitalis fraudis liberare, accepit. Seruus quoque qui contra legem Aquiliam alicui damnũ dedit, noxa est. At noxia solummodo de maleficio ipso dicitur, nec tam generali significatione accipitur, sicuti noxa. Cicero lib. 3. de Legibus, Noxiæ pœna par esto, vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia multâ, honoris cupiditas ignominiâ. M. Manilius: Quinetiam infelix virtus, & noxia felix. Plautus in Bacchid. Sat sit, suspectus sum, cùm careo noxia. Quo sensu & in Mostellaria & in Pseudolo visus est; Terentius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiam, sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos ascripsisse quisquam dixerit, cùm ratio carminis non consentiret. Quæ adducere volui vt palàm fieret quàm iniquo iure Iustinianum in Elegantiis suis insectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dum adiectiuè tantùm dicti noxiam opinentur contra veterum auctoritatem. Hæc ille,

Ayuntamiento de Madrid

Ex arduis perpetuum nomen.

EMBLEMA CXXXI.

CREDIDERAT *platani ramis sua pignora passer,*
Et bene, ni sæuo visa dracone forent.
Glutijt hic pullos omnes, miseramq; parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, nisi mentitur Calchas, monimenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

PIndar. Olymp. 5. Αἰδ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πίνῳ δαπάνατε μαχανατ, πρὶς
Ἔργον λιθύνῳ κεκαλυμμένον. id est,
Circa virtutes labor sumptúsque perpetuò implicantur, ut difficultate obtectum assequare. Sed propius apud Plut.

Bacchilides πιθὸν γὰ κῦδ' ἔχε ἀρετὰ.

Crediderat platani.] Cùm in Aulide Bœotię portu, Græcorum ad Troiam euertendam nauigantium classis aduerso vento detineretur, Calchas augur peritissimus cũ cæteris Græcis profectus Agamemnonem docuit, qua ratione Dianam iratam placaret, & ex serpentis vel draconis augurio (qui in arborem subrepens nouem passeris pullos vnà cum matre deglutierat) decimo tandem anno illium captum iri prædixit. Nam pro passeribus annos, pro angue tempus intellexit, vt explicat Pierius Hieroglyph. libr. 20. Narratio est apud Homerum Iliad. β. & Cic. 2. de Diuinat. quam eandem reperiri in vita Homeri quæ Plutarchi nomine è quibusdam circumfertur. De Calchantis illo vaticinio facile mihi esset adiicere Ciceronianos versus, quos citat ipse eodem de Diuinatione: sed liber est in omnium manibus. Locus Homeri sic habet:

Historia ex Homero de vaticinio Calchantis.

Τίπτ' αὖτως ἰγνιόδε καρηκομόωντες ἀχαιοί,
Ἦ μὲν μὴν τὸ λ' ἰφνειὸς μέγα μητίετα Ζεύς, &c.

Quẽ eundem satis feliciter Ouidius est æmulatus Transfor. 12.

—— veri prouidus augur,
Theftorides, Vincemus, ait, gaudete Pelasgi,
Troia cadet: sed erit nostri mora longa laboris,
Atque nouem volucres in bella digerit annos.

Hoc autem innuit, quòd præclarum sit idem esse arduum, & rebus maximis difficultatem quanquam à natura esse propositum, ait idem M. Tull. Tusc. 3. Etenim nulla potest esse diuturna gloria, quam labor strenuus & indefessus primùm non antecesserit. Quis enim magna coronari contendat Olympia, dulcis sine puluere palmæ? Vulgo tritum id, τὰ καλὰ τὰ δύσκολα. Præclarè Xenophon, ἀπομνημ. 2. αἰδὰ καρτερίας ἐπιμέλειαν τῶν καλῶν κ' ἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι πιστεύουσιν, ὡς φασιν οἱ ἀγαθοὶ αὐλῆται. λέγει δὲ πού καὶ Ἡσίοδος,

Nullã gloriam sine labore parari.

Τὴν μὲν γὰ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως. λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' ἐς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει χαλεπήπερ ἰοῦσα.

Virtus difficulter paratur.

Μαρτυρῶ δὲ καὶ ἐπίχαρμον ἐν τῷ δι, τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν τοῦτον τ' ἀγαθὰ θεοί. id est, Curæ quidem laboriosæ efficiunt, vt ad pulchra & honesta facinora perueniatur, sicuti virorum optimorum habet adagium. Ait enim Hesiodus.

Ayuntamiento de Madrid

Amplecti vitium cumulatim & sumere promptum est:
Namque iter id facile est, nec eo vicinius vllum.
Dy quoque sudorem virtuti præposuerunt,
Ad quam longa via est atque ardua, & aspera multum
Offertur: tamen est vbi ad alta cacumina ventum,
Fit facilè, primo fuerat quæ tam ardua virtus.

Testatur autem Epicharmus, A diis omnia nobis vendi laboribus. Memoriæ succurrit & illud Clementis Alexandrini Strom. ἔστι τις λόγος τῶν ἀρετῶν ἱδρῶτι θεοὺς ἡμᾶς πεπρακέναι· νῦν δὲ μὴν ἄσκιον χῶρον ἀγνὸν ἀμφιπεπλωσθαι καὶ πάντων βλεφαρίδι ὑπὸ τῶν ἱερῶν, ὧν μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἐνέδυσε μέλη, παντὶ τῷ ἀνδρὶ ἀνδρείας: quorum verborum hæc est sententia: Fama est virtutis domicilium esse in quibusdam rupibus, ad quas difficilis admodum sit ascensus, eamque celerem incolere locum castum. Ea verò non conspicitur quibuscumque hominum oculis: neque vnquam ad eam quisquam peruenit, tanquam ad fortitudinis propugnaculum, nisi primum sudore ac labore animum afficiente suam industriam probarit. Quid enim gloriæ Alexander, quid Epaminondas, quid Themistocles sibi comparassent, nisi laboriosis & molestis expeditionum angustiis arduum virtutis iter sibi conficiendum proposuissent, ὁ γὰρ ὄντως χίαν τὰ ῥωμαίων, ἀλλὰ πλημμοσύνη καὶ ἀρετῇ πρὸς τὰ δεινὰ χρησάμενος, εἰς τοῦτο προῆλθε δυνάμεως, ait in Crasso Plutarch. id est: Non tam fortunæ prosper euentus Romanorum potentiam auxit, quàm egregia virtus, ac summa in laboribus asperisque in rebus tolerantia, aduersis casibus succumbere nescia. Illud etiam mihi succurrit Pindari ex Olymp. sexto: ἀκήρατοι δ' ἀρεταὶ ἔστι παρ' ἀνδράσιν ἀτ' ἐν νώτοις ποιλαις τίμαι. πολλοὶ δὲ μόχθοι ναυτᾶν; κακὸν ἔτι πενιχρὸν ἔπος. id est, Virtus periculorum expers neque apud homines, neque mari habetur in pretio: at multi memorant, si quid honesti, laboriosè peractum est. Quid, si hoc postremò, laudis Cæsar esset consecutus, si facile illi fuisset Britannis inferre bellum? Aut Annibal quantum sibi famæ cumulasset, si dum Italiam adiret, peruias Alpes citra pulueris & sudorem, ac non magna suorum cæde fecisset? Rectè Naso Tristium 4.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Et propertius 4. Elegiarum:

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Porrò Alciatus id carminis videtur imitatus è Græco incer-

Ayuntamiento de Madrid

cuiusdam Poëtæ ; apud quem tamen non est eadem conclusio. cùm de hirundine verba faciat, cuius nidum serpens deiecisset & exturbasset, in eóque tandem igni ardenti combustus esset.

(rediderat.] Commiserat, nidificauerat.

Sua pignora.] Pullos, vt alibi monuimus, de Ciconiæ nido.

Saxeus.] Fatalis serpens est, necnon perpetuæ belli Troiani memoriæ per metamorphosim serpentis in perpetuæ duritiei saxum. sonat etiam saxeus, durum, crudelem, inexorabilem, quique nulla flecti prece possit. Huc pertinet quod alio loco memini retulisse me de illo angui qui Tarquinij Superbi animum stupefecit, attonitúmque reddidit, cùm à columna lignea repente lapsus omnes in fugam vertisset, rei miraculo consternatos: nimirum portendebat ille serpens nouum & inexpectatum principem, eundémque ætate florentem Iunium Brutum, de lignea columna, hoc est, stupore, quem diu simulauerat, ne opprimeretur à tyranno, proditurum. Serpens saxeus.

Ayuntamiento de Madrid

Ex literarum ſtudiis immortalitatem acquiri.

EMBLEMA CXXXII.

NEPTVNI tubicen (cuius pars vltima cetum
Aequoreum facies indicat eſſe Deum)
Serpentis medio Triton comprenditur orbe,
Qui caudam incerto mordicus ore tenet.
Fama viros animo inſignes, præclaráque geſta
Proſequitur, toto mandat & orbe legi.

Typus Emblematis.

IDpetitum apparet è Macrobio Saturnal. 1. c. 8. illud nō re
ſerim, ait, Tritonas cum bucinis faſtigio Saturni ædis ſup
poſitos, quoniam ab eius commemoratione ad noſtram æta
hiſtoria elata & quaſi vocalis eſt: antè verò muta, & obſcu
incognita: quod teſtantur caudæ Tritonum humi me
abſconditæ. Triton marinus Deus, Neptuniáque filius, &
cen ſchemate ſerpentis circulo continetur, quod refert

Triton, Deus marinus.

Ayuntamiento de Madrid

dem ad perpetuam & numquam intermorituram doctorum virorum memoriam. Tuba enim famæ & commendationis nota est, vt quæ ab omnibus exaudiatur. Serpens in se reuolutus, æternitatē designat, vt docet Orus Niliacus in ipso Hieroglyph. principio. Hoc significat historiam rerū gestarū ab Saturni cōmemoratione ad nostra vsque tēpora, quæ aliàs obliterata esset, notá & quasi vocalē extitisse. Nam quæ ante Saturnū gesta sunt, obscura & incognita in tenebris delituisse: quod ostēdunt Tritonum caudæ ad humum inclinatæ, quæque oculos effugiunt. Id Alciatus ipse Annotationibus in Tacitū sic attigit: Veteres, inquit, in templorum Saturni ianuis imagunculas Tritonum statuebant, non aliam ob caussam, quàm vt ab eo cœpisse historiam, æternitatemque illis debere Deos ostenderent, quorum præconio fuissent celebrati. Tibullus idem significat his verbis:

Quem referent Musæ, viuet, dum robora tellus,
Dum cælum stellas, dum vehet amnis aquas.

Ouid. 3. Tristium:

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingenioque bonis.
En ego, cùm patria caream, vobisque, domoque,
Raptaque sint, adimi quæ potuere mihi:
Quilibet hanc sæuo vitam mihi figat ense,
Ille tamen extincto fama superstes erit.

Quò spectat Eudamidæ illud, qui rogatus cur Lacedæmonij ad bellum profecturi Musis sacrificarent, cùm nullum cum Marte haberent commercium: Vt, inquit, post præclarè facta, memoria apud posteros maneat. Et quidē docti, nō solùm viui ac præsentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem literarum monimentis assequuntur, Cic. 1. Officiorum. De Tritone plura apud Macrob. eo quem proximè citaui loco, & Gyraldum Syntag. 5.

Spartani Musis cur ante bella sacrificarent.

Cetum.] inferiore sui corporis parte piscem refert, superiore Deum, Plutarc. de Iside commentario ait Amphitritem minoresque Deos marinos, Tritonas dici. Eos descripsit vberrimè 4. Argonautic. Appollonius. Mitto quæ in Arcadicis habet Pausanias: sunt enim prolixiora, quàm vt huc attexere habeam necesse: Virgilius in decimo, vbi de apparatu nautico Mezentij:

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pristin desinit alnus.
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.

Tumu

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediolanensis.

EMBLEMA CXXXIII.

Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Duceſque.
Et mare, quod geminos mugit aduſque ſinus.
Adde his Barbariem conantem irrumpere fruſtrà,
Et mercede emptas in fera bella manus.
* al. & *Anguiger * eſt ſummo ſiſtens in culmine, dicat:*
Quis paruis magnam me ſuperimpoſuit?

Galeatij. EPitaphium eſt Ioannis Galeacij quem celebrat eo mani nomine, quòd fortiſſimè Turcis in Italiam irrumpere c nantibus reſtiterit, & Remp. ſuam legum auctoritate compo ſucr

Ayuntamiento de Madrid

fuerit. Huius historiam repete ex Sabellico Ennead. 9. lib. 9. sed maximè Paulum Iouium consule de Ducibus Mediolanē. Videtur autem Alciatus id confixisse ad Græcorum quorundam Epigrámatum imitationem, vt est Germanici quoddam lib. 3. quo Themistocles rerum à se gestarum commoratione indicat, quo pacto à Græcis sepeliri velit: alioqui nullum satis magnum & dignum sepulchrum suis virtutibus erigi posse, quò spectat & Parmenionis in Alexandrum, cui pro magnitudine rerum non posse scribi dignum epitaphium, sed Europam & Asiam, quas subiugauit, eius esse sepulchrum tradit. Simile est quod in Hectoris tumulo fecit Poëta quispiam: in quo Hector non vult comparari sepulchro aut tumulo, quippè qui vniuersæ Græciæ restiterit, & cuius amplissimum sepulchrum sit Ilias, Homerus ipse, Græcia, & Achiui fugientes. Eodem modo vt dignum Galeacio tumulus ad perpetuam nominis commēdationem extrahatur, ait Alciatus, describendam esse Italiam vniuersam, Duces ipsos, regiones conterminas, & Barbaros toto impetu Italiæ ceruicibus imminentes: postremò constituatur Anguifer, qui symbolum habeat scriptum, ΤΙ΄ ΜΕ΄ ΜΙΚΡΟΙ΄Σ ΤΟ΄Ν ΜΕ΄ΤΑΝΕ΄ΝΤΙΘΕΤΕ, Sed huc apponam Germanici in Themistoclem epicedium, quod imitatus est, & fermè integrum (vocabulis aliquot duntaxat immutatis) mutuatus est Alciatus, vt videre est:

Vnde petitum Emblema.

Character Emblema.

Ἀντὶ τάφου λιθοδόεις ἑλλάδα, θὶς δ' ἐπὶ τοῦτα
Δόρατα, βαρβαρικᾶς σύμβολα νικφορίας.
Καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περίγραφε περσικὸν ἄχθη
Καὶ ξέρξεω. τόσσοι θάπτε θεμιστοκλέα.
Στάλας δ' ἀσκαμμὶς ἐπικέσσιται, ἔργα λέγουσα
Τἀμά τί με σμικροῖς τ' μέγαν ἐντίθετε.

Meminerimus interea, quòd priori huius libri Emblemate adnotauimus, Anguem siue serpētem stemma esse Ducis Mediolanensis: quod hoc loco nimis anxiè repetere, non video quàm sit necesse. Hoc mihi reuocat in memoriā species vndecim honorum qui ab Aristotele statuuntur Rhetoricorum primo, nempe sacrificia, monumenta vel carmine, vel oratione soluta prēmia certa, luci, superiores in sedendo loci, sepulchra imagines, publicæ epulæ, & quibus vtuntur Barbari, habitus adorantium, & conspectus euitationes, munera quæ apud quasque gentes in pretio sunt. De quibus sigilatim aliquid dicere nihil hic necesse habeo. De sepulchris & monumentis agimus, quæ inter honores non paruos poni solemne iam olim fuit: exemplorum varieta

varietate obruor; vnum huc conferam vetus quidem & memorabile Menandro Bactrorum regi, homini mitissimo, in expeditione quadam vita functo, cunctæ regni ciuitates, cunctique populi inferias de more, communique consensu soluerunt. Sed de reliquiis cùm diu certatum esset, quibus in primis commendarentur, vix tandem inter omnes conuenit, vt æquè partitæ singulis distribuerentur rata pro parte, nempe quod illius viri monumentum apud omnes pariter cum veneratione existeret, testis est Plutarch. commentario quo ciuilem hominem instituit.

Pone arma.] Pro describe, aut dispone, non placet Fornerio nostro, vt quod à mera liugua Romana deflectat; quanquam Cicero initio 5. Antonianæ dixerit: Pacem vult Antonius, arma ponat: hîc enim, pro deponat, vsurpari liquet.

Et mare, quod gemmos mugit.] Italia hinc & illinc mari Siculo & Adriatico clauditur.

Mugit.] A tauris translatio.

Emptas manus.] exercitum mercede conductum.

Parvis magnam.] Antitheton. Apud Caietam in sepulchro marmoreo æneaque vrna, hæc inscripta reperiuntur Scipioni Africano:

Deuicto Annibale, capta Carthagine, & aucto
Imperio, hos cineres marmore tectus habes,
Cui non Europa, non obstitit Africa quondam,
(Respice res hominum) quam breuis vrna premit!

Opt

Optimus ciuis.

EMBLEMA. CXXXIIII.

Dum iuſtis patriam Thraſybulus vindicat armis,
Dumque ſimultates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis magni inſtar muneris, illi
Palladiæ ſertum frondis habere dedit.
Cinge comam Thraſybule, gerás hunc ſolus honorem:
In magna nemo eſt æmulus vrbe tibi.

OPtimi ciuis eſt Rempub. ſuam non modò legum metu coërcere, ſed & omnes omnium animos pacis vinculo continere, & omnem rixarum occaſionem adimere. Præſto eſt exemplum Thraſybuli. Athenienſibus enim longiſſima obſidione

Historia Thrasybuli qui tyrãnos expulit,

dione pressis à Spartanis, post longam famem, & assiduam pe-
stilentiam, pacem postularunt; quam tandem impetrarunt, et
tamen conditione, vt ciuitas Atheniẽsis à triginta Ducibus ge-
bernaretur. Sed temporis successu horum tanta tyrannis & la-
uitia fuit, vt boni quique ciuitatis principes & opulenti, bene-
que nũmati homines exularent: inter quos Thrasybulus vnus
ex præstantissimis, cum aliis in exilium abire est coactus. Itaque
ille suo consilio, & sociorũ ope, tyrannos omnes industria sin-
gulari repulit, patriæque libertatem recepit. Sed vt inter Athe-
niẽses ciues pax stabilior esset, interposita fide publica, Thrasy-
bulus legem sanxit. De abolendis præteritis iniuriis, quam

Lex ἀμνηστίας.

ἀμνηστίαν nuncupauit: quocirca coronam ciuicã magno toti
ciuitatis applausu meruit. Hæc lex conformis est oraculo Del-
gelico de iniuriis remittendis & obliuione delendis. Huc Pro-
uerb. Ne malorum memineris. De Thrasybulo Æmilius Pro-
bus in eius vita, Iustin. in Trogum lib. 5. & Valer. lib. 4. cap.
Marullus in eam fermè sententiam scripsit Epigramma con-
venustum:

Cùm fugeret ciuem ciuis deuictus in hostem
In patriam sceleris conscius ipse fui,
State viri, Thrasybulus ait, victoria vestra est:
Nec mihi, sed vobis vicimus, & patriæ.
Dixit, per mediosque ruens ensesque virosque,
Parcendum passim ciuibus, ingeminat.

Palladiæ sertum. Id est, ciuicam coronam, quæ dabatur ei
qui ciuem in bello seruauerat: fiebatque ex oliuæ fronde, a
querna, interdum ilice. Gell. lib. 5. c. 6. & Plin. lib. 16. cap. 4.

Strenuor

Strenuorum immortale nomen.

EMBLEMA CXXXV.

ÆACIDÆ tumulum Rhœteo in littore cernis,
Quem plerumque pedes visitat alba Thetis.
Obtegitur semper viridi lapis hic amarantho,
Quòd nunquam heroïs sit moriturus honos.
Hic Graium murus, magni nec Hectoris. Haud plus
Debet Mœonidæ, quam sibi Mœonides.

ACHillis sepulchrum fuisse in Sigæo Troiæ promontorio, scriptores tradunt. Id sepulchrum amarantho viridi semper ornatum, famam heroum perpetuò virescentem, & apud posteros nunquam intermorituram arguit. Rectè Sophocles

Fama nunquam intermoritura.

Ayuntamiento de Madrid

in Philoctetа περὶ εὐσεβείας, quod idem περὶ ἀνδρείας intelligen par eſt, ἡ εὐσέβεια, inquit, πολὺ συμβιώσιμος βροτοῖς, κἂν ζῶσι, κἂν θα νωσιν, οὐκ ἀπόλλυται, & Pindar. Iſthm. 5. non obliterari prolixu laborem virorũ ait, οὗτοι τιτύ, λωται μακρὸς μοχθος ἀνδρῶν. Ad hæc tertio Græcorum Epigrãmatum ſimile reperio in Laërt tumulum: quod aſcribere placuit, quia eôdem fermè ſpectat

Ὑήκῃ νιν πέτρῳ ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρῳ
Φάσεται, ἀλλὰ μιν πάντ' ὀλίκει δαπάνῃ.
Ὡς καὶ λαιψηρὰν τὸ δ' ἠέριον, ὁ σχεδὸν ἀκτὰς
Βαιὸν ἄπο, ψυχρῶν λάβιται ἐξ ὑετῶν.
Ὄμμα μὲν ἠρώων ἀεὶ νέον· ἀ χρὸς ἀοιδὰς
Ἀμβλύνειν αἰὼν (κἠν ἐθέλῃ) δύναται. id eſt,

Saxa cauat tempus, ferro nec tempora parcunt,
Omnia ſed mollit tempora longa dies.
Laërtæ ſic buſta terit quoque littora propter
Aethere de ſummo defluus imber aquæ,
Immortale ſed heu, nomen delere vetuſtas
Herois, Muſæ vindice, nullo poteſt.

Apponam & illud argumenti eiuſdem:

Τύμβῳ Ἀχιλλῆος ῥηξήνορος, οὐ ποτ' Ἀχαιοὶ
Δώμησαν, Τρώων δῆμα καὶ ἰοστεφάνων.
Αἰγιαλὸν δὲ νέμονται, ἵνα τανυαχῆσι θαλάσσης
Κυδαίνοιτο πάϊς τῆς ἁλὸς Θέτιδος. id eſt,

Hic poſitus Grajis tumulus pugnacis Achillis,
Dardanidæ cuius membra ſepulta timent.
Adiacet ad littus, pelagi quo murmure natus,
Laudetur Thetidis contumulatus humo.

Amaranthus ſtumulis appoſitus.

Cæterùm Philoſtratus ad tumulos exornandos ſcribit amaranthum vſurpatum fuiſſe, orto à Theſſalis initio, qui Achillis pulchrum eiuſmodi coronis redimirent. Vel certè referens Emblematis huius materiam ad id quod 1. Attic. retulit Pomponias de incolis, ni fallor, Salaminis, qui tradunt apud eos Aiacis cladem, florem quendam primum enatum candidum modicè rubentem, lilio cùm cæteris partibus tum foliis similem, inſcriptum iiſdem, quibus Hyacinthum, literis.

Typus Emblematis.

Rhœteum.

Rhœteo.] Rhœteum oppidum & promontorium Troiæ Aiacis ſepulchro à Poëtis celebratum, ſicut & Sigæum Achillis. Videtur iccircò Alciatus abuſus vocabulo, cùm μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Thetis.

Alba Thetis.] Dea maris, quæ quia ſemper in aquis habitat, pedes albiſſimos dicitur habere à Poëtis.

Amarantho.] Amaranthus ab ἀ priuante, & μαραίνομαι, tabeſio, quòd nunquam ſiccetur neque marceſcat. Plin. lib. 21. c. 8. Amaranthus.

Grauùm murus.] Id eſt, Græcorum munimentum & robur: elegans Metaphora, vt apud Maronem, duo fulmina belli Scipiadas, & Cic. in Paradox. Duo belli propugnacula. Eo ſenſu Pindarus in Olympiis Hectorem Troiæ columnam appellat, ὃς Ἕκτορ' ἴσχανε Τροίας ἄμαχον, ἀτρεμὲς κίονα: id eſt, qui Hectorem ſubuertit, inexpugnabilem, immobilem columnam, de Achille loquitur: quò referri poſſunt allegoricòs à Iuuenale dicta in ementitos nobiles, qui iactant magnificos generis titulos:

—— Miſerum eſt alienæ incumbere famæ,
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.

Nex Hectoris.] Effectum pro efficiente.

Haud plus debet Mæonidæ.] Tantum Homero debet Achilles (cuius Poëtæ beneficio virtus tam inſignis tranſmiſſa eſt poſteris) quantum Homerus ipſi Achilli. Niſi enim tam inſigne & præclarum virtutis exemplar Homerus ſibi nactus eſſet, fortaſſe ingenij admirabilis vim non ita exercuiſſet.

Ayuntamiento de Madrid

Cicadigeri dicti Athenienſes: hæc enim nota indigenas & ingenuos ab aduenis & ſeruis diſtinguebat: cuius rei cauſſam nō nulli adferunt, quòd Cicadæ inter alia animalia indigenæ præcipuè videantur, quòd in ea regione, in qua naſcuntur, viuant, emoriantur, reliqua ferè omnia migrent aliò, neque ſedem ſi lam firmam habeant. In quaque autem ciuitate & municip nobiliores eos agnoſcimus, quorum maiores pluribus ante nis in ſua patria claruerunt, ait Pierius lib. 26. qua de re Pl nonnihil in Menexeno, Herodotus in Terpſic. Ælianus lib Variar. hiſtor. c. 22. Scio ego per contemptum dici eos τὺ ἀναμίγδας cicadis opertos, glorioſi quidam iactatores, obſole

Lunulæ in calceis Romanorum.

iam & nimium vetuſtis vtentes. Romanos autem, qui nobili te generis aliis excellerent, aiunt lunulas in calceis habu fortaſſe vt ſignificarent Romani Imperij conditionem, q ſenſim creuit, & temporum lapſu decreuit, vt in lunæ hem clis fieri ſolet. Alij putabant ſignum eſſe eius habitationis, in luna eſſe dicitur, & quòd poſt mortem, animi rurſus lu ſub pedibus habebant. Vel ſuperbos homines admonebant rum humanarum inſtabilitatis, cuius rei luna ſit exemplo, ab obſcuro in lumen, inde in obſcurum redit. Philoſtrat Herode ſophiſta narrat eum fratri de generis ſui claritate ta iactanti dixiſſe: Certè nobilitatem habes in talis. quod ſ ficauit Iuuenalis, cùm de Fabio loquitur his verbis:

——— *& nobilis & generoſus*
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Quin & Zonaras auctor Græcus, ait patricios geſtaſſe i calceos corrigiarum inflexione, & formæ literæ, C, adorn quod & Plutarch. retulit in Problemat. Nec quidem præte

Arcades lunā primi obſeruarunt.

tendum, id genus calceorum lunatorum Arcadibus in vſ ſe, quo à diluuio Deucalionis primi ipſi lunam inſpexiſſe tem ſe credidere quódque putarent vniuerſum genus lium aquis obrutum periſſe, & à ſe rurſus originem po tionis emanaſſe, ait præter alios vetuſtiores Pierius lib. ſacris Ægyptiorum literis. Apollon. Argonautic. 4.

Ἀρκάδες, οἳ πρὸ τῆς σελήνης ἐγένοντο.

Strabo 8. Geograp. δοκοῦσι παλαιότατοι εἶναι τῶν Ἑλλήνων. Sic primo Faſtorum Ouidius:

Orta prior Luna (de ſe ſi creditur ipſi)
A magno tellus Arcade nomen habet.

Secundo Faſtor. huc reſpexit Naſo:

Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, & lunæ gens prior illa fuit.

Itaque cùm se luna vellent antiquiores dici (adeò sui generis antiquitatem iactabant) dicti sunt à Thucydide initio historię προσελήνιοι, id est, ante lunam editi. Plerique ad historiam naturæ referre malunt, quæ lunæ cursum primi obseruarint. Præter has rationes alias refert Plutarch. in Problematis. Sed hæc quorsum attineant, non planè video, nisi ad communem locum retulero de nobilitate, quam sibi longè multi tribuunt, vanis quibusdam schematis & imaginibus maiorum tumidi: quorum arrogantiam intolerabilem quibus maximè verbis incessere debeam, planè non debeo. Quis enim sustineat aliquem tollere cristas, sibique arrogare quidpiam, quod tamen propriè non possideat? Atque genus suum qui laudat, quique attollit animos ob maiorum nobilitatem, & alienum laudat, & falsis nominibus sibi tribuit quod ad se minimè pertineat. Qui proculdubio mihi non videntur absimiles fugitiuis iis qui præ metu cùm ad aras se receperint, tamdiu latent, inque turo se esse putant, quamdiu eo perfugio vti possunt. At cum inde fuerint eruti, quid iis supereſt quàm certa quædam crux, aut extremum aliquod dispendium? Sic vulgares illi nobiles, qui nihil præter maiorum nomina crepant, ad quæ sola hærent suis diffisi virtutibus, veráque gloria, quam nullam habēt, non sentiunt quàm miseri sint, & quanto in errore versentur. Sed retineamus assentionem cum iis qui nobilitatem in animo generoso sitam esse volunt, & qui pecudum nobilitatem in corpore valido ac vegeto, hominum autem in vitæ morúmque bonitate ponunt. Laudatur à Dione Chrysostomo, Thebanorum optimum & æquissimum institutum, qui eos seruorum numero non habebant, qui per vim & iniuriam belli serui facti essent: Cur ignobiles eos esse vulgari opinione iudicamus, quorum si virtutes æstimentur, si moderatio animi, si prudentia, si sagacitas, alios quos vulgus admiratur, infinitis, vt ita dicam, spatiis anteuertunt? Magnum fuit & plenum æquitatis eorum quos proximè nominaui, iudicium atque consilium, qui solos eos nobiles esse censebant, qui ad virtutem propensi essent: neque tam curiosè, imò verò supestitiosè quærebant, ex quibus orti parentibus essent, de quibus aliquid statuendum videretur. Sic autem vnà secum rationes cōficiebant: Antiquitus vt in animalibus quibusdam mutis, ita & in hominibus idem nomen perdurauit. Nam in canibus, equis, gallis

In ementitam nobilitatem.

Ayuntamiento de Madrid

etiam gallinaceis id facile est aduertere: quia equum si qu animosum & ad cursum idoneum facto periculo norit, non re gat an eius pater sit ex Arcadia, an Thessalia: satis enim e putat, quòd equus animum generosum habeat. Ita cùm can venaticus egregiè ad cursum valere intelligitur, nihil opus scire an ortum duxerit è Caria, vel Lacedæmone, sed existim tur esse satis, quòd generosa illa canis sit. Idem de gallis, dic aliis iudicium: idemque postremò de hominibus sentiendu ex quibus qui virtutum studiosi sunt, qui iustitiam colun humanitatis iura, qui religionem obseruant, is reuera gene sus est & nobilis, tametsi parentes eiusdem & auos nemo v quam fortasse nouerit. Democritus, magnus imprimis & ca Philosophus iam olim, vt ait Satyricus,

——materiam vitiis inuenit, ad omnes
Occursus hominum, & cuius prudentia monstrat
Summos posse viros, & magna exempla daturos
Vernecum in patria, crassoque sub aere nasci.

Quod tortum esse constat in superbos quosdam ementita n bilitatis homines, qui orti stirpe Romana cæteros præ se li ducebant. Iactent itaque suum genus, qui de parentum v tute nihil habēt præter imagines: quos nihilo tamen puto liores esse quàm equus aliquis nō re, sed opinione vulgar nerosus habitus, quòd frenos aureos, quòd stragula, quod namenta externa omnia exquisitissima circumferat.

Aurea Cecropias.] Vestes Athenienses nectebantur fibul rea, cui cicada circumligabatur.

Arcadico ritu.] Ad morem Arcadum.

Lunula.] Parua luna instar hemicycli.

Indigena. *Indigenas.*] Indigena, inde gemitus, nec aliunde natus (αὐτόχθων, & ἐγχώριος, cui opponitur aduena.

Oblitus etiam apponere huc quod Demosthenes ad Æschinem περὶ παραπρεσβείας, quo loco de Athenien Arcadibus verba facit, μόνοι γὰρ ἁπάντων ὑμεῖς αὐτόχθονες ἐστε ἀνεῖνοι.

Euripidis hæc refert Plutarch. commentario de Ex

Ἡ πρῶτα μὲν λιὼς ἄσυλ' ἐπαυτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονις δ' ἔφυμεν, αἰεὶ δ' ἄλλαι πόλεις
Πεισῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς,
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.
Primùm nec inquilinus nos populus sumus,
Sed indigenæ, ciues at aliarum vrbium

Ayuntamiento de Madrid

Sunt comparandi tesserarum iactibus,
Quæ alys aliæ ciues mittunt identidem.

Hoc postremò quod mihi alia conquirenti occurrit ex Tzeze 101. Historia 10. Chiliad. vbi cicadas Athenienſium refert ad eorum nimiam loquacitatem:

καὶ ὅτι λάλοι τέττιγες, κατάδηλον τοῖς πᾶσιν
Οἱ ἀττικοὶ ὁμοίως δὲ πάλιν τῶν μαγνήτων,
Λάκωνες βραχυλόγοι δὲ τουτοις ἀπεναντίως.

Id est,

Quòd cicadæ ſint loquaces compertum eſt omnibus,
Sunt eodem modo Athenienſes qui multi ſunt & garruli in perorando:
Contrà, Lacones paucis vtuntur verbis.

Ayuntamiento de Madrid

Duodecim certamina Herculis.

EMBLEMA CXXXVII.

ROBORIS inuicti superat facundia laudes:
Dicta sophistarum, laqueósque resoluit inanes:
Non furor aut rabies virtute potentior vlla est:
Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit:
Spernit auaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet:
Vincit femineos spoliáque insignibus actus:
Expurgat sordes, & cultum mentibus addit:
Illicitos odit coitus, abigitq; nocentes:
Barbaries feritásque dat impia denique pœnam:
Vnius virtus collectos dissipat hostes:
Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris:

Ayuntamiento de Madrid

Docta per ora virûm volat, & non interit vnquam.

MVltos fuisse Hercules tradunt quam plurimi, sed quem ex Alcmena suscepit Iupiter, potissimùm celebrant ob varia certamina, virtutemque bellicam: cuius duodecim labores præcipuos (longè enim plures persequitur Diodorus rerum Antiquarum lib. 4.) complectuntur alij, quos hîc sequitur Alciatus, quantum ad laborum numerum pertinet, quid per vnumquemque laborem sit intelligendum, allegoricôs enarrans. In Collectaneis Græcorum Epigrammatum hoc hexastichon reperi: Multi Hercules.

Ὅλισε τὴν νεμέας θῆρ' ἄπλετον, ὅλισε δ' ὕδρλω
καὶ ταῦρον, κἀπαρον δ' ἀμφτίναξε γένυν.
Ζωστῆρ' ἐλυόσας, πολυμηδίος ἕλον,
χρύσεα μῆλα κλάσας, γηρυόνλω ἔλαβον.
Λυγκέα ἐδάλω, νεμέας ἀφύγεν. ἔκτανεν ὄρνις.
κέρβερον ἠγάγομλω, καὶ τὸς ὄλυμπον ἔχω.

Duodecim labores Herculis.

Extinxi Nemees monstrum, lernamque peremi,
Et taurum, cecidit dilaceratus aper.
Balteon arripui, Diomedis equosque cecidi,
Geryonem straui, pomaque fulua tuli.
Augiam noui, capta est cerua, atque volucres.
Cerberus abductus, lætus in astra feror.

Sic in appendicibus Virg.

Prima Cleonæi tolerata ærumna leonis.
Proxima lernæam ferro & face contudit hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
Septima in Augiæ stabulis impensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam:
Vndecimum mala Hesperidum distracta triumphum.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Heraclidis Pontici disputatio ad Homeri allegorias mirè ad hãc nostram facit explicationem. Verba eius auctoris hæc sunt: Locus Heraclidis.

ἀκαλλὲς νομιστὸν σὺν ἀπὸ σωματικῆς ἀωάμεως ἀναχθέντα τοσᾶτον ἰσχύσαι τοῖς δ' ἐκείνοις, ἀλλ' ἀνὴρ ἐμφρων καὶ σοφίας ἐραστὴς μύθυς, ὡσπερά κατὰ βαθείας ἡχλύος, ἐπιδυκᾶν ἐφώτισι τὰ

φίλα

Ayuntamiento de Madrid

Φιλοσοφίαν, παδαπὶρ ὁμολογοῦσι ηκὶ τοῖπῶν οἱ δοκιμώτατοι. τ
μὴν οὐν τῶν ἄλλων ἄδηλον, ὅποσοι τῆς παρ' Ομήρῳ μνήμης ὑπερ
σι, τι δεῖ παρακαρὶν ἐκμηκύνειν φιλοτεχνοῦντας, ὅτι κάπρου
ἕλε τὴν ἐπιπολάζουσαν αὐθρώποις ἀπονασίαν. λέοντα γὰρ τὴν ἀκ
τως ἐρμῶσκο ἐφ' ἃ μὴ δεῖ φορεῖν. κατ' αὐτὸ δὲ θυμοὺς ἀλυγη
πιδήσας, τὸν ὑβριστὴν ταῦρον ἐνεμίδη διδάσκαν. θελίαν γὰ
ἐφυγάδευσον ἐκ τοῦ βίου τὴν περαννίαν ἔλαφον. ηκὶ τὶς ἁπλῶς ἀ
μαβόμενον ἄδηλον ἐκμιμίχθηται, διακαθάρσεως αὐτὸ τὴν ἐ
τρέχουσαν ἀνδίαν. ὄρνεις δὲ τὰς σωννεύμενος ἐλπίδας, ἃ βοτα
τὸν βίον ἡμῶν. ἀπισκιδασε δὲ ηκὶ τὴν πολύχοιο κίπρον, ηκὶ πα
κίφαλον ὕδρον, ἥτις ὅταν ἐκποπῆ, πάλιν ἄρχεται βλασταίνειν κεφ
δρεῖαν τινὰ διὰ πυρὸς τῆς παραινέσεως ἐξεκαυσεν. αὐτὸς γὰρ ὁ τοῦ
φαλὸν δεινοῖς ἥλιον κεβλεφον ὠκότως αὖ τὴν τριμορφὴν φιλαρ
πανίστηται. τὸ μὲν γὰ αὐτῆς λογικὸν, τὸ δὲ φυσικὸν, τὸ δὲ ἠθι
ὀνομάζεται. ταῦτα δὲ ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς ἐκπεφυκότα, τρίχῃ κατὰ τὴν
φαλὴν μερίζεται. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὥσπερ εἶπεν ἄδηλον ἐν τοῖ
μὲν διδήλωται. quorum ſententia verborũ hęc eſt: Minimè pro
dum eſt Herculem corporis viribus olim tantum præſtare p
tuiſſe: at cùm prudens eſſet, & cæleſti ſapientia plenus, ceu p
funda caligine demerſam Philoſophiam illuſtrauit: quæ
tentia eam principum Stoicorum eſt. De aliis itaque certa
nibus Herculis, quæ ab Homero non memorantur, quid
tinet ad ingenij oſtentationem multa præter rem verba fac
Aprum enim cepit, hoc eſt verſantem inter homines intem
rantiam: & leonem domuit, nempè impetum temerè ruen
quò minimè decet. Eadem ratione cùm brutam iracund
compeſcuiſſet atquè frenaſſet, taurum cornupetam dict
aſtrinxiſſe. Expulit etiam & propulſauit è vita metum,
per Ceraunam ceruam oſtenditur. Et quoddam etiam
men, quod nominare non conuenit, idem ſubiit, repurgat
priùs tenebatur, animi fœditate. Cohibuit & volucres,
pè ſpem inanem & ventoſam, qua hominum vita vt
mum lactatur. Adhæc plurimum fimi expulit, & multis
bus hydram ſuperauit, quæ abſciſſa renaſci non deſinebat
ſicuti αἰδρεικὲ, id eſt imperitiam aliquam, igni excidit, ho
admonitione. Iam verò Cerberus triceps in lucem pèrtra
ñõ malè triplicem philoſophandi rationem innuit. Sunt
Philoſophiæ partes, ea quæ rationis eſt, Logica: quæ
Phyſiologia: quæ morum, Ethica nominatur: & ex
tanquam ex vna ceruice prognatæ, triplici etiam modo

Ayuntamiento de Madrid

caput distribuuntur. Et hæc quidem de aliis laboribus dicta sufficiant. Hactenus, Heraclides, cum quo insigni loco velim vnà conferri quæ disputat Lactantius diuin. Instit. 1. cap. 9. Dionis. Chrysostoꝫ
Cætera enim percensere nihil attinet, nisi maximè ad rem faciant. Quo in argumento dum animus elaborat, mihi arrisit mi locus.
nobilis disputatio Dionis Chrysostomi, qui Herculis ἆθλους seu labores vel ærumnas ita celebrat, vt eum ex aduerso athletis opponat, & Principem fortissimum atque iustissimum faciat. Peruigil & tenuis erat, inquit ille, vt leones, neque enim carnibus onustus, vt athletæ, potuisset Asiam Europamque peragrare. Acutè videbat; acutè audiebat: neque hyemis aut æstus vim curabat, vt à præclaris actionibus reuocaretur. Sordida pelle indutus, interdum fame correptus, bonis opem ferebat, improbos verò aut de medio tollebat, aut in ordinẽ cogebat. Diomedẽ enim Thracium deliciis affluentem, & hospites afficientem iniuria, suosque subditos miserè seruire cogẽtem, claua percussum de medio sustulit. Geryonem boues permultos & multa pecuaria possidentem, vt opulẽtia Principes omnes qui in Occidente essent, facilè superaret, sed tamen eundem nimia superbia elatum, vnà cum fratribus interfecit, eorumque armenta corripuit. Idẽ cum Busirim offenderet certaminibus totos dies occupatum, totos dies conuiuia agitantem, sibi vnicè placentẽ, quò egregius luctator esset, prostrauit. Amazonum reginæ zonam soluit, quæ illum fuerat aspernata: quo congressu ostendit, se illius forma minimè fuisse superatum, vel mulieris gratia potuisse vnquam à rebus excellentibus, quas primum animo conceperat, auocari. Ne autem videretur arduis tantum rebus & gloria dignis operam impendisse, fimum iacentem in Augiæ stabulis, à multis annis collectum sterquilinium repurgauit. Putabat enim non minus esse sibi aduersus gloriam decertãdum, quàm belluas & homines sceleratos. Hæc penè Dio Oratione 8. De virtute. Idẽ labores Herculis retulit ad purgationem animi & vitiorũ expulsionem, Oratione 5. Sed obiter admoneo, plerosque existimare, vt Lucianus (quemadmodũ postea dicemus) Herculẽ virum fuisse Gallum, qui tum solerti quadam prudentia, tum admirabili eloquẽtia, qua maximè valebat, præclara facinora insigni fortitudine sit exantlatus, & ingenij dexteritate summas quasque difficultates superarit: quæ tamen omnis Græcia quàmplurimum mendax, ad armorum gloriam conuertere maluit. Prætermiseram Apuleij ἐπιμύθιον, quod imprimis ad rem facit, ex 4. Floridorum: Quòd Herculem Hercules. vir Gallus.

Ayuntamiento de Madrid

lem Poëtæ olim memorant monstra illa immania homin
ac ferarum virtute subegisse,orbemque terræ purgasse : simi
ter aduersum iracundiam & inuidiam,atque auaritiam ac lib
dinem , cæteraque animi monstra ac flagitia Philosophus
Hercules fuit.Eas pestes omnes mentibus exegit,familias pu
gauit,malitiam perdomuit,seminudus & ipse,& claua infign
etiam Thebis oriundus,vnde Herculem fuisse memoria em
Videram ego pridem locum Plutarchi in Problem. quo ra
nem reddit,cur olim Herculi atque Musis communis ara fac
sit:quia nimirum Hercules Euandrum literas docuit, vt à lib
memoriæ traditū est:honestū enim & liberale ducebāt,si am
ci ac propinqui literarū & sapientiæ cognitione perpolirent

Leonis Nemeæi cædes quid.

Roboris inuicti.] Huic respondet primum Herculis certam
quod fuit leonis Nemeæi iuxta Cleonas internecio:quo int
ligi datur,facundiam corporis viribus esse præstantiorem.N
enim viribus,aut velocitatibus, aut celeritate corporū res
gnæ geruntur,sed consilio,ratione,prudentia,eloquentia. N
verò aliquid magni momēti vires obire possunt, aut suscip
nisi consilium & ingenij dexteritas antecesserit.Sunt qui a
Nemeæi leonis cædem interpretentur , fuerunt enim qui
næ globo decidisse vana persuasione crederent:nam & ver
monstra immania in Lunæ globo putabant nasci. Hunc e
leonē inermis Hercules interfecit, vt ait Pisāder:hoc est ir
hibuit ac repressit quæ in fortiū virorū animis maximè reg

Hydra Lernæa.

Dicta sophistarum.] Secundo labore,hydram,septem capu
belluam , in Lerna palude omnia vastantem pugna pers
vicit,& ferro facibusque oppressit : quo arguitur,virum sap
tem & facundum,multiplices sophistarum argutias , & elic
veritatis specie adumbratos,ingenij viribus retundere. Hy
vno capite resecto septem alia repullulabant : quod notat
sophisticæ captionem.Si enim agas cum sophista,vno argu
to reprehenso,multa alia tibi opponet,teque (ni diligenter
ueris)ad absurdum,vel ἀδύνατον adiget.Certamen hoc ad
vsus conuertunt alij,vt ad diluuium,ad vitia,ad inuidiam,
de re prouerbium est,Lerna malorum:&,Hydram secas.So
tes apud Platonem in Euthydemo fatetur se multò imbec
rem Hercule , qui pugnare simul non potuit aduersus hy
sophisticam,cui propter vnam sapiētiam pro vno sermon
pite amputato multa repullulabāt. Adhæc Pieriū li.16.c

Aper Erymanthæus.

Laqueos.] Paralogismos & captiones.

Non furor aut.] Tertio,aprum terribilem in Erymantho

Arcadiæ omnia vastantem cepit,& ad Eurystheum, viuum perduxit, quod innuit, virtutem furori & rabiei non cedere, imò longè antecellere. Impetus enim & furor per aprum indicatur, vt docet Pierius Hieroglyph.9.

Continuum ob cursum.] Quarto, ceruam aëripedem & celerrimam, aurea cornua gestantem interfecit, quod ad sapientem referendum est, cui & ditissimi cedunt& opulentissimi.Notum illud Aristotelis in. Politicis, facile esse ditari Philosophis, si velint:quò spectat adagium, Sapiens non eget. Cerua æripes.

Spernit auaritiam.] Quinta pugna fuit, auium Stymphalidum expulsio, sonitu ahenei cuiusdam instrumenti:quod est lucrum inane, & auaritiam respuere,raptumque omnem putare nefas. Sed quæ potest esse volucrum cum auaritia collatio? Volucres per aërem volitantes,in quo tamen victum comparare nō possunt, cupidi & auari hominis cogitationem (aliis atque aliis opibus semper inhiantem, qui tamen nec partis bonis vtatur, sed tenuissimo victu genium defraudet, & in quo consistat non habet) satis ostendunt, qui quoniam vel natura deprauata, vel vitio longo induratus est, ad resipiscentiam aliquando pertrahi potest quibusdam acerrimæ orationis crepitaculis, quibus aut arceatur, aut à proposito, malaque consuetudine dimoueatur. Alij malunt hoc intelligi de scortillis quibusdam & impuris mulierculis, quarum illecebras & insidias detegimus æneo sapientiæ crepitaculo, quod tanquam tuba in aures penetret, vt Basilius loquitur: vix enim alia fugantur ratione communes illæ pestes adolescentium. Aues Stymphalides.

Vincit femineos.] Sexto certamine mulieres Amazonas debellauit, earumque reginam Hippolytam cepit, cui cingulum militare abstulit, quod est astutiam muliebrem & dolos, fallaciásque coërcere & vafritiei materiam penitùs eripere. Amazon hic mulier bellicosa, meretricem refert, quæ vel fortissimum possit deuincere.

Expurgat sordes.] Labore septimo Augiam repurgauit, quod arguit vitiorum errorumque innatorum, vel etiam qui succreuerunt assuetudine quadam longa, ab animo expulsionem.Nihil est enim tam horridum tamque sordens, quod eloquentia non possit excoli. Augiæ purgatio.

Illicitos odit.] Octauo, taurum luctamine domuit: quod est sontes abigere, & omne illicitum facinus sceleusque exsectari: vel furorem aut truculentiam animi cohibere. Cum tauro lucta.

Abi

Abigitque nocentes.] Hinc nomen habuit ἀλεξικακὸς, nam & pl[o]
risque dictus est natus ad homines iuuandos.

Diomedes victus.

Barbaries.] Nono, Diomedem Regem Thraciæ crudelissi-
mum, qui sanguine & carnibus humanis equos alere consueue-
rat, perdomuit, & eius exemplo ipsum suis equis dedit pabuli
quod significat, Herculem eloquentię & sapientiæ viribus bar-
bariem & ferocitatem ab omnibus, quas incoluerit, regionib
submouisse.

Geryon tricorporē superatus.

Vnius virtus.] Decimo labore Geryonem tricorporem & tr
cipitem bello expugnauit: id est, collectam, & vnanimem ho-
stium multitudinem sua virtute compressit, indeque & victo
euasit. De Gerione in superioribus satis.

Poma Hesperidum.

Inuehit in patriam.] Vndecimo aurea mala Hesperidum, occi
so priùs dracone peruigili, sustulit, quod est referendum ad il
lam, qua docti & sapientes homines abundant, insignem reru
copiam, qua eos sua fortuna vitæque conditio beat.

Cerberus triceps.

Docta per ora.] Duodecimo & postremo, Cerberum tricip
ab inferis tractum ad auras deduxit, quod fortitudinem p
omnia omnium ora volitantem, & immortalem nominis g
riam apud posteros semper victuram perspicuè significat. Na
vt est apud Diodorū, magnos multosque, dum vixit, labores
pericula spōte adiit Hercules, vt pro suis erga omnes gētes be
neficiis immortalitate donaretur. Cic. 1. Tusc. Abiit ad De
Hercules: nunquam abiisset, nisi cùm inter homines esset, ea
sibi viam muniuisset. Facilè transilio Pindari locum, vtpotè lo
giorem, de Hercule. 1. Nemeorum. Nonnulli hoc traduci m
sunt ad auaritiam thesauros in tenebris occlusos asseruante
nec in lucem erui permittentem. Ea tamen si à viro gloriæ c
pido coërceatur, & ex animi recessu, in quo locum occupa
expellatur, opesque illæ conferantur ad vsus hominū, magn
certè momentum afferunt ad obtinendum nomen: licet ea
vera gloria sita non sit in opibus & facultatibus, ad gloriam t
men obtinendam magnum adiumentum adfert.

In

In nothos.

EMBLEMA CXXXVIII.

HERCVLEOS *spurij semper celebretis honores:*
Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius esse Deus potuit, quàm sugeret infans
Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

Nothi nobiles.

EOrum qui nati sunt ex iniusto concubitu misera videri cõditio potest; quãquam enim ex nobilibus orti parentibus, nobiles tamen dici non possunt, neque in ius hæreditatis ac familiæ succedunt, nisi soluantur legibus, & à principibus agnoscantur, quasique adoptentur (quod vulgò dicimus aduouere) tunc enim succedere in familiam possunt, sed naturalem illam maculam delere minimè vnquam possunt. Qua de causa Solon statuit spurios nihil debere parentibus, à quibus infamiæ labem accepissent. Sed & Athenienses locum quendam habebant, in

Ayuntamiento de Madrid

quo spurij seorsum ab ingenuis exerceri essent soliti: eum Cynosargem appellabant: nam contaminari nobilitatem putabant spuriorum consuetudine. Themistocles tamen astuto ingenio vir, adolescentes ingenuos & nobiles sensim primus ad Cynosarges blanditiis allexit, vt tolleretur ea spuriorum & legitimorum differentia. Sed ad rem. Rectè quidem & prouidè constitutum à sapientibus fuit, vt parentes vaga vsi Venere, quasi filiis punirētur; & effrenes homines sancti connubij quasi cancellis vi legum continerentur: vtq; discrimen seruaretur inter legitimos & illegitimos partus. Hi & honorū & bonorum paternorum hæredes iure fiunt, eóque admoneri debent parentes virtutis: at illegitimis nihil sæpenumero præter viuere triste relinquitur, adeò vt conqueri possint quòd adeo infeliciter nati maléque accepti sint. Sunt tamen permulti ex iis qui omni ope destituti, omnia sua in seipsis ponunt, suamque industriam excitant. Nemini dubium est qui vel paulùm assueuerit in monumentis veterum, permultos fuisse spurios, qui fortitudine animi dexteritate legitimis quibusque liberis antecelluerunt, quíque susceperunt audenti magnoq; animo, & certè perfecerunt, quæ legitimi ipsi liberi nunquam exequi, nedum attingere potuere. Talis Hercules fuit, ipsiq; omnes Iouis filij, Poetarū fabulis decantati. Eo de numero fuere Themistocles, Æneas, Theseus, Romulus, sed & ipse Alexander Magnus, totius fere Orientis domitor: quibus adiiciam Constantinum Magnum, Theodoricum Gothum, Gullielmum Normannum, & alios quamplures; qui nisi hæreditate aliqua paterna freti essent, aut nunquam pertingere potuissent tantos rerum successus, ipse Hercules, qui ne fieri quidem Deus potuisset, i. immortalem famam non sibi eam comparasset, qua omnium voce peragitur, nisi mammas Iunonis insciæ suxisset, vt putarunt Thebani. testis est Cælius Rhodigin. lib. 21. c. 21. Non piget huc contulere verba eadem Alciati ex 4. Parergôn iuris, c. 3. Apud Gellium cos scriptum legi Iouem, nato Hercule, quòd spurius esset, non in Deorum numerum posset admitti, dormienti coniugis nouerca eum clam suppositisse, & exucto de mammis ab ea infantem ceu natalibus restitutum, diuinitatis iura acquisisse. Cuius rei & Higinus meminit, & Arati interpres, & qui Catanea rei rusticæ Constantino Cæsari inscripsit. Hinc est, vt nothi ad Cynosarges, vbi templum est Hercules, exercentur, quoniam is Deus illis præest, cuius rei & in Emblematis mentionem fecimus. Idem lib. De singulari certamine, c. 11.

Nothi nobiles.

Locus ex Alciati Parergo.

Ad Cynosarges, quid.

gimus in historiis Arnulfum, qui primus & ante Othonem ex Gallia in Germaniam Imperij titulum transtulit, ex Caroli Magni pronepotibus spurium fuisse. Fuerunt & in Cypro Reges, fuerunt vbique etiam approbatissimi duces, non absimilibus ortu natalibus: vt verissimum sit illud Platonis oraculum, Seruos à Regibus, Reges à seruis oriri.

Spurij.] Nothi dicuntur illegitimi, qui incerto patre nati sunt, vel qui nati sunt illegitimo concubitu, l. vulgo quæsiti, D. de statu homin. & l. Diui, D. de captiu. Spurij distinguuntur à vulgò conceptis: sunt enim ij quorum pater est incertus, d. l. vulgò, vt qui nascuntur ex vulgari meretrice. Sed & qui patrem quidem certum demonstrare possunt, sed non eum quem habere liceat, veluti qui nati sunt ex concubina, vulgò concepti, at impropriè tamen & translatè dicũtur, d. l. vulgò quæsiti, & l. Adoptiuus D. de ritu nupt. Olim spurij duabus literis S. P. depingebãtur, quasi qui sine patre essent, rationes exquirit Plutarch. in Problem.

Nec prius esse.] De Herculis apotheosi Cicero Offic. 3. Plin. lib. 35. c. 11. & Ouid. 11. Metam.

Ayuntamiento de Madrid

Imparilitas.

EMBLEMA CXXXIX.

VT *sublime volans tenuem secat aëra falco,*
Vt pascuntur humi graculus, anser, anas:
Sic summum scandit super æthera Pindarus ingens;
Sic scit humi tantum serpere Bacchylides.

ID apparet è Pindaro tractum. Sic enim de se ipse in Ba
idem, Olymp. 2.

——σοφὸς ἐ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ.
μαθόντες δὲ, λάβροι
παγγλωσσίᾳ κόρακες ὡς
ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ἱρὸν ἰχα θεῶν,

id est,

Sapiens multarum rerum gnarus est natura: at discentes procaces inepta loquacitate corui imperfectè admodum garriunt, aduersus diuinum Iouis alitem. ad quem Scholiastes locum, ἀπεικάζεται δὲ πρὸς τὸν Βακχυλίδην· γέγονε γὰρ αὐτῷ ἀνταγωνιστής. Alius est etiam locus ad finem Nemeorum γ.

——— Εστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετεηνοῖς,
Ος ἁλιαίαν ἅψα τυλόεσσαν μεταμαιόμενος
Δαρὸν ἐν ἄγρᾳ πόσιν.
Κραγέται δὲ κολοιοὶ τανυπτερύγων νέμονται. id est,

Aquila in auibus velox est, quæ statim corripit procul vestigans pedibus cruentam prædam: clamosi verò graculi res humiles pascunt. Quibus verbis intelligimus Pindarum se cum aquila conferre, alios verò, vt Bacchylidem, & alios Bacchylidi similes nunc cum coruo, nunc cum graculis. Sic Scholiastes: ἐδικῶ δὲ τὰῦτα εἶπεν εἰς Βακχυλίδην, ὃν γὰρ αὐτοῖς περὶ φύσεως πρὸς ἀλλήλους παραβάλλῃ δ' ἑαυτὸν μὲν αἰετῷ, κολοιῷ δὲ Βακχυλίδην.

Similitudine docet Alciatus, aliquam semper obseruari facilè in ingeniis inæqualitatem. Sunt enim qui vt falco vel aquila volatu præstent, id est, qui ingenij viribus cæteris antecellant: sunt & qui dumtaxat humi gradiuntur, vt aues illæ domesticæ, quibus vna est cura vulgatoria tantùm consectari. quod certè referendum est ad debiliora quæque ingenia & minus viuida, quæ tenues cogunt filiquas: quique plura & magis ardua velint, quàm possint; cùm, vt imperiti pictores, nihil sciant præterquàm simulare cupressum, vt loquitur Flaccus. Primas tenet inter Lyricos Poëtas Pindarus, Bacchylides inferiora tantùm consectari dicitur. Potest non inconcinnè huc referri, quod in oratore Cicero ait: Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in Poëtis non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restrinxit. Reuera tamen suspicor, id Alciatum traducere voluisse in quosdam legum doctores sibi nullo modo conferendos, à quibus tamen vel impeteretur, vel fugillaretur: vt colligere est ex eius aliquot scriptis.

Ingeniorum inæqualitas.

Non omnes possūt tenere primas.

Ayuntamiento de Madrid

Huic conuenit illud ex Olymp.10.

——Ενὶ γὰ ἄλλας
Ο' δὲν ἐδὸι παραίτιρας.
Μία δ' ἐχ ἅπαντας ἄμμι τρίψει
Μελίτα —

Viæ sunt aliæ aliis excellentiores: eadem autem nō omnes no
alit exercitatio. Ausonius ad Paulinum:

Si vitulum tauro, vel equum committis onagro,
Si conseres fulicas cycnis, & aedona parræ,
Castaneis corylos æques, viburna cupressus.

Aquila in nubibus. Cæterùm mihi videtur alluſiſſe Alciatus ad vetus Adagium
Aquila in nubibus: cuius explicationem ſtudioſus vbi euolu
rit, nonnihil ſibi ad huius loci diluciditatem comparabit.

Sublime.] Adiectiuum neutrum pro aduerbio, more Grꝛc
rum.

Pindarus imitationi inacceſſus. *Pindarus.*] Pindarus Lyricorum Poëtarum princeps imitati
ni inacceſſus, vt referunt Horatius lib.4. Carm. & Macrob. ſa
turnal. de quo Plinius lib.7.c.29.

Humi tantùm ſerpere.] Sic Horatius in Arte:

Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ.

Humi ſerpere. Et 2. Epiſtol.

——*Nec ſermones ego mallem*
Repentes per humum,——

Hi ſunt Pindaro λόγοι χαμαιπετεῖς.

Bacchylides.] Lyricus Poëta, Cous genere, filius Medonis
thi Bacchylidæ athletæ, vt ait Suidas. Tres fuiſſe Ælianus tra
dit: hunc primum, alium Athenienſem, tertium Arcadem. Q
mirum videri poteſt cur hîc Bacchylidem adeò eleuet, qu
ctus eſt Siren ob carminis ſuauitatem: ſic enim in Epig
mate 1. ἐνδολογίας,

——Καὶ λάλε σειρὴν
Βακχιλύδη. quod imitatus eſt Politian, Nutricia,
Nec vulgare canit dulcis ab Iulide Siren
Bacchilydes.

Propterea Lactantius in Phœnice (ſi tamen eſt eius poëma
Iuleas voces pro ſuauiſſimis & delicatiſſimis accepit, voca
ab Iulide, Bacchilydis melici patria, ducto.

Ayuntamiento de Madrid

In desciscentes.

EMBLEMA CXL.

QVOD fine egregios turpi maculaueris orsus,
In noxámque tuum verteris officium,
Feciſti, quod capra ſui mulctralia lactis
Cùm ferit, & proprias calce profundit opes.

CVm quiſpiam fermè toto ætatis curriculo prudenter probéque ſeſe geſſerit, & in extrema ſenectute vel etiam poſt præclarè facta, criminis aliquid aut vitij admittit, nec gloriæ debitum ſibi præmium expectat, efficit vt capra, quæ mulctram moto pede diſpergit, totúmque lac emiſſum, iámque in mulctrali paratum effundit, vnde natum prouerb. Capra Scyria. Eiuſmodi ſunt qui è felici principio, id eſt, pueritia bene

Capra Scyria.

Ayuntamiento de Madrid

& liberaliter instituta, deflectunt ad mores corruptissimos, ritámque deploratissimam, vt Nero, Tyberius,& similes Rom

Exempla eorum qui desciuerũt à virtute.

Reipubl. pestes, qui è præclaris initiis semper in peiora pro cesserunt,& vitam omnium infelicissimè clauserunt.His annu merari potest Metellus Pius, qui cætero vitæ tempore cons nentissimus,ad extremum iam senex in Hispania Consul, fi dis indulsit voluptatibus. Idem euenit Hortensio, & Lucul & apud Græcos sapientissimo legislatori Soloni, Antioch magno,Xerxi,& aliis multis:&, vt etiam ex historia sacra co ligere est,Sauli, Salomoni & Samsoni, qui in peius progre sunt.Huc adagia referre possum,Auris Batava: &, Primum A gina optimos pueros alit: &, Mandrabuli more res succe Exempla verò ex Valeran.Maxim. cap.de Mutatione mor & fortunæ.

Quod sine egregios orsus.] Optimum principium. Liuius lib. Vt orsis tanti operis successus prosperos darent.

In noxámque tuum.] Prouerbialis locutio,vt cùm officium citur in maleficium conuerti.

Mulctralæ.

Mulctralia.] Vas in quo mulgetur, quod & mulctrum mulctrale dicitur.Virgil.in Georgicis:

---implebunt mulctralia vaccæ.

Calce.] Extrema pedis parte.

Ayuntamiento de Madrid

Æmulatio impar.

EMBLEMA CXLI.

ALTIVOLAM miluus comitatur degener harpam,
Et prædæ partem sæpè cadentis habet,
Mullum prosequitur, qui spretas sargus ab illo
Præteritásque auidus deuorat ore dapes.
Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studendum
Vtitur hoc lippo curia tamquam oculo.

AEgrè ferebat Alciatus æmulum quempiam esse sibi syndromũ, eum quidem legum interpretem auditores quosdam malè affectos allicientem, qui quantum poterat, operam dabat, vt eius gloriam obscuraret, vel etiam eruditior haberetur: quem tamen vt imitatorem ignarum grauiùs pungat, per- Emblema scriptum in quendã σύνδρομον.

Ayuntamiento de Madrid

bella vtitur similitudine, ac tum non sibi temperat à conuiciis, nempè eum confícto nomine οἰνοπράτης, quasi dicas, vinipotens aut meripotor : & tandem lippum oculis appellat, quod ad iudicij imperitiam refertur. Quemadmodum, inquit, miluus degener comitatur harpam altè volantem, vt iis vescatur ciborum reliquiis, quæ ex eius rostro frustulatim concidant : vtque sargus marinus piscículas mullum piscem consequitur, vt quæ præterierit, arripere queat: eodem modo mecum agit Oenocrates ille, ludi magister bibax, qui relictos à me quosdam auditores excipit : quo iidem vtuntur, tamquam lippo oculo, id est, nullius iudicij doctore, & imperito legum interprete, cui sit Iuris Ciuilis abstrusa scientia penitus incognita. Eum itaque hominem maledicentiæ notat, vinolentiæ, stultę cuiusdam imitationis & imperitię. Hunc fuisse Alexandrinum nomine, Iuris interpretem Alciato infestum non leui coniectura fassus mihi est Germanus Andebertus, Regiis tributis Aureliæ præfectus, cuius viri certè docti & amici non potest non esse mihi gratissima iucundissimáque recordatio, quem scio à permultis eruditis hominibus officiosè & honorificè cultum, & cum quo sæpe de literis sermones vltrò citróque habui superioribus anteactis annis cùm Iuri Ciuili operam darem Aureliæ.

Oenocrates.

Miluus.] Auis rapacissima & gulosissima : de qua Plin. lib. 10. cap. 10. Miluum verò degenerem dixit, vt suo Oenocrati accommodet, quasi extra ordinem doctori, seu potius hero, imperito leguleio.

Miluus.

Harpa.] Harpa auis voracissima, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, à diripiendo dicta. de qua Plin. lib. 11. cap. 74.

Harpa.

Mullus.] Genus marini piscis & fluuiatilis, qui quòd genis barba insignitur, barbatulus, barbo, vel barbatus dicitur. Huius mentio est apud Plin. lib. 9. cap. 17. & 32. ca. 11. quomodo differant inter se fluuiatilis & marinus, notent curiosi.

Mullus

Sargus.] Sargus piscis, de quo iam antè, in mari nascens Ægyptiaco, vt est apud Festum: qui teste Plin. eum quem Lucanum nominant, comitatur : & illo cœnum fodiente, hic excitatum pabulum deuorat. Vnde hominem ex aliis laboribus sibi fructum & gloriam vsurpantem, & alienam, vt dicitur, messem demetentem, qui velint significari, sargum & mullum pingunt. Sequitur enim sargi reliquias mullus, atque vbi ille excitauerito abierit (fodere enim potest mullus) descendit & pascitur, vt retulit Pierius lib. 10.

Sargus.

Depin-

Deserta curia.] Ironicôs dictum, pro decuria, vel auditorio deserto.

Lippo oculo.] Ipsemet Alciatus prouerbiale hoc dicendi genus interpretatur Parergôn lib. 6. cap. 12. Vti tamquam lippo oculo, inquit, prouerbialiter dicitur de re qua carere non possumus, cùm tamen damnosa nobis sit. Eleganter Plaut. ad seruos improbos traxit, quos quamuis Dominum decipiant, tamen retinet Dominus, & vt potest, eorum opera vtitur, cùm vt velit non possit. Eius carmen est in Persa: Oculo lippo.

Ego neque libenter seruio, neque sum hero ex sententia,
Sed quasi lippo oculo me meus herus vtitur, manum
Haud abstinere quit tamen, qui imperet mihi.

Sed & apud eundem in Bacchidibus sic senex loquitur.

Lippo ille oculo seruus est simillimus, &c.

Lege Prouerb. Lippo oculo similis.

Curia. De curiæ nomine, si vacat, euolue caput 16. lib. 1. Genial. dierum Alexandri Neapolitani: non enim mihi vacat omnes minutias persequi. Curia.

Albu

Ayuntamiento de Madrid

Albutij ad D. Alciatum, suadentis, vt de tumultibus Italicis se subducat, & in Gallia profiteatur.

EMBLEMA CXLII.

Quæ dedit hos fructus arbor, cælo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe priùs.
Translatu facta est melior, quæ noxia quondam
In patria, hîc nobis dulcia poma gerit.
Fert folium linguæ, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc vitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus,
Multum corde sapis, nec minus ore vales.

Albutius l.c.

ALbutij, cuius hoc Epigramma est, Aurelij Iute[nsis] meminit Alciatus ipse libro Prætermissorum 3. Le[ctionum] [illegible]

Ayuntamiento de Madrid

logiam quandam eius nomine aduersus Petrum Stellam, & Lõgouallium legum doctores. Hic monet, vt Alciatus à tumultibus & factionibus Italicis sese submoueat, & florentissimam Galliam petat, in qua futurus sit commendatior. Sumit argumenti materiã à pomi Persici trãslatione, quod in Perside virulentum fuit, in Italia verò consitum, loci mutatione toxicũ habere desiit. Eodem modo si patriã relinquat, in extera regione admirabilem futurum Alciatũ sperat: sicque tacitè alludit ad illud Euangelicum, Non est Propheta sine honore nisi in patria sua. Smile est quod Erasmus in quadam ad Alciatum epistola scribit: Pietatis erat, inquit, quòd patrię tuæ potissimum bonum ciuem præstare volueris: sed Deus voluit eruditionem tuã velut in edito lucere pluribus. Nam virtutis splendor nescio quo pacto in sua cuique patria ferè obscurior obtingit. Quod apertius (vt carminis nostri enarrationem habeamus magis perspicuam) Alciatus ipsemet explicuit oratione quadã Ferrariæ habita, hic omninò verbis: Scio, inquit, plerisque suspectam esse posse tam frequentem mutationem meam, qui nunc Auenioni, nunc Biturigibus, nũc Ticini, nunc Bononiæ professus sim: nec deerunt qui inconstantię hoc tribuant, tanquam nusquam possim consistere, & quod in carmine Horatiano est.

Locus ex Erasmi epistola.

Locus ex Alciati quadam oratione.

Romæ Tibur amem, ventosus Tibure Romam.

Etenim non bene compositæ mentis argumẽtum est, cum quis huc atque illuc vagus discurrit, nec quiescere potest. Cæterum mihi excusatio est in promptu, notissimũque omnibus est, me, dũ bellicos tumultus subterfugio, tutamque studiis meis sedẽ perquiro, diutissimè esse peregrinatum, Principumque iussionibus huc atque illuc agitatum, certam sedem tenere non potuisse. Idem Oratione Ticini habita sic: Quamplurimi vestrũm optimè sciunt, vt belli calamitatibus eiectus, relicta patria trãs Alpes profectus sum: ibi professorio muneri addictus, aliquot annos summa cum gratia moram traxi: quod an illorum humanitati tribuam, an qualibuscunque nostris studiis, non satis scio. Tria certè magnifica hac in disciplina tribus in celeberrimis gymnasiis mihi cõtigerunt, quæ nescio (quod citra arrogãtiam dictũ sit) an cuiquam alij: primùm vt Auenioni, cùm nunquam ad eam diem cathedram ascendissem, stipendium sexcẽtorum mererer, & ætate longè impar, senioribus tamen æquarer: alterum in Biturigibus, quorum liberalitate magistratus Christianissimi, ipsõ Rege adiuuante, secundo quàm eõ venerã anno duplicatũ mihi est honorarium, & mille ducẽtiq; præstiti

Alter locus ex eodem.

ter

tertium est,quòd tam à longinquis partib. in patriam ab ext
lentissimo Duce nostro accersitus,Senatoria dignitate orna
hanc accessionē ne quidē cogitans,tantū abest vt petierim,
Locus è Paulo Iouio. cōsecutus,hactenus ille.Nec verò prætermittā hoc Persici
bolū à Paulo Iouio explicati in eo Dialogo qui est De not
morū & amoris,cū inscriptione.*Translata proficit arbos*,ip
ciato ascribi. Sed & pomum Persicū notā fuisse eius qui in
cælo melior sit, tradit Pierius lib.De sacris Ægypt.literis

Persica Pyrus vnde. *Quæ dedi thos.*] Cùm Persæ aliquando in Romanos bel
gererent, multis in locis Italiæ Persica implantarunt, qu
Perside venenum præsentaneum ferunt.Hac tādem arbor
stes extinctum iri sperabant: sed in Italia mutato solo natu
etiam mutauit,qua in opinione est Columel.vbi refert,

——*pomis cùm barbara Persis*
Miserat, vt fama est, patriis armata venenis:
At nunc expositi paruo discrimine lecti,
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.

Id non videtur Plinio verisimile lib.15. cui tamen aduer
Galenus, Paulus Ægineta,Plutarchus,& alij.
Martial.13.Persica nux.

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,
Nunc in adoptiuis persica cara sumus,

Translatu facta est melior.] Quasdam arbores mutare na
pro regionum varietate, testis est Plutarch. eo libro qu
scripsit, De facie quæ apparet in orbe Lunæ.

Fert folium linguæ.] Plutarch.commentario.De Isid
De persica ardore. de,Persicam arborem Isidi consecratam fuisse scribit,qu
guæ folium habeat,fructū cordi simile. Eius hæc verba
τῶν δ' ἐν αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῷ θεῷ καθιερῶσθαι λέγ
περσέαν, ὅτι καρδίᾳ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ δὲ τὸ φ
ἔοικεν· ἀδύνατον γὰρ ὧν αὐδρωπος ἔχων πίστιν θαλεπωτέραν λέγειν
σα τοῦ περὶ θεῶν, δι' μείζονα ῥοπὴν ἔχῃ πρὸς δυσμενείαν δ
νὰς τὸ χρησίμου ἐντεῦθα κατιόντι παρεγγυῶμαι, ὅσια φρο
σχημα λέγειν: De stirpibus Aegyptiis maximè com
Deæ aiunt Perseā:quòd eius fructus cordis,foliū lingu
referat.Nā eorum quæ in hominem cadere possunt, nih
ni⁹ est oratione,præcipuè verò de Diis:neq; vlla res al
ad felicitatem affert momentum. Itaq; hic præcipitur
oraculū aditurus,vt sanctè pieque sentiat,& modestè lo

Tu procul à patria. Virgiliana imitatio è 10. Ecloga.

Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum
Alpinas,ah,dura nives. —

Ayuntamiento de Madrid

Princeps ſubditorum incolumitatem procurans.

EMBLEMA CXLIII.

Tuanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miſeros nautas anchora iacta iuuat:
Hanc pius erga homines Delphin complectitur, imis
Tutiùs vt poſſit figier illa vadis.
Quàm decet hæc memores geſtare inſignia Reges,
Anchora quod nautis, ſe populo eſſe ſuo!

EPigraphe ſimilis mihi videtur ſententiæ Marcellini Amiani, qui 29. lib. grauiter pronunciauit, Imperium curam eſſe ſalutis alienæ. Principes enim debent habere perſpectũ ſe ſibi minimè natos eſſe, ſed ſui populi cõmodo & vtilitati. Plinius libr. 18. ait, Delphinum futuram tempeſtatem præſagire.

Quo

Ayuntamiento de Madrid

Delphin φιλάνθρωπος.

Quocirca vt φιλάνθρωπος si nauem ventis agitatã offendet tutiùs vt figatur, anchorã quasi humano quodam instinctu rigit: sic Princeps quisque suorum maximè studiosus esse debe potissimùm verò sæuiente tempestate & impetu belli, vel infortunio quodam alio impendente, ne Reipub. status aliquo modo perturbari, aut etiam comminui. Cæterum Delphinum anchoræ illigatum pro insigni & stemate publico

Delphinus alligatus anchoræ.

ferunt olim nonnulli Principes & Imperatores laudatissimi Augustus Cæsar, T. Vespasian. Seleucus & Nicanor: nostro sæculo Ald. Manutius, nobilis apud Venetos typographus de re est elegantissima παρίκβασις in Prouer. Festina lente

Anchora Thalassiarchi Gallici.

Erasmum. Nostris etiam temporibus Gallici Imperij Thalassarchus, id est: Admiralius, insigne hoc circumfert, vt nuper Lautus ille nostrorum patrum ætate Philippus Chabotius. In scu Vlyssis Delphinum depictum fuisse scribit Plutarch. ad fin disputationis, qua quærit, Vtra animaliũ plus rationis habeat an terrestria, an aquatilia. Apponam & id Xenophont. è l. μνημον. vbi facit Socratem disputantem cum Dionysiod

Præclarus locus Xenophontis.

Quam ob caussam, inquit, Homerus appellat Agamemnonem ποιμένα λαῶν: nisi quòd vt pastor suarum ouium curam habe debet, quo habeant quæ sunt ad victum necessaria, sic et Principem curare est necesse, quæ populo expediant: Nõ tantùm laudatur Agamemnon vt κραταιὸς αἰχμητὴς, sed ximè vt βασιλεὺς ἀγαθὸς, qui non se modò bene regere etiam suis felicitatis caussa esset. καὶ γὰρ βασιλεὺς αἱρεται ἑαυτῷ κακῶς ἐπιμελήσεται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἀρχόμενοι διὰ τοῦτο πράττωσι Rex non eligitur vt sui curam habeat, sed vt per qui eum elegerunt, in felicitate viuant.

Titanus.

Titanij fratres.] Venti qui Titanes dicuntur, à patre Saturni fratre, Gigãtes robustissimi, qui pro ventis v à Poëtis, —— *miseros* Epitheton conueniens, vt illud est lib. 8. —— *miseros fallentia nautas*

Sidera non sequimur: —

Anchora quid.

Anchora iacta iuuat.] Prouerb. Anchorã sacram solue autem anchora præsidij & salutis typus, Pierius lib. 45. Ad gloriam & felicitatem retulit Pindarus 6. Isthmio quis, inquit, hominum sumptu & labore diuinas virtut quitur, Deus illi amabilem gloriam præstat, & βάλλει' ἄγκυραν διότιμον ἐών: id est, Felicitatis iacit diuino honore auctus. Quid si huc reuocemus aureũ monitum è vita Solonis: quo loco dicit, Senatu

Ayuntamiento de Madrid

fumari ciuitatem? Memini & Euripidem in Hecuba, Polydorum generis familiæque suæ anchoram nominare, ὃς μόνῳ οἴκῳ ἄγκυρ' ἐμῷ: qui iam solus generis supereſt anchora noſtri. Ariſtides oratione Panathenaica prima, dicit Græcos omnes vbi viſos fuiſſe in portu quodam duabus nixos anchoris, quaſi ſemino fultos præſidio.

In Senatum boni Principis.

EMBLEMA CXLIIII.

Dialogiſmus.

EFFIGIES *manibus truncæ ante altaria diuûm*
Hinc reſident, quarum lumine capta prior.
Signa poteſtatis ſummæ, ſanctique Senatus
Thebanis fuerant iſta reperta viris.
Cur reſident? quia mente graues decet eſſe quieta
Iuridicos, animo nec variare leui.
Cur ſine ſint manibus? capiant ne xenia, nec ſe

Ayuntamiento de Madrid

Pollicitis flecti muneribúsve sinant.
Cæcus at est Princeps, quòd solis auribus absque
Affectu, constans iussa Senatus agit.

Fons Emblematis.

ID agalma Iudicum Thebanorũ è variis auctoribus petiꝝ
se scio. Certè Plutarchus attigit libro De Iside & Osi
quod idem Sermone 44. Stobæus retulit ex eodem Plut
his verbis : ἐν Θήβαις εἰκόνες εἰσὶν ἀνακείμεναι δικαστῶν ἄχρι
τῶ ἀρχιδικαστῆ μύσας τοῖς ὄμμασιν, ὡς ἄδωρον ἄμαχον δικαιοσύ
ἀνίντυβυτον ἔσαν: id est, Thebis imagines cõspiciuntur Iudi
manibus carentes: at summi Iudicis imago conniuet ocu
quòd iustitia nec muneribus capi, nec hominum vultu

Locus ex Alciati oratione.

debeat. Alciatus ipse Oratione quadam in laudem Iuris cu
hæc ait: Chrysippus Iustitiæ imaginem ita expressit, vt puel
virginis forma, aspectu vehementi, luminibus oculorum a
rimis conspiceretur, quòd videlicet iudicem incorrupto
iudicio, sanctum, seuerum, contra improbos inexorabilem
ac maiestate æquitatis, veritatisque terrificum esse opor
Quapropter memoriæ est traditum, magistratuum stat
Thebanis ita solere formari, vt sine manibus essent: Princ
verò clausis oculis, nimirum eam iustitiæ naturam esse o
dentes, vt incorrupta sit, nec pretio precibúsve, aut alicu
voluptati cedat. Non verebor in vsum rapere meum qu
tulit auctor industrius, multæque lectionis, Alexand. ab
xand. lib. 3. Thebani, inquit, vt incorruptam iustitiam sign
nec variari gratia, Iudicum imagines sine manibus, Prin
verò sine oculis in foro proposuere, vt signis ostenderent,
ces affectibus capi non oportere, caussaque definita d
vndecimuiris pœnis afficiendos tradebant. Certè legibus
nis & humanis iudices à muneribus capiundis abstinero
iccircò hic truncis manibus pinguntur, quod non præc
Pierius lib. Hieroglyph. 35. Præses ipse captus est oculis, n
fectu quodam moueatur, siquidem, vt ait Cicero Officio
neque contra Remp. neque contra iusiurandum ac fidem
ci caussa vir bonus faciet, ne si iudex quidem erit de ip
eo. Ponit enim personam amici cùm induit iudicis. Nam
nia facienda sint, quæ amici velint, non amicitiæ tales. Sed
iurationes putandæ sunt, quocirca non oculis vtatur, sed
bus, ne citò moueatur: & cùm ipsi dicenda est sententia,
nerit se Deum habere testem, id est, mentem suam,

Ayuntamiento de Madrid

ipſe dedit homini diuinius. Adhęc omnes ſedent, quòd animus eorum debeat eſſe optimè compoſitus, nec hinc atque hinc flecti, quod eſt leuitatis: ſedendo etenim & quieſcendo fit anima prudens, ait Philoſophus. Euſtathius ad Iliad. ſ. notat ſtatuas Minervæ olim omnes ſedentis ſpecie fieri ſolitas. Interdum enim ſedere idem eſt quod conſilium capere, vt apud Plautum is qui nimio plus ſapere ſe ſedentem aſſerit. Vulgatumque eſt illud, Romanus ſedendo vincit, id eſt conſultando. Pierius libro 43. Lubens huc referrem quę de iuſtitiæ imagine olim à Carneade expreſſa Gellius adnotauit lib. 14. c. 4. ſed quia liber eſt in omnium manibus, facilè tranſeo. Velim potius id obſeruari diligenter, quę concisè lib. 14. Hiſtor. var. ſcripſit Ælian. Olim apud Ægyptios eoſdem fuiſſe iudices, qui ſacerdotes erant: quorum Princeps natu proximus in omnes ſtatuendi ius habebat: quem omnium optimum atque æquiſſimum eſſe oportebat. Is circa collum imaginem è ſapphiro gemma confectam geſtabat, quæ Veritatis nomine nuncupabatur. Atqui, ait ille, Iudex veritatem non tam in lapide ſculptam aut expreſſam circumferre, quàm in animo mentéque inſitam & infixam habere debet.

Cur ſedent iudices.

Cur reſident.] Cicero ad finē prooemij Dialogi De claris orat. Sed quo, inquit, facilius ſermo explicetur, ſedentes, ſi videtur, agamus. Cùm idem placuiſſet illis, tum in propatulo conſedimus, hæc ille. Perſonæ Dialogorum ſedere vel dicuntur, vel intelliguntur: Dicuntur quidem in libris Oratoris, in quæſt. Acad. in lib. De nat. Deorum, in Phædro Platonico: Intelliguntur libris De finibus quatuor, in Lælio, in Catone, & multis Platonis Dialogis. Certè M. Tullius videtur ſemper ambulare, cùm Peripateticum agit, vt 5. De finib. 1. De diuinat. 1. De legib. aliàs, vt Academicum, vult ſedere, quo ſignificet aliquid ſtabilius diſſeri. Conſtat ex veteribus iudices ſedere ſolitos, cùm quid ſtatuendum eſſet. Ita enim Iuſtinianus in Nouella 8. De iudicibus: Sedebunt autem, ait, hi pedanei iudices continuè & nunc in regia baſilica, in quibus & tunc domunculis iudicabit, &c. Idem in Nou. Vt ab illuſtrib. & qui ſuper eam dignit. Secundum quod, ait, datum eſt eis ſuper hoc priuilegium, ne cogantur aut ſedere cum iudicibus cùm iudicant, aut ſtare rurſus tanquam litigantes. Marcianus l. 7. D. Quod met. cauſ. Confeſtim autem pro tribunali te ſedentem adiit. Sic in l. 2. D. Ad Senat. Tertyll. ſedere dicitur Prætor. Confeſtim autem ſic erit accipiendum, vbi primum potuit, id eſt, Prætoris copiam habuit

Sedere quid habeat myſterij.

Iudices cur ſedeant.

Ayuntamiento de Madrid

huic rei sedentis. Et in l. 7. D. De in integ. restit. Confestim aq- tem pro tribunali te sedente adiit. Bonifacius in cap. fin. De sen- tent. & re iudic. in v 1. Sententia, ait, quam scriptam edi, à nul- ce litigatoribus non recitari, vel quam ab ipso stando, non se- dendo proferri contingit, nullius penitus est momenti. Gellius lib. 7. De Scipione: Et quodam die, ait, ius in castris sedens d- cebat. Plinius lib. 5. Epist. Sedebant iudices, centumviri re- rant, obseruabant aduocati silentium longum, &c. Cicero p- Rabir. Accusaui de pecuniis repetundis, iudex sedi. Ad hanc rò rem Plautus in Mostellaria:

Nimio plus sapio sedens.

Affectus sedati in iudicibus.

Quia mente graues.] Huc illa Callistrati verba aptanda, q- habentur l. 19. D. De offic. Præsid. Sed & in cognoscendo, a- neque excandescere aduersus eos quos malos putat, ne- in precibus calamitosorum lacrymari oportet. Id enim nou- constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus decer- hæc ille.

Munera non debet à iudicibus.

Capiant ne xenia.] Prohibetur enim 1. & 6. Deuteronomij, cleſiast. 42. & Prouerb. 24. multisque aliis in locis. Refert nius 8. Epist. Iulium Bassum accusatum repetundarum, quòd Bithynia quædam munera ab amicis prouincialibus accep- Lex enim dona & munera à magistratibus accipi, imò ven- quid emi vetat, nisi victus quotidiani caussa. Hoc tamen ad- mus licet: Non in totum xeniis abstinere debet proconsul, (- Vlpian. in l. 6. de offic. proconsul.) sed modum adiicere: vt ne- morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum e- cedat, qua de re verba hæc sunt Seueri & Antonini: Quam- ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Vetus prouerbium ὅτι πάντα, ὅτι πάντοτε, ὅτι πᾶς, ἀ πάντων. Nam valdè inhum- est à nemine accipere, sed passim vilissimum est, & per om- auarissimum, &c. Qua ratione Plin. Epist. 5. ad Seuerianum, in causis agendis & exercendis iudiciis non modò pacta- dono, munere, verùm etiam xeniis se semper abstinuisse, vb- étè subiicit oportere quę sunt inhonesta, parúmque decora, quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Sic Spartian. tra- scennium Nigrum salaria iudicibus è publico dari voluisse, cui essent oneri: adiecisseque, iudicem nec dare debere, nec cipere.

Cæcus at est Princeps.] Oculus in Hieroglyph. pro gratia, vt ita dicam, fauore vsurpatur, vt tradit lib. 33. Pierius. Nec

Ayuntamiento de Madrid

quòd suspicionibus aut coniecturis aliquid vspiam tribuat ipse iudex, nec litigantium verbis hæreat, sed probationibus manifestis veritatem inuestiget. Quod eleganti complexus est monosticho Poëta nescio quis:

Μηδὲ δικῶν δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς:

Ne de lite pronuncies, nisi vtramque partem priùs audieris. Decretum id dicitur propriè quòd causa cognita pronunciatur à iudice: nec enim decretum dici potest nisi vtraque audita parte. Tertullianus Apologetico: Respondendi, altercandique potestas patet, quando nec liceat inauditos & indefensos omninò damnari. Huic conuenit l. 1. Cod. de condemn. reis: & veterum consuetudo qui reos nisi auditos condemnabant, quoniam qui auditi non essent, pro indamnatis habebantur, ex Lycurgi legibus; vt tradit Val. Max. cap. de Sapienter dictis & factis. Tritum id è Solonis Elegiis:

Ἄρχων ἀκούειν καὶ δικαίως κ' ἀδίκως.

Magistratum gerens audi & iusta & iniusta.

Quod solis auribus absque Affectu.] Memini legere me, Atheniensis iudicia de cædibus habituros, ad Areopagum, Martis vicum, ire noctu solitos: iisque qui causas dicerent, affectibus abstinendum fuisse testatur Isocrates Areopagitico. Nolebant enim iudices miserabilium personarum intuitu, vocisque lenocinio, quod magnas ad flectendum, perturbandúmque vires habet commoueri. Longè alia Romanorum consuetudo fuit, qui quocunque modo iudices ad iracundiam vel misericordiam flectebant: quod Cicero facere solet in perorationibus. Celebre est exemplum Sergij Galbæ, qui reus à Libone trib. pleb. accusatus, quòd prætor contra fidem Lusitanos quosdam interfeciisset, eum nihil haberet quo se purgaret, paruos suos liberos flens commendare cœpit: quo facto ita iudices permouit, vt nihil in eum grauius statuerint. Hanc rationem producendi reorum liberos Fabius libr. 6. capit. 1. memorat, vt & Val. Max. 8. cap. 1. eámque ter vsurpatam memini à M. Tullio, nempe pro Flacco, pro Sylla, pro Sestio. Idem in Planciana sic: Non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lachrymis, sed misericordia, mecúmque vos simul miserrimus & optimus obtestatur parēs: & pro vno filio duo patres deprecamur, pro Fronteio: Tendit ad nos virgo vestalis manus supplices easdem, quas pro vobis Diis immortalibus tendere consueuit: cauete ne periculosum superbúmque sit, eius vos obse-

Ayuntamiento de Madrid

crationẽ repudiare, cuius preces si Dij aspernarentur, hæc salus esse non possent. Quibus ex locis intelligimus quàm graues iræ motuum faces admoueat, vt iudicum animos ad lenitatem & misericordiam impellat.

Consiliarij Principum.

EMBLEMA CXLV.

HEROVM *genitos, & magnum fertur Achillem*
In stabulis Chiron eruditisse suis.
Semiferum doctorem, & semiuirum Centaurum,
Assideat quisquis Regibus, esse decet.
Est fera dum violat socios, dum protrit hostes:
Estq; homo, dum simulat se populo esse pium,

Ayuntamiento de Madrid

CHiron Centaurus Saturni & Phillyræ filius (inde Phillyrides à Poëtis dictus) superiore sui parte homo, equus inferiore, datus creditur Achilli pædagogus, sub quo disciplinas liberales excepisse tradunt. Vt enim ait Homerus, fecit eum oratorem verborum, factorem verò rerum: id est,

——διδασκέμεναι τὰδε πάντα
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρα τε ἔργων.

Ferina in Chirone natura variis modis exponitur è Mythologis: sed hic notantur maximè Principum Regúmque consiliarij: qui ferinam quidem & plusquam belluinam naturam referunt, cùm suo principi praua consilia suggerunt, vt populares suos pecuniis emungant, vel suo commodo, Reipubl. procurent incommodum. Speciem humanitatis habent, cùm iustitiæ & pietatis imagine populum sibi deuinciunt. Quod itidem explicatum est ab ipso Alciato lib. 9. Parergôn, cap. 13. his omninò verbis: In Græcis auctoribus annotaui, à Chirone Centauro Achillem, aliósque Regum filios eruditos fuisse fingi, quòd soleant doctores & consultores Principum natura quidem feri esse, & promptum ad asperiora ingenium habere: humanitatem verò in speciem tantùm præ se ferre. Idem disputat Maccia- Machia-
uellius, auctor Italus (de quo quid ego cum aliis multis in to- uellius Ita-
tum sentiam, nihil habeo dicere, nisi quòd existimem eum lus.
in ciuibus negotiis alioqui perspicacem, & magni certè ingenij virum, sed in quo tamen parum aut nihil planè fidei esset & veræ religionis, vt eius scripta quædam testantur.) ille itáque ferè sic disserit capit. 18. eius libri, quem de Principe lingua sua edidit. Primùm quidem Principi fidem hosti & aliis cum quibus rem habet, seruandam esse dicit, sed ea tamen lege, ne obesse possit. Si quid enim noxæ importatum iri ob fidem datam Princeps metuat, ei suadet ad fraudem & astus esse recurrendum. Docet perspicuè concertationem omnem legibus vel fraude institui atque perfici: has quidem hominum esse, hanc verò belluarũ. Sed quia interdum leges non satis esse firmæ ac stabiles videantur, inclinandum animum ad dolos ille præcipit: Principem enim decere, vt humanã & belluinam naturam præ se ferat. quod à veteribus figmento quodam expressum notat in Achillis educatione, quem è Chirone Centauro institutum tradunt, vt significarent Principem quemcunque hac natura duplici præditum esse debere. E belluis autem duas in primis proponendas, Leonem nempè & Vulpem: illum quidem viribus, hanc astu & vafritie permultum valere: illum, vt incau- Ferina Chironis natura quid.

Ayuntamiento de Madrid

tus est, non rarò se in retia temerè coniicere: hanc, quia, non satis virium habeat, fallaciis vti. Quibus argumentis, parum quidem Philosophicis, ne dicam impiis, Principem eum qui magnas & periculosas aggrediatur, eásque turò ad exitum reducere velit, fraude instructissimum esse debere, docet non tam πολιτικὸς ἀνὴρ, quam ἄθεος.

Huc ferè pertinet Ciceronis illud ex primo libr. Offic. Duobus modis fit iniuria, aut vi, fraude: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: sed fraus odio digna maiore.

Gentos.] Liberos.

Magni cognomé qui bus tributum.

Magnum Achillem.] Diximus in superioribus, magni cognomen paucis quibusdam, & iis illustribus, tributum esse, Alexandro, Pompeio, & aliis. Plutarch. in Pompeio.

Centauri qui.

Semiferum Centaurum.] De Centauris ea mihi minimè temerenda sunt, quæ studiosè tradit Palæphatus eo, quem scripsit libro De non credendo fabulis. Id dumtaxat è Plinio, lib. 7. c. 56. Pugnare, inquit, ex equo, Thessalorum inuentum est, quos Centauri appellati sunt. hinc nata fabula, quòd biformes concantur, ἱππεῖς ab Isocrate, inferiori parte referentes equum, superiore hominem. Dicuntur autem Centauri, κεντηστῆρες, stimulatores, à κεντέω, stimulo. sic enim & ἱππονηστῆρας, equorum stimulatores Luciano nominantur, id est, equites, nec admodò qui vehuntur equis, sed qui sunt assueti prædis: quales latrones & aulici permulti, & alij quidam reguli, vt & vicani illi prædicti qui apud nos honorifico nomine Gentiles homines appellantur. Aliunde ducit etymon centauri Tzezes 7. Chiliad. Historia 99. nimirum à κεντῶν καὶ αὔρα, sed nihil ad hoc institutum argumentum.

Ayuntamiento de Madrid

Opulentia tyranni, paupertas subiectorum

EMBLEMA CXLVI.

HVMANI quod splen est corporis, in populi re
Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco aucto arguitur ciuica pauperies.

Similitudine ostendit opulentiã tyranni, causſam esse subditorũ inopiæ. Vt enim in corpore humano si splen sit auctior & tumidior, tabem & maciem cæteris partibus inducit. Rationem adfert Aristor. in problem. Quòd splen multam ad se trahit materiam, quę transire in alimentum debebat. Cõstat enim, ait ille, homines pauci splenis pingues effici. Splen autem viscus est in sinistra animalis parte, succos ad se attrahens crassos & melancolicos in hepate genitos. Lienem Latini vocant, de

Lien quid & eius officium.

Ayuntamiento de Madrid

Traiani dictum.

quo Galenus lib.4.De vsu partium cap.15.Id verò Traiani Cæsaris apophthegma fuit: si quidem fiscum lienem appellabat, quòd eo crescente reliqua membra tabescerent. Magno certè regni & Reipubl. malo Princeps auarus nascitur, cui nimirum census publici,& vectigalia plus æquo placeant. quo fit, vt miserrima plebecula cogantur ad egestatem & extremam paupertatem,cùm tyrannus in suorum possessionē violenter irruit, eorúmque peculium depeculatur. Certatim è doctis illud Tyberij celebratum est: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Quo damnabat tyrannos illos δημοβόρους, qui suis abraduntquicquid possunt,& sic importunius in fiscum suum conuertunt, vt à misera plebecula non pellem modò,sed & carnes ipsas detractas velint. Eandem sententiam, sed aliis verbis expressam ab Alexandro Macedone, literis proditam habemus. Huic enim cùm displicerent exactiones,eorúmque portitores, qui à subditis ampliore, vectigalium reditus, quàm per fortunas hominum liceret, extorquebant, apud suos dictitabat, κυπαρῦν μισῶ τὸν ἐκρίζων ἐντιμεντα τὰ λάχανα, Olitorem odi qui radicibus herbas conuellit, atque ab ima stirpe arbores excidit. Artaxerxes Longi manus dictitabat, Addere quàm auferre magis esse regium: Ptolemæus Lagi filius,Ditare quàm ditem esse, cōuenientius esse regi.Notum illud,Lucri bonus est odor ex re qualiber. Sed ad illustrationem hæc quæ sequuntur placuit adiicere.Theodoricus scribens ad Marcellum Adiectum fisci, apud Cassiodor. Variat. lib. 1.Epist.22. Non quoperes, ait,sed quemadmodum vincas inquirimus:non quaras de potestate nostra sed de iure victoriæ: quando laudis à parte fisci perditur, cùm iustitia non habetur.Nam si minus vincat,oppressionis inuidia est: æquitas verò credentem supplicem superare contingat. Et lib.4. Epist.37. Cremenscalium tributorum iustissimo sunt pensanda iudicio: quia uientium imminutio est huius illationis accessio, quamque pars illa proficit, tantum se hæc à firmitate subducit. à nobis, qui fisci vtilitatem stabili volumus diuturnitate consistere, excludenda est dispendiosa semper enormitas, ne gmento suo tumens summa deficiat, incipiátque magis se, quia immaniter visa est accreuisse. Rectè itaque idem Cassiodorus. libro 1. Fit interdū caussa mala fisci, vt bonus Princeps esse videatur. Rarò enim (vt eiusdem Cassiodori verbis vtar) vtumque sub admiratione perfectum est, vt & fiscus ditesceret, & priuata vtilitas nulla damna perferret. Et Alcia-

Locus præclarus è Cassiodoro.

Lib.1.

Ayuntamiento de Madrid

Parergôn.8.c.6.notanda hæc Pliniana ex Panegyrico ad Traianum:Quæ præcipua tua gloria est, sæpè vincitur fiscus: cuius mala caussa nunquam est, nisi sub bono Principe. Iulius Capitolinus in M. Antonini vita:fisco in caussis compendij numquã iudicans fauit. Eutropius & Sextus Aurelius in Constantij, seu Iuliani vita: Pompeia Plotina, incredibile dictu est,quantũ auxerit gloriam Traiani:cuius procuratores cùm calumniis prouincias agitarent, adeò vt vnus ex iis diceretur locupletũ quẽque ita conuenire, Quæ habes? vnde habes? pone quod habes: illa coniugem corripuit,atque increpans,quòd gloriæ suæ esset incuriosus, talem postea reddidit, vt exactiones improbas detestans, fiscum lienem vocaret, quòd eo crescente reliqui artus tabescunt. Et hæc quidem bonorum Principum exempla sunt. Hactenus Alciatus. Locus ex Alciati Parergo.

Fiscum.] Fiscus, receptaculum nummorum est, proprieque principis, l.1.§.hoc interdictum, D. ne quid in loco publ. Res fiscales, ait Vlpian. quasi propriæ & priuatæ principis sunt:à fiscis, id est sportulis, vt apud Asconium 2. Verrina, quæ nummorum receptacula sunt ad maioris summæ pecunias capiẽdas. Hinc confiscare deflexum verbum, pro deferre ad fiscum principis, Et apud Sueton.in Augusto cõfiscata bona,quæ fisco sunt adiudicata. Aerarium verò publicum est, populique Romani, quod Plinius Iunior testatur in panegyrico. Fiscus quid.

Arguitur ciuica pauperies.]Constãs Imperator Romanus dicebat opes publicas melius à priuatis pluribus haberi, quàm intra vnum Principis claustrum reseruari. Nec alienum est ab eo quod ad Nicoclem scripsit Isocrates: σημεῖον ἐστιν, inquit, σοι τοὺς πολίτας ἔχειν εὐπορεῖν, ἐὰν τὰς ἀρχομένας ἰδᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονιστέρους γιγνομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν: Argumentum hoc tibi sit imperij rectè honesteque administrati, vbi videris eos, quibus præes, tua diligentia curaque locupletiores & ditiores factos.

Quod

Ayuntamiento de Madrid

Quod non capit Christus, rapit fiscus.

EMBLEMA CXLVII.

Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summum fures, quos deinde coerceat,
Veriat vt in fiscum quæ male parta suum.

Commentum Principum auarorum.

PRincipes auari eos publicis & maximis functionibus pr
ficiunt, quos ingeniosos & strenuos esse norunt: qui d
quando ad rem plus æquo attenti publica in priuatũ transf
dant (quales potissimum solent esse qui fisci rationes tract
ita vt populum & regiones sibi commissas expilent, sæpenu
rò damnãtur capitis, maleque parta bona fisco addicuntur, s
que tanquam spongiæ, quę pro arbitrio nunc humectant

arefiunt. Exempla quamplurima sunt in monumentis antiquitatum, sed & in nostris Galliæ annalibus; quæ non placet huc adducere, quòd peruia sint. Satis autē nunc erit subiicere quod Suetonius de Flauio Vespasiano scripsit: Solus est in quo meritò culpetur pecuniæ cupiditas, inquit: non enim contentus omissa sub Galba vectigalia reuocasse, noua & grauia addidisse; negotiationes quoque vel priuato pudendas propalam exercuit. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quò locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgò pro spongiis dicebatur vti, quòd quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Cæterùm neminem latere velim epigraphen huius tetrastichi tractam esse ex caussa XVII. q. 7. can. Maiores, sic enim scriptum reperio: Maiores nostri ideò copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæsari census reddebant: modò autem quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus partiri cum Deo decimas, modò autem tollitur totum. Hoc tollit fiscus, quod non capit Christus.

Vespasiani astus & auaritia.

Locus è Pontificis iure.

Principis arcta manus.] Alludit ad illud Ouidianum:

An nescis longas Regibus esse manus?

Prouerbium, Longæ Regum manus, fortè non malè, arcta manus sumetur pro auara & rapaci.

Prouehit fures.] i. depeculatores. Furum enim nomen generis est.

Principis

Principis clemẽtia.

EMBLEMA. CXLVIII.

Vesparum quòd nulla vnquam Rex spicula figet,
Quodque aliis duplo corpore maior erit,
Arguet imperium clemens, moderataque regna,
Sanctaque iudicibus credita iura bonis.

Vespæ pro apibus abusiuè.

VEsparum vocabulũ pro apum nomine hîc sumi κατὰ γένος docti quidam homines coniiciunt. Alij non ita eruditi citra figuram id scribi arguunt. Harum itaque natura est, vt quem sequantur, Principem habeant aliis prorem, & quasi honore potiorem, qui quamquam imperio alias habeat, aculeo tamen caret: quod his testatur verbis homilia 8. in Hexaëmeron: ἔχει κέντρον τῷ βασιλεῖ μέλι

Apum natura.

ἀλλ' ὁ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. νόμοι τινὲς εἰσὶν ὅτοι τῆς φύσιως ἀγράφοι, ἀργὸς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τὸς τῶν μεγίστων δικαιωμάτων ἐπιβάντας. 1. Regi apum aculeus est, sed eo ad vlciscendum non vtitur. Sunt hæ naturæ leges nō scriptæ, vt quisque maxima est potentia præditus, ita tardum ad puniendum esse oportere, hæc Basil. Eadem ferè retulit D. Ambros. Hexaëmer. lib. 5. cap. 20. Aelian. historiæ animal. 1. & 5. Dio Chrysostom. Orat. de regno, 4. Sed audiamus Principem Stoïcorum Senecam. Sic enim lib. De clementia: Maiorem potestatem non oportet esse noxiam, si ad naturæ legem componitur. Natura enim commēta est regem, quod ex aliis animantibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco. Et ibid. Præterea insignis Regi forma est, dissimilisque cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maximè distinguitur. Iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec sæuum esse, nec vltionē magno constaturam petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplum hoc magnis Regibus ingens est. Est enim illi mos exercere se in paruis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cùm tanto hominum moderatior animus esse debeat, quanto vehementiùs nocet. Vtinā quidem eadem homini lex esset, & ira cum telo suo frangeretur, nec sæpius liceret nocere quàm semel, nec alienis viribus exercere odia, hæc ille. Et hoc optimo Principi symbolum propositum est, vt inter alias virtutes, quibus opus habet ad suæ Reipubl. administrationem, nihil animi moderatione habeat antiquius. Etenim eius auctoritas & agendi facultas, etiamsi maior sit quàm in aliis, minimè tamen sæuire debet, illisque quibus præest, terrificum se præbere. Nam inter virtutes alias, quæ Principem maximè deceant, clementia est. M. Antonius, qui Philosophi cognomen non ab re est consecutus, nihil quicquam esse dicebat, quòd Imperatorē Romanum magis deceret, quàm clementiam: eamque ob causam neque in rebelles suos sæuitum voluit. Rectè apud Claudianū Theodosius Honorio filio salubre hoc consiliū ingerit:

Clementia vera principis virtus.

Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni
Munere sola Deos æquat clementia nobis.

Ouid. 1. de Ponto eleg. 3.

Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.

Com

Ayuntamiento de Madrid

Iulij Cæsaris clementia.

Compertum est Cæsarem Iulium Deorum numero ascriptum quòd clemens ac placabiiis in eos fuerit, à quibus iniuriâ bellis ciuilibus acceperat. Eadem virtus Augustum consecrauit: cognomen dedit, aliosque permultos immortalitate donauit.

Boni pii-que Imperatores.

Pyrrhi Epirotæ laudatur animi moderatio, qui iuuenes, à quibus inter pocula irrisus erat, & conuiciis impetitus, illæsos abire finit, cùm vnus ex iis respondisset id vini caussa commisse. Celebratur eò plus Augustus Cæsar, cuius gratia cùm Senatus iis adempturus esse ius testandi, qui eum contumeliis probris affecissent, non est passus id decerni, vt est apud Suetonium. Eam ipsam patientiam initio imperij finxisse Tiberium testis est Cornelius Tacitus. Nam libellos famosos & dicta se mordacia dissimulauit, eorumque auctores ad cognitionem vocari noluit. Vsurpabat enim illud sæpenumerò. In libera ciuitate liberas etiam linguas esse debere: & si quãdo hæc aperta feneſtra esset, nullas alias in Senatu fore lites, & accusandi occasiones. Magas Poëta quidam in ludis publicis Philemonem perstrinxerat. Is cùm veniisset in Philemonis potestatem, strenuo ministro cuidam Philemon præcepit aperta voce, vt maledicto caput gladio amputaret: sed clam, vt nudo ense cervices attingeret, moxque vt eum illæsum abire sineret, eique daret nucum talos, pilam, & alia quædã ludicra. Quibus ille Princeps aperte indicabat, se aculeum quidem habere, sed eo vti minime velle: deque potentiore maledicere, magis esse puerorũ quàm virorum. Eam regiam virtutem vt actionibus aliis permixtam certè heroicis, sic rescripto egregiè probarunt Theodosius, Arcadius, & Honorius, cuius rescripti ad Rufinum hæc formula. Si opprobrium ex leuitate processerit, negligendum: si ex furore & insania, condolendum: si ab iniuria, remittendum.

Ayuntamiento de Madrid

Salus publica.

EMBLEMA CXLIX.

PHOEBIGENA *erectis Epidaurus insidet aris*
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt ægri, veniatq; salutifer orant,
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

ÆSculapius insignis Medicus, Dianę precibus Hippolytum ab equis discerptum in vitam reuocauit: quàm ob rem Iupiter iratus eum fulmine percussit. Post mortem Deus est habitus, & sub serpentis imagine diuinis honoribus affectus. Adhæc tali cultus effigie Romam graui pestilentia laborantem dicitur liberasse, ad quam tandem deductus est à fano sibi sacro, quod erat quinque millibus à Epidauro passuum. Historiam hanc fusiùs petractant Valer. Max. c. De mirac. lib. 1. Plin. 24. c. 4. Diuus Aug. De ciuit. 3. c. 17. meminit & Lactantius variis locis, ex quo notum illud Sereni:

Æsculapius cur Deus habitus.

Ayuntamiento de Madrid

Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Qui quorundam placida tectus sub pelle draconis
Tarpeias arces, atque inclyta templa petisti,
Depellens tetros præsenti numine morbos.

Serpens quid.

Hoc serpentis inuolucro nihil aliud verius & expressius intelligi datur, quàm Seruator noster Christus, verus animarum nostrarum Æsculapius, & salutis humanæ vindex, qui sub serpentis figura in deserto à Mose legislatore appensus, omnes omnium morbos & vulnera sanirati restituit, & in cruce tandem omnes noxas & crimina expiauit. Cæterum non immerito salutis noxam serpens sibi videtur vindicasse, à quo nimirum in humanum genus remedia proficiscuntur, qua de re plurib[us] lib. 16. De sacris Ægyptiorũ literis Pierius. Æsculapium etiam præter alios, Medicorum præsidem Plutarch. Sympos. 9. quæst. 10. tradit. Sed occurrit interea mihi locus è 2. Artemidori De somniis: qui ait, per Æsculapium in templo erectum, & basi stantem, significari quoddam bonorum præsagium. Qu[i] moueatur, aut accedat, morbum & pestem portendit: tum ei[us] maximè hominibus eo Deo est opus. His autem qui ægrotant salutem prædicit. At non videtur omittendum, quod veter[es] monumentis proditum est. In numo Antiochi Soteris, SAL[US] Dea Romanis habita pingebatur forma mulieris, habitu [re]sedentis pateram tenentis, iuxta quam erat ara, & ad aram [in]uolutus anguis caput attollens. Plerique nostra ætate viri c[o]diti coniiciunt ab Alciato hic tacitam esse factam allusion[em] ad Ambrosianum illum anguem, qui Mediolani visitur in m[e]morea columna erectus ipsa æde D. Ambrosij.

·Serpens, salutis symbolum.

Anguis Ambrosianus Mediolani.

Epidaurius.] Ab vrbe notissima Peloponnesi in sinu Saron[ico] ex qua in serpentis imagine Romam adductus creditur. Ita pertius:

Est Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis,
Restituit patrijs Androgeona focis.

Lege Ouid. lib. 15. Metamorph.

Annuit, atque ratas.] Ouidium imitatur 1. Fastorum:

Efficiatq; ratas vtraque Diua preces.

Ayuntamiento de Madrid

Respublica liberata.

EMBLEMA CL.

CÆSARIS *exitio, ceu libertate recepta,*
Hæc ducibus Brutis causa moneta fuit.
Ensiculi in primis, queis pileus insuper astat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.

OCciso in Senatu Iulio Cæsare à Bruto, Cassio, & cæteris coniuratis, ij ceu libertate populo restituta, fabricari nummisma voluerunt, in quo sculpti erant duo pugiones adiecto pileo. Pugio eadem patratam omninò significabat: pileus verò libertatem, vt refert Dion. lib. 47. Vulgare olim prouerbiũ fuit, Vocare ad pileum; cuius meminit Noctium Atticarum 7. c. 4. Gellius & Macrobius 1. Saturnal. Aurelius Victor scribit, mor- Numisma M. Bruti.

Ayuntamiento de Madrid

tuo Nerone sic cunctas prouincias, omnémque Romam ex-
taſſe, vt plebs induta pileis manumiſſionum, tanquam ſeuo ex-
pta dominio triumpharet. Compertum habemus libertatis in-
dicium pileum fuiſſe: vnde & qui ſerui libertate donabantur,
pileum geſtabant raſo capite. Longum eſſet auctores hac re
uocare, qui longè multi idem tradiderunt.

Pileus, ſignum libertatis.

Seruitia. *Miſſa manu ſeruitia.*] Serui manumiſſi, liberi facti, aut liberta donati. Seruitiorum nomen pro ſeruis, præter cæteros in Catilinario vſurpat Salluſtius, & Cicero ſæpè.

In vitam humanam.

EMBLEMA CLI.

PLVS *ſolito humanæ nunc deſle incommoda vitæ,*
Heraclite: ſcatet pluribus illa malis.

Ayuntamiento de Madrid

Iterùm, si quando aliàs, extolle cachinnum,
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
Interea hæc cernens meditor, qua denique tecum
Fine fleam, aut tecum quo modò splene iocer.

HEraclitus quoties domò egrederetur, ineptias humanas fletu solebat excipere, quòd omnia illi misera & deploranda viderentur: contrà Democritus eadem de caussa ridebat effusiùs, quòd humanas actiones ludicras & stultas conspiceret: qui si hodie reuiuiscant, ampliorem quidem & vberiorem vel luctus vel risus materiam offendent, quàm vnquam antea, cùm omnia in dies deteriora fiant, quando enim vberior vitiorum copia? quando maior auaritiæ patuit sinus? Verè Horatius: Heraclitifletus & risus Democriti.

Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Dubium itaque relinquitur, vtrum sequi sit satius, cùm sit vtrũque nec planè tutum, nec omninò probatum. Seneca in lib. De tranquillitate vitæ, 1. c. 15. opinionem Democriti meliorẽ fuisse, & ad imitandum accommodatiorem, quàm Heracliti fletũ, it. In qua sententia fuit etiam Satyra 10. Iuuenalis. Sed præat audire Philosophum eundem lib. 2. De ira, sic disputantem: Heraclitus, quoties prodierat, & tantum circa se malè viuentium, imò malè pereuntium viderat, flebat: miserabatur omnium qui sibi læti felicésque occurrebant: miti animo, sed nimis imbecillo & ipse inter deplorandos erat. Democritum cõtrà aiunt nunquam sine risu in publico fuisse: adeò nihil illi seriũ videbatur eorum quæ seriò gerebantur. Vbi isti hîc iræ locus est? Aut ridenda omnia, aut flenda sunt. Non irascetur insipiens peccantibus, quare? quia scit neminem nasci sapientem, sed fieri: scit pauciſſimos omni æuo sapientes euadere, quia conditionem humanæ vitæ perspectam habet. Nemo autem animus naturæ irascitur. Quid enim si mirari velit non in syluestribus domis poma pendere? quid si miretur spineta sentésque non vtili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, vbi vitium natura defendit. Placidus itaque sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo: Multi mihi occurrũt vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, Pulcher Senecæ locus.

Ayuntamiento de Madrid

multi auari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista tam pro-
pitius aspiciet, quàm ægros suos medicus. Cæterùm Emblema
sumptum est ex incerti Poëtæ Græci Epigrammate, quod eius-
modi est:

Typus Emblematis.

Τὸν βιον, ἀρᾶκλειτε πολὺ πλέον ἢπιρ ὅτ' ἦσθ
Δάκρυσι, νῦν ἡ βίῳ ἐσ' ἐλατεινότιρῳ.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα δημόκριτε τὸ πλέον ἢπιρ,
Νῦν ὁ βίῳ πάντων ὄζει γελοιότιρῳ,
Εἰς ὑμέας δ' ἠδὲ αὐτὸς ὁρῶν τὸ μιταξὺ μεμινῶ
Πῶς ἅμα σοὶ κλύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

Heraclitus.

Heraclite.] Heraclitus Philosophus Ephesius, cuius vitam re-
pete ex Laërtij lib. 9.

Extolle cachinnum.] Deride, naso suspende adunco. Cachi-
nus, fictum vocabulum est à sono risus. Est enim risus elatus,
solutus, Persius 1. Satyra:

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Democritis.

Democrite.] Democritus Abderita fuit; de quo Plinius va-
locis, & lib. 9. Laërtius. Gelasinum fuisse cognominatum ob-
sus petulantiam notant veteres plerique. Iuuenalis:

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus.

Splene iocer.] Abundè rideam. Lien siue splen, sedes est ri-
Persius Satyra

——*sum petulanti splene cachinno.*

Ayuntamiento de Madrid

Ære quandoque ſalutem redimendam.

EMBLEMA CLII.

ET pedibus ſegnis, tumida & propendulus aluo,
Hac tamen inſidias effugit arte fiber.
Mordicus ipſe ſibi medicata virilia vellit,
Atque abiicit, ſeſe gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et, vitam vt redimas, hoſtibus æra dare.

APologus eſt Æſopicus de Caſtore, quem proditum eſt in venatione deprehenſum ſuos ſibi teſtes abſcindere, atque eos proiicere, gnarum ſe eorum præcipuè cauſſa peti: Idque ſignat, ὅτι τῶν ἀνδρῶν οἱ φρόνιμοι ἕνεκα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δίκην λίγων, τ χρημάτων πείσονται, hoc eſt, Viros prudentes ſuæ Caſtoris ſeu fibri ſollertia.

Ayuntamiento de Madrid

salutis gratia non debere vllam pecuniam rationem habere, ita est, non ęgrè ferendam esse pecunię iacturam. Potissimùm vero vrgente necessitate non magni est ducendum, nummorum dispendium facere, si modò vitæ hoc pacto, possit consuli. Id Aristippus suo exemplo demostrauit, qui cùm in eadem naui secum piratis versari cognouisset, suas omnes pecunias deustria in mare proiecit, imprudēter se id feciss simulans prouiderat enim se ab iis quibuscum nauigabat, spoliatum, & in quas propter pecuniam præcipitem datum iri. Vt itaque set effectus, caussam sustulit. Idem Crates Thebanus cùm thesaurum sponte perderet, Hinc abite, ait, malæ diuitiæ: enim est à me vos demergi, quàm ego à vobis ipse. Simile apud Plutarch. traditur de Philoxeno, qui cùm opulentissim hæreditatem nactus esset, & pistiferas aduenarum delicias seruasset, Per Deos, inquit, me illa non perdent, sed ego potiùs. μὰ τοὺς θεοὺς ἐμὲ ταῦτα τ' ἀγαθὰ οὐκ ἀπολεῖ, ἀλλ' ταῦτα. Non secùs quàm Catullus ille, de quo Satyra 12. Ian nalis, qui maximo in discrimine tempestatis, partem supra rerum quibus nauis onerabatur, proiecit in pelagus, quo uis facta leuior, commodiùs portum appelleret.

Aristippi cautio.

Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
Cùm plenus fluctu medius foret aluens, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Cui potest esse affine Ouidianum illum primo de Remed
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis:
At pretium pars hæc corpore maius habet.

Huc confer Adagium, Pax redimenda.

Propēdulus.] Propter pedum tarditatē, & ventrem pendu
Mordicus.] ὁ δακεῖν, morsicatim, mordendo. Id tamen P

Controuersum, an fiber sibi testes excindat.

negat lib. 32. cap. 3. non enim testes eorum, quæ vocantur storea, ab ipsis amputari censet, ex Sextij cuiusdam rei me diligentissimi scriptoris sententia, sed paruos esse subsistr que & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis Sic Ælianus historiæ animal. lib. 6. cap. 33. ait à Castore cau

Ayuntamiento de Madrid

ab insequentibus venatoribus, cur tam cupidè petatur, non ignorans: ideirco mordicus ipse premens vsque incumbit ad elidendos testes, quousque absciderit, & sic eos abiecerit, tamquam homo summa prudentia in latrones incurrens, quęcumque portat, ad se redimendum exponit. Quòd si posteaquàm exactus & ex periculo seruatus fuerit, ab insectantibus iterum vrgeatur, hic sese alleuans, atque quamobrem insequi vlterius pergere non debeant, caussam ostendens, ad reuertendum, quòd iám ea parte, quam expetunt, careat, venatores inducit. Sæpè etiam nunc testiculis præditus, cùm à venatorum conspectu se longissimo cursu remouerit, eam partem desideratam ita astutè comprimit & occultat, vt non habere visus insectatores fallat. hæc ille ferè. Sed & Apul. lepidissimè in lib. 1. Asin. aur. apud quem Socrates quidam loquens de Moroë anu saga. Amatorem, ait, suum, quòd in aliam temerasset, vnico verbo mutauit in feram Castorem: quòd ea bestia captiuitatis metuens, se ab insequentibus repræcisione genitalium liberat, vt illi quoque simile quod Venerem habuit in aliam, proueniret. Sed referam huc historiam nobilem Constantini Manassis ex Annal. quòd ad hunc locum faciat: Michaëlus quidem Imperator audita tyranni ferocia, impetu, defectione, suamet sponte throno Imperiali cessit, hoc ipso facto diuinis Christi iussis satisfaciens, & erga persecutorem non aliter sese gerens, atque castor siue fiber facere consueuit. Legimus enim in priscis illis monumentis eorum, qui de animalibus scripsère, fibrum animal esse, quod in vtroque viuat elemento, & testes habeat arcendis quibusdam morbis sanè grauibus conducibiles. Quod cum plerique venatores norint, animal canibus longè velocissimis insectantur. Huius pugnæ caussam cùm ipse fiber etiam cognitam habeat perhibent eum morsu resectos testes abiicere, atque ita currentem saluti suæ consulere: quo facto venatores feram persequi desinant. Sic nimirum Michaëlus quoque volens Imperium resignauit Leoni belluinis moribus & indole ferina prædito, qui oriundus erat ex Armenia, &c. Commodè obtulit sese mihi aliis implicato, & ad alia cogitanti, locus ex Amiano Marcelino, ex 17. lib. quo loco fastuosus Rex Sapor Constantio Imperatori suadebat, vt regni partem vltrò cederet: Postremò, inquit, si morem gerere suadenti volueris recte, contemne partem exiguam semper luctificam & cruentam, vt cætera regas securus: ac prudenter reputans medelarum quoque artifices vrere nonnumquam & secare, & partes cor-

Locus Apuleij.

Ex Constantino Manasse, historia de Michaële Imper.

Ex Amian. Marcel.

Ayuntamiento de Madrid

porum amputare,vt reliquis vti liceat integris : hócque bestiæ factitare,quæ cùm aduertant cur maximoperè capiantur, illud propria sponte amittunt, vt viuere deinde possint impaſſibiles. Hæc Ammian.quo manifestè allusum constat ad Castorem.

Medicata. *Medicata*] Medicinis apta,vt apud Martialem, medicata pocula:medicata vina,apud Columellam lib. 1.cap.6.

— *adeò medicatum intelligit inguen,*

Vt paulò antè Iuuenalis.Has partes Castoris genitales, vocant medici Castorea, quæ medentur multis morbis, vt vertigini, tremulis neruorum vitiis, paralyticis, iis qui affecto sunt stomacho,ischiadicis, aliisque. Quidam referunt,post genitalium amputationem,si Castor iterum petatur à venatoribus, erigere se,& ostendere nihil expectandum ampliùs.

Sese gnarus ob illa peti.] Verba Plinij sunt lib. 8. cap.30. quod eadem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo vrgente,ob hoc se peti gnari.

Aera.] Pecunias : materia pro materiato.

Vitam vt redimas.] Vt qui, apud Saluianum, contemptis & uitiis vitiis non succubuerunt, auri & argenti cupiditate sed victi,sparsis,quod dicitur,redemerunt crimina nummis.

Ayuntamiento de Madrid

Cum laruis non luctandum.

EMBLEMA CLIII.

Aeacidæ moriens percuſſu cuſpidis Hector,
Qui toties hoſteis vicerat antè ſuos;
Comprimere haud potuit vocem, inſultantibus illis,
Dum curru & pedibus nectere vincla parant.
Diſtrahite vt libitum eſt: ſic caſſi luce leonis
Conuellunt barbam vel timidi lepores:

ID ſumptum eſſe liquet ex Homericæ Iliados χ. Græci Hectorem ab Achille iam interfectum circumſtantes impetebant, & mortuo inſultabant, nec erat quiſquam qui extincto vulnus non infligeret. Sic enim Homerus: Locus Homeri.

ἄλλοι

——ἄλλοι δὲ περίδραμον ὑῆες ἀχαιῶν,
οἳ καὶ δυήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος· οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε πάρέστη. hoc est,
At reliqui Graij accurrunt cinguntque cadauer,
Hectoris eximiam speciem formámque stupentes:
Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

Cæterùm videtur distichon Emblematis tertium è quodam incerto auctore petitum, cuius quale est Epigramma:

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅττι καὶ αὐτοὶ
Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβίζουσι λαγωοί.

Quod sonat,

Post mortem, Dani, nostrum configite corpus:
Et lepores audent cæco insultare leoni.

Verba sunt Hectoris à Græcis bigis rapti, quibus timiditatem & μικροψυχίαν ab ingenuis bellatoribus omninò alienam perstringit. Alludsum est autem ad prouerbia, Iugulare mortuos & Mortuo leoni lepores insultant: &, Cum laruis luctari. Quibus monemur, ne quid maleficientiæ in vita functos effundamus aut iis obloquamur. Quemadmodum enim in bellis maximum ridiculum est & inauditæ cuiusdam feritatis argumentum, quis prostratos atque iam interemptos feriat, aut quoquo modo afficiat: sic intemperantiæ est, & certè dementiæ maximæ mortuos iniuriis probrisque lacerare: vt sunt qui vel libris editis, vel priuatis aut publicis colloquiis priscorum, aut etiam clarorum virorum dogmata reuellunt, & nigro dente lacerant. Laërtius Chilonem ait vetuisse de mortuis malè loqui, quòd ignauum videretur eos incessere lingua, qui respondere non possent, ac turpe esset cum vmbris & laruis luctari, nam est sepultum quodammodò refodere. Philostratus Æliano scitè coërcuit qui accusationem cuiusdam tyranni, sed iam mortui scripserat. Institutum istud tuum laudarem equidem, ait ille, si viuum accusasses, viuentem namque tyrannum cessere, viri esse duco, at mortuo insultare, cuiusuis. τὸ μὲν τύραννον ἐπιτιμᾶν, ἀνδρὸς εἶναι νομίζω, τὸ δὲ ἐπαμύνειν κειμένῳ, πάντες. Sic Munatius Plancus cum audisset in senatu quasdam factas ab Asinio Pollione, quas tamen nollet ipse mortem edere, cùm mortuis nonnisi laruas luctari respondit. Contra Leptinem Demosthenes ait, Nemini mortuo maledicendum esse. Refert Zonaras Annal. 3. cùm Eudoxiæ Theraclij Imperatoris funus efferretur, Epiphaniam filiam [illegible] spuisset in cadauer, viuam rogo impositam & exustam [illegible]

Non maledicendum mortuis.

Ayuntamiento de Madrid

Ludatur Lycurgus, qui cadauera hostium nudari vetuerit, rectè profectò, quippè qui humanitatis memor esset. Vituperatur contrà, vir alioqui magnus, Alexander Macedonius, qui cadaueribus pontis loco vtus dicitur. Et Verris crudelitas à M Tullio incessitur 7. Verrina, quòd nauarchos innocentes non modò vita priuasset, sed & eorum cadauera sepelienda non priùs parentibus reddidisset, quàm ab eis certam mercedem accepisset. Rectè Homer.

Οὐκ ὅσιὸν κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιμ οὐ χεττάσθαι:
Non sanctum est viris interfectis insultare.

Virgilius vndecimo.

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

Qui toties hostes.] Ouidiana est imitatio, ex primo De arte:

Qui toties socios, toties perterruit hostes.

Dum curris.] Hector ab Achille interemptus, bigis alligatus est circa Troiæ mœnia. Virgil. 1. Aeneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muro.

Cassi luce leonis.] Lumine priuati. Lux pro lumine, & lumen pro vita vsurpatur. Barbam vellere.

Conuellunt barbam.] Alludit ad illud, barbam vellere, quod irrisionis signum est. Persius Satyra 1.

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

& Horatius primo Sermonum:

——— *Barbam tibi vellunt*
Lasciui pueri.

De

Ayuntamiento de Madrid

De Morte & Amore.

EMBLEMA CLIIII.

Errabat socio Mors iuncta Cupidine: secum
Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.
Diuertere simul, simul vna & nocte cubarunt:
Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
Alter enim alterius malè prouida spicula sumpsit,
Mors aurata tenet ossea tela puer.
Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse,
Ecce amat, & capiti florea serta parat.
Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,
Deficio, iniciunt & mihi fata manum.

Ayuntamiento de Madrid

Parce puer, Mors signa tenens victricia parce:
Fac ego amem, subeat fac Acheronta senex.

Ex Guiciardino detecta Emblematis verissima origo.

GViciardinus libello quodam Italico, quo res quasdam memoratu dignas, easque veteres & nouas, tum etiam alicubi festiuas & ioculares, exscripsit, hoc carmen ab Alciato fuisse scriptum testatur, quo tempore in Italia vehemens pestilentia ita grassata est, vt permulti iuuenes extremum vitæ diem clauserint, & senes ferè illæsi atque incolumes permanserint. Quod facilè mihi probari potest. Sed tamen Emblematis huius materiam video sumptam esse ex antiqua Græcorum fabula, quam Gallicis scriptis mandauit Ioannes Marius. Illustrationum Galliæ scriptor sua ætate nobilis. Figmento enim lepido sanè ac festiuo tradit, cur plerique senes amori placido succumbant, quibus potiùs de fato imminente cogitandum erat: contrà iuuenes immatura morte decedant, quorum potius fuerat hilarem vitam ducere, & amorem consectari, habita præsertim ætatis ratione.

Ioan. Marius Belga.

Hoc expressit non inconcinnè aliquis, sed ἀνώνυμος:

Forte locum horroris plenum, variique timoris,
Et Mors, & penna præpete venit Amor.
Dum trepidant animis ignita Cupidinis arma,
Mors capit, & Mortis frigida tela puer.
Hinc enata lues nostros irrepsit in annos:
Hinc amat ipse senex, hinc perit omnis amans.

Ioachimus Bellatus.

Nec verò pigebit ascribere Ioachimi Bellacij Eppigramma in hanc sententiam, quod in eius tumulis & poëmatis Latinis aliquando legisse me memini:

Mutarunt arma inter se Mors atque Cupido:
Hic falcem gestat, gestat at ille facem.
Afficit hæc animum, corpus sed conficit ille.
Sic moritur iuuenis: sic moribundus amat.
Vi secat hic iugulos, oculos excæcat & ille:
Ille vt amare docet, sic iubet iste mori.
Disce hinc, humanæ quæ sint ludibria vitæ:
Mors thalamum sternit, sternit Amor tumultum.
Tu quoque disce tuas, Natura, inuertere leges:
Si pereunt iuuenes, depereuntque senes.

Ossea tela mortis. Senex Acheronticus

Mors aurata.] Ab effectis & consequentibus Morti ossea tela tribuuntur: Cupidini verò aurata, quòd delectēt, videanturque

que mente captis in aliquo esse pretio. *senex Acheronticus.* Hunc loquendi modum videtur ex Plauto mutuatus, qui quem senex Acheronticus capularem & morti proximum significat.

Ast ego mutato.] Adolescentis est prosopopœia de Amore conquerentis, quòd ab eo mortifero telo sit affectus. Et sanè rè fit, vt immodicus amor in iuuenibus mortē arcessat: potiùs imprudentiæ & insaniæ iuuenili quàm, Cupidinis telis ascribendum est.

Hæc Acherònta.] Quid Acheron significet, explicat Plutarchus Consolatione ad Appollonium, & lib. De primo frigido.

In formosam fato præreptam.

EMBLEMA CLV.

Cur puerum Mors ausa dolis es carpere Amorem,
Tela tua vt iaceret, dum propria esse putat?

Ayuntamiento de Madrid

EIusdem est argumenti cum superiori, quo deflet cuiusdam formosæ virginis immaturum obitum. Increpat itaq; mortem tanquam huius funestissimi mali caussam, nimirum quæ Amori dormitanti tela detraxerit: quo effectum est, vt postmodum lethiferis pro blandis lætisq; vteretur. Quod quidem sæpenumerò contingit, vel cùm puellæ amore captæ desperantes expirant, mortémque spontaneam aliquando malint, quàm ab aliqua spe incerta ac dubia lactari diutiùs: aut cùm corporis aliqua ægritudine, vel caussa alia minimè cognita, quo tempore de coniugij negotiis agendum erat, antè mori discant, quàm viuere incœperint. Sic enim amor ille cæcus reuera & impatiẽs, imò verò exspes, corripere tela mortis dicitur, cùm iuuenculæ illæ teneræ & delicatæ aut se falli sentiunt, aut nihil spei fore intelligunt in eo quem ardenti animo concupiuerunt. Memini me aliquando epigramma lusisse in gratiam nobilis cuiusdam adolescentis, qui magno suo dolore amicam, lectissimam primæque nobilitatis iuuenculam, præmatura morte sibi ereptam, lugebat: cuius carminis hæc fuit pars quidem:

Puellarum mors præpropera.

Ah virgo infelix, quid te Libitina trucidat
Tam citò, formoso digna puella viro?
Inuidit thalamo tumulus, quo tempore primas
Coniugij tedas ipse parabat Amor.
Sic penetrabilius telum fuit istud Amoris:
Mors aberat, mortem cuspide fecit Amor.
Sic malesuadus Amor, Mortis qui spicula dirus
Arripuit, quando lethifer omnis erat.
Sed nil nos quæstúsque iuuant, molleſq; susurri;
Virgo taces, thalamis aptior vna tuis.
Quàm miserè ante diem Parcarum stamine rapta
Conderis, in tumulo digna puella thoro!

Ayuntamiento de Madrid

In mortem præproperam.

EMBLEMA CLVI.

QVI *teneras forma allexit, torsitq; puellas,*
Pulchrior & tota nobilis vrbe puer,
Occidit ante diem, nulli magè flendus, Arestî,
Quàm tibi, cui casto iunctus amore fuit.
Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
Astruis, & querulis vocibus astra feris.
Me sine abis, dilecte? neque amplius ibimus vnà?
Nec mecum in studijs otia grata teres?
Sed te terra teget. sed fati, Gorgonis ora,
Delphinésque tui signa dolenda dabunt.

DEflet amici cuiusdam præmaturum obitum, etiamq
mendat à vultus dignitate, nobilitate generis, &
cum Arestijo adolescente æqualitate: huncque Arestium

teris tanti infortunij luctus debere perſequi ait: quippè qui cum eo & ſtudiis, & vitæ neceſſitudine fuerit maximè coniunctus, iccircò tanti luctus, vt beneuolentiæ memoriam ſuperſtitem profert hoc cænotaphio, epitaphio, ſub quo Delphinum & Gorgonæ imagines emineant. Delphin quidem φιλάνδρωπον, & hominum amaſius, hîc notam amicitiæ præfert. Gorgoneum Meduſæ caput pro mortis ſigno apud quoſdam vſurpatur, próque ſtupore & admiratione ἀναίδησιν inducente, vt apud Pierium lib. 16. Hieroglyph. diligenter explicatur. Philoſtratus de Perſeo: τὸ δῶμα τῆς γοργόνος, ἔχων ἀπόθετον, μὴ ἐντυχόντες αὐτῷ λαοὶ, λίθοι γένωνται: Sepoſito Gorgonis terriculamento, ne homines lapide fierent ipſi occurrentes. Heliodorus hiſtoriæ Æthiopicę 4. ἡ δ' ὥσπερ τὸν γοργῦς θεασαμένη κεφαλὴν, ἅτι τῶν ἀποπωτέρων ἐξὺ τινὰ μέγα ἀνιαφαγεν: Illa autem non ſecus quàm facie conſpecta Gorgonis, aut alio terrifico monſtro, altum vociferata eſt.

Nulli magè flendus.] Horatianũ iſtuc imitatur è 1. Carminum:

Multis ille quidem flebilis occidit,
Nulli flebilior quàm tibi Virgili.

Ayuntamiento de Madrid

Terminus.

EMBLEMA CLVII.



QVADRATVM *infoditur firmiſſima teſſera ſa*
Stat cirrhata ſuper pectore imago tenus,
Et ſeſe nulli profitetur cedere, talis
Terminus eſt, homines qui ſcopus vnus agit.
Eſt immota dies, præfixaq; tempora fatis,
Deq; ferunt primis vltima iudicium.

Mors ineuitabilis.

HIc Termini pictura nihil vlli concedentis, mortem ſignificat, quæ ineuitabilem habet in res quaſcunque [illegible] tatem: ad quam cùm peruenimus, tum ſolent homines ſuperſtites ſunt, liberæ de nobis eſſe opiniones atque [illegible] Quòd enim vltima quæquæ & poſtremò facta, imò ver dum cogitata tam lynceis oculis inſpici ſoleant, tamq

rè ac ſeuerè accipiantur, noſtræ partes ſunt, ne noſtrapte culpa in conficiendo vitæ huius noſtræ curſu aliquid agamus, aut etiam moliamur, ex quo ſiniſtri quidpiam de nobis homines iudicare poſſint. Quod facilè conſequemur, ſi Terminum, id eſt, extremum vitæ diem perpetuò, aut quidem ſæpe oculos ponamus, qui Terminus cùm minimè cedat principibus etiam viris, de quibus mortuis tam intrepidè fama pronunciat, quid de nobis infima conditione hominibus exiſtimandum? Quidam ſuſpicantur his verbis, Eraſmi (vt loquuntur) immodeſtiam modeſtè carpi (quod coniectaneum an probare debeam, nondum ſcio) quòd in annulari digito Terminum depictum habuerit cũ inſcriptione, NVLLI CEDO: quaſi ſignificaret hoc ſymbolo in literarum cognitione ſe nemini cedere. Eam ob rem eum plerique ſugillarunt, interque cæteros Caruaialus Franciſcanus quadam Apologia in Eraſmum: cuius hic verba malo adſcribere quàm aliquid de meo fingere. Malè habet Eraſmum, inquit ille, quòd Eccleſiæ doctores & Euangeliſtæ ad numerum quaternarium ſint redacti, quòd videat ſe non poſſe inter illos computari, neque credit ſe illis eſſe inferiorem, qui nulli cedit: hoc enim elogio ſua ſcripta claudit Eraſmus, Cedo nulli. Et, vt nemini fas ſit ignorare hanc Eraſmi præcipuam inſaniam, apponit Dei Termini effigiem cera ſignatam, qui Deus nec ipſi quidem Ioui cedebat. Nónne hæc Eraſmi inſolentia omnes eius inſolentias ſuperat? Non cedis Eraſme Budæo? nõ cedis Capnioni, Clitoueo, Pico, aut Angelo? Cedo, inquit, nulli. Non cedis Auguſtino, Ambroſio aut Hieronymo? Cedo nulli. Non Hilario, Cypriano, Lactantio, aut Origeni? nulli. O felix ſęculum, cui talis homo datus eſt! Hactenus Caruaialus: cui vt affectibus plus quàm par erat indulgenti, nimiaque animi impotentia debacchanti, animosè ſatisfecit Eraſmus, his planè verbis: Vt doceat me diſcruciari, quòd non annumerarer quatuor Eccleſiæ doctoribus, profert ſymbolum annuli mei, in quo eſt figura Termini: adieci, *Concedo nulli Terminus*. Et eſt Iambicus dimeter: ſi inuertas, Throchaicus eſt totidem pedibus, *Terminus concedo nulli*. At in fuſili Termino habet, ἴσα τέλος μακρῆ βίου: item Latinè, Mors vltima linea rerum, indicans mortem nulli cedere, méque ipſum admoneo inſtare ſupremum vitæ diem, quemadmodum Prudent.

Inſtat Terminus, & diem
Victimum ſemo iam Deus applicat.

Idque ſcripto quoque vulgato declaraui. Hìc itaque Terminus

Quid vitando cogitandum.

Terminus mors.

Eraſmi Terminus.

Caruaialus in Eraſmũ.

Eraſmi reſponſio ad Caruaialũ.

Ayuntamiento de Madrid

dicit omnibus, Concedo nullo, non Erasmus. At me ferocem appellat Pantalabus: Quid ais Erasme? non concedis Cicero non Hilario, non Cypriano, non Budæo, non Nebrissensi, non Thomæ, non Augustino? Si vis vt meo nomine respõdeam, domini non concedo. Si postulas vt Termini, i. mortis nomen spondeam, dicam, Non concedo leonibus, non elephantis, concedo Monarchis & summis Pontificibus: non cessi Prophetis Apostolis: denique nec ipsi Francisco cessi. Eat nunc, & Termini mei superbiam, hactenus Erasmus. Certè apud me res colligere est, Terminum sublimitatis & gloriæ symbolum esse, atque etiã disciplinarum cognitionem interdum prodere symbolo referre. De Termino plura Ouid. Fast. 2. D. Aug. De Ciuit. Dei 4. c. 13. Gyrald. Syntag. 1. Qui enim strenuè decurso in literis profecerit, & ad tranquillum iam vitæ portum peruenerit, vndecumque prudentissimus effectus, neque secundis intumescit insolenter, neque aduersis perturbatur, atque vtramque fortunam ita se comparat, vt æquum & indolem ad omnes casus animum præ se ferat. Pierius lib. 3. 8. & 9.

Stat cirrata.] Cirrati, sunt qui capillos habent cirratos, nos calamistratos. Cirrus, ad contorquendos capillos ferrum instrumentum: quasi in circum tortus.

Martialis 9. lib. 30.

Nec matutini cirrata caterua magistri.

Persius Satyra prima:

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas?

Terminus est talis.] Huc ænigma de Termino, apud Gellium lib. 12. c. 6. quod soluit Politianus in Miscell. c. 36.

Est immota dies.] Seneca Epist. Vnus dies de omnibus sententiam & Plin. hist. nat. 7. c. 40. Ita est profectò, alius dies dicat dies, & tamen supremus de omnibus. Quid enim ego geram illud Pind. Olymp.

Ἀμέρᾳ δ' ἔπλογοι
Μάρτυρες σοφώτατοι.

Dies posteriores, testes sapientissimi.

Opulenti hæreditas.

EMBLEMA CLVIII.

PATROCLVM *falsis rapiunt hinc Troes in armis,*
Hinc socij, atque omnis turba Pelasga vetat.
Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer,
Hæc fabella agitur, cùm vir opimus obit.
Maxima rixa oritur, tandem, sed transigit hæres,
Et coruis aliquid, vulturiisque sinit.

PAtrocli sub falsis armis ab Hectore interfecti, mythologicè historiam enarrat. Vt enim hoc mortuo Hector ipse eius exuuias sibi retinuit, Græci verò corpus interemptum, vt sepulturæ beneficio donaretur, magna pecunia redemerunt: sic diues postquàm supremum vitæ diem clausit, concertatio- Patroclus quid allegoricè.

Ayuntamiento de Madrid

nem, rixámque inter hæredes de possessione relinquit. Vnde vulturij illi, togatæque curiæ hospites, imò verò & ipsi rabulæ forenses partem prædæ aucupantur. Cadauer ipsum humo sacerdotibus proprietatis ratione mandatum, impensarum aliquid funeris gratia facit. Itaque Patroclus diuitum est parasitus qui falsis armis non propriis belligerant: id est, opibus & diuitiis, quæ externa non propria bona sunt. succumbit tandem & prosternitur, quòd eiusmodi præsidiis homo suam metuis citatem minimè debeat.

Vultures quid.

Falsis in armis.] Alludit ad illud Ouidianum:

Siue Menœtidem falsis cecidisse sub armis.

Exuuias.] Hîc exuuias pro præda qnæ hosti detrahitur, vi pat.

Et coruis aliquid.] Testamentorum captatores vulgata tio tione vultures appellari obseruamus, quòd senibus orbis aliis sibi consanguineis, ceu cadaueribus inhient. Hinc Martialis:

Cuius vulturis hoc erit cadauer?

Et Seneca in Epistolis: At si hæreditatis caussa id facit, v est, cadauer expectat. Et Dinarchus apud Plautum in Tr lento:

——— vide vt iam quasi vulturi triduo
Prius prædiuinant, quo die esuri sient.
Illum inhiant omnes. ———

Cicero pro Sextio: Exierunt malis ominibus atque exec nibus duo vulturij paludati. Intelligit autem Pisonem binium, quos inimicos sibi maximè infensos dicit. Apule gati vulturij, caussidici & patroni forenses sunt: in qua f catione hîc accipi palam est.

Ayuntamiento de Madrid

Amicitia etiam post mortem durans.

EMBLEMA CLIX.

ARENTEM senio, nudam quoque frondibus vlmum,
Complexa est viridi vitis opaca coma:
Agnoscitque vices naturæ, & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo.
Exemplóque monet, tales nos quærere amicos,
Quos neque disiungat fœdere summa dies.

IDē Græco Antipatri Epigrammate transtulit, cuius carmen est eiusmodi: Typus Emblematis.

Λ῎υλω μὲ πλατάνιστον ἐρεμπόυσα καλύπ⟨ει
Ἄμπελος, ὀθνείη δ' ἀμφιτέθηλα κόμῃ.
Μ῎ πρὶν ἐμοῖς θαλέθουσιν ἐνιδρύσασ' ἐρεθάμνοις
Βότρυας, ἢ τούτης οὐκ ἀπιτηλοτέρη.

Ayuntamiento de Madrid

Τοίλω μέν τοι ἔπειτα τιθηνέσθω τὶς ἑταίρω,
Ἤ τις ἀμαιψιδέα καὶ νέκυα οἶδε μίνυ.

Significatur autē hac vite vlmum vigore iam destitutam comprehendente ac sustinente (à qua nimirum ipsa prius cùm tenera esset, & quasi pubescens incrementi occasionem mar-
Amici qui deligendi. riámque sumpserat) amicos nobis esse deligendos, qui nec temporum diuturnitate, nec locorum distantia, sed ne quidem post mortem amare desistant. Illúdque est quod Phocion dixit, vt refert Stobæus, ζητεῖν δεῖ καὶ οὔδρα καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς κατὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου παραμένοντας. Comparandos esse liberos & maritum & amicos, qui ad mortem vsque constantes in

Virgilius in obitum Mæcenatis:

Et decet, & certè viuam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero, cineres interque fauillas
Tunc quoque non potero non memor esse tui.

Huius amoris est quidem apud Propertium character, lib. 1. i verbis.

Terra prius falso partu deludet arantes,
Et citius magnos sol agitabit equos,
Quàm possim nostros alio transferre calores,
Huius ero viuus, mortuus huius ero.

Vlmis adiuncta, vites. *Arentem senio.*] Vlmis adiungi vites fuisse in more positum vt etiam hodie in Italia, notius est quàm vt confirmare necesse habeam. Porrò aduerte an huc traduci possint Catulli verba quodam Epithalamio:

Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,
Numquam se extollit, numquam mitem educat vuam,
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci:
At si fortè eadem est vlmo coniuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere iuuenci.

Coma.] Foliis, pampinis.

Vices naturæ.] Quæ nimirùm mutantur in horas, vt è iuuene senex citissimè fiat.

Parenti.] Vlmo, à qua sustentata est, & incrementum cepit. Horatius:

Et vitam viduas ducit ad arbores.

Idem:

—— adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 8.

Ayuntamiento de Madrid

Non hîc pampineis amicitur vitibus vlmus:
Nulla premunt ramos pondere poma suos.

Idem 2. Amor. Eleg. 16.

Vlmus amat vites: vitis non deserit vlmum:
Separor à domina cur ego sæpe mea?

Catullus in nuptiis Iuliæ & Manlij:

Lenta quin velut asßitas
Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum *Complexum, &c.*

Claudian. 2. de Raptu:

——*hîc pampinus induit vlmos.*

Mutuum auxilium.

EMBLEMA CLX.

LORIPEDEM sublatum humeris fert lumine captus:
Et socij hæc oculis munera retribuit.

Quo

Quo caret alteruter, concors sic præstat vterque:
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Fons Emblematis.

APparet sumptum id esse è Græco: sic enim libr. 1. Epigram. matôn reperi.

Τυφλὸς ἀληπούων χωλὸν πόδας ἡρταξεν,
Ὁ μμασιν ἀλλοτρίοις ἀντιφανιζόμενος.
Ἄμφω δ' ἀμειτιλᾶς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἁρμόδησαν,
Τἀλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.
Cæcus claudum humeris gestat: pro munere tanto
Ille oculos claudi mutua dona refert.
Imperfecti ambo coeunt: sed corpus in vnum,
Quodque deest, socio præstat vterque suo.

Et illud eiusdem omninò argumenti, auctore Antiphilo.

Ἄμφω μὴ πυροὶ ἦσκι ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν, ὄψεις,
Οὐ δι, δάσεις, ἄλλα δ' ἄλλῳ ἐπηρείσην.
Τυφλὸς γὺ χωλοῖο κατὼμάδιον βάρῳ ἄρας,
Ἀτραπὸν ὀδυνείοις ὄμμασιν ἀνοδεύτ.
Ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἦρκει φύσις. ἐν γὺ ἑκάτῳ
Τἀλλιπὲς, ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠρείσαν. hoc est,
Ambo mendici cæcus, claudusque fuere,
Alter at alterius sustulit arte malum.
Attollens humeris claudum, qui luce carebat,
Claudi oculos dubiam tentat inire viam.
Coniunxere simul quod fors vtrique negarat:
Natura ambobus sic satis vna fuit.

Sunt & alia duo ad idem spectantia, quæ à doctis certatim conuersa huc non adiicio: sed illud tantùm breuius ex Politiano ascribam, quòd nonnihil lepôris habeat:

Τυφλὸς ἅπτης τ' ἤνεω ἀλλήλοιιν θεράποντες,
Τυφλὸς ὁδηγεῖτο νώτοφορεῖτο δ' ἅπτης.

Ex quo intelligi datur, ad sustentandam subleuandamque humanæ vitæ inopiam, homine hominem indigere: vt enim omnis fert omnia nullus, sic quinis non abundat quibusdam vnde peruulgatas habemus parœmias, Vnus homo, nullus homo: Manus manũ fricat: Multæ manus reddunt onus leuius: alia multa generis eiusdem. Existimo quidem hîc allusionem

Homines συνδυαστικοὶ cur appellati.

quandam ad συνδυασμὸν, qua homines quibusdam veteres appellati sunt συνδυαστικοὶ, quippè quos natura ita effinxit ac formarit, vt gregales essent, & bini agerent. Ex quo & Plato ni dicũtur ζῶα πολιτικὰ, id est, animalia ciuilia, & ad societa-

Ayuntamiento de Madrid

nata:quandoquidem eo genio sint,vt sola viuere nequeant. Itaque præclarè ille, qui humanum ingenium apiculæ comparauit:vt enim illa perire dicitur si sola viuat, ita natura hominis ea est, vt sine opera mutua & societate vitam traducere nullo modo possit: vtque manus manum lauat, ita homo hominem mutua quadam necessitudine atque ope iuuat. Quis enim artifex tam per se sapiat, tantasque habere facultates putatur, vt non indigeat aliorum artificum auxilio mutuo? Id autem cùm à natura prouida omnium matre profectum sit, vt singuli quibusdam rebus ad vitæ præsidium & ornamentum indigeãt, quo eas ab aliis mutuò capiant, vt ipsi meminerint aliquod suum officium esse mutuò & vicissim rependendum: certè nullus nostrum est, quin vel cæci vel loripedis agat partes, vt quà sit eũdum, minimè videat, aut quà progrediendum vlteriùs, planè nõ habeat. Quid, cæce, consilij capies, quò te in viam huius vitæ anxiæ ac molestæ coniicies: quid, inquã, homo quantumuis diues ac opulens, consilij capies, vt te possis tandem expedire ex inopiæ angustiis, quæ non sinunt te vltrà progredi, nisi ducatũ tibi præstet aliquis oculatus? At, claude, & pedibus casse, quò te propipies? imò verò erudite licet ac Musarum alumne, an te loco mouebis, nisi primùm firmis cuiusdam opulenti beneque nummati humeris sustenteris? Sed quotus quisque est, cui non perspicuum sit quàm longè lateque pateat officij huius mutui vsus? Nullum omninò rerum genus est, quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare, aut vim suam atque æternitatem cõseruare possit. Stoici quæ in terris gignũtur, aiunt ad vsum hominum creata esse: homines autem hominũ caussa genitos, vt ipsi aliis alj prodesse possent: qua in re necesse est naturã ducẽ optimam sequi, & vtilitates omnes in mediũ conferre officiorum commutatione, dando, accipiendo, commutando, conducendo, & cæteris eiusdem generis, tum artibus, tum opera, tum facultatibus hominum inter homines societatem deuinciẽdo. Iam verò illa sapientia, vt sapienter ab Oratore dictum, diuinarum atque humanarum rerum scientia est, in qua continetur Deorum & hominum societas quædam & communitas inter ipsos. Quòd cùm ita sit, meminerimus ad extremum, quod antè dictum est, vnum hominem pro nemine habendum: vnum inquam nihil ferè, duos simul iunctos permulta facere & consequi posse.

Homines soli minimè viuere possunt.

Auxi

Auxilium nunquam deficiens.

EMBLEMA CLXI.

Bina pericla vnis effugi sedulus armis,
Cùm premerérque solo, cùm premerérque salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit: idem
Nauifragum apprensus littora aduſque tulit.

HOc è Græco Iulij Leonidæ Epigrammate expreſſit Alciatus, in quo Myrtili militis profopopœia eſt, ſecurum celebrantis. Græcum ſic habet:

Emblematis fons.

Εἰν ἑνὶ κινδύνῳ ἐφυγον δύο μυρτίλ ὅπλῳ,
Τὸν ἐλθὼν ἀρὶς σύσας. τὸν δ' ἐπινηξάμενον.
Ἀ'ργεϊὸς ὅτ' ἰδυσινιὸς τρίπιν ἀσπίδα δ' ἐσχεν
Σωθεὶς νηθεμένῳ ὕδατι νηὶ πολέμῳ.

Ayuntamiento de Madrid

Effugi geminum clypeo discrimen in vno
Myrtilus, & pugnans fortiter atque natans,
Arripui clypeum depressa flamine puppi
Fluctibus oppressum, belligerisque viris.

Huc refert& alia eiusdem argumenti Epigrammata lib.1.tit. ἐὰν ναυάγιον. Scutum hoc nusquam in quouis periculo deficiēs, sed etiam in iis auxilium præstans, quæ videntur alioqui abhorrere ab vsu proprio & naturali, typus est amici veri nunquam nō suppetias ferentis, vel etiā in iis quæ videtur à sua facultate pęnè omninò aliena esse. Hoc etiam potest commodissimè transferri ad literarum studia nusquam non opportuna, nusquam nō iucunda, quibus nimirùm non modo ab aduersariorum telis & hominum iniuriis tuti sumus,& tanquam oppositō clypeo munimur,sed& eorum ministerio vsuque è mediis vitæ huius fluctibus ad tranquillum otij portum recipimur. Sic enim Myrtili clypeum Alciatus ipsemet oratione quadam Ticini habita intellexit. Tradunt, inquit, Zenonem Philosophum, cùm naufragium fecisset, dixisse, se nunquam feliciùs nauigasse, quàm cùm rebus amissis vacare Philosophiæ deinde cœpisset. Idē & vsurpare ego possum, qui cùm in patria otio quondam, nimiaque trāquillitate ferè marcescerem, atrocitate bellorum demū excitatus peregrinari cœpi,& ad hanc disciplinam confugi, quæ mihi planè fuit, quòd Prouerbio Græco dicitur, Mirtili clypeus. Fuit is ingentis animi miles, scuto pugnare solitus, qui cùm ad maritimam expeditionem nauigasset, submersa fortè naui eidem clypeo innixus in tutum portum delatus est. De quo hunc in sensum Leonides Poëta scripsit:

Bina pericla vnis effugi Myrtilus armis,
Cum premererque solo, cum premererque salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit, idem
Naufragum apprensus littus adusque tulit.

Sic mihi hæc egregia professio omni in tempore, omni in fortuna auxilio fuit, quod ceu senectuti vestræ viaticum, vt & vos comparetis, hortor suadeoque. Hæc ille.

Veri amici typus.

Studia nusquam non opportuna.

Zenonis naufragiū.

Myrtili clypeus.

Gratiæ.

Ayuntamiento de Madrid

Gratiæ.

EMBLEMA CLXII.

Tres Charites Veneri assistunt, dominamque sequuntur:
Hincque voluptates, atque alimenta parant.
Latitiam Euprosyne, speciosum Aglaia nitorem,
Suadela est Pithus, blandus, & ore lepos.
Cur nudæ? mentis quoniam candore venustas
Constat, & eximia simplicitate placet.
An quia nil referunt ingrati, atque arcula inanis
Est Charitum? qui dat munera nudus eget.
Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat
Qui citò dat, minimi gratia tarda preti est.

Ayuntamiento de Madrid

Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus
Fenerat: huic remanent vna abeunte duæ.
Iuppiter ijs genitor, cœli de semine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

CONstituitur hic Charitum prosopographia, qualem fermè & pictores & statuarij veteres expressérũt. Tres sunt quidem nudæ, virgines, iuuenes, hilares, & quæ inuicem sibi adhæreãt. Nudæ quidem, quia beneficia non oportet esse fucata; in quibus simplicitas & puritas animi maximè requiritur: Virgines autẽ & iuuenes, quòd nusquam senescere debeat & intermori accepti beneficij recordatio: Sibi connexæ & adhærentes, quia (vt ait Sophocles) ἡ χάρις χάριν φέρει, quodque debeat esse perpetuum, & quasi continuum beneuolentiæ fœdus. Adhæc pedibus habent alata talaria, quòd tardam gratiam esse nõ liceat. Postremò vnam auersam duæ aliæ conspiciunt; quòd pro accepto beneficio duplicem, & quasi cum fenore gratiam rependere debeamus. Has ex Eurynome Iouem suscepisse ferunt, vt affectum eiusmodi non tam humanum quàm diuinum esse intelligas. Huius picturæ Pausanias in Æliacis diuersis locis meminit: & Seneca pluribus agit libro De beneficiis, cap. 3. Porrò huc non grauabor adscribere in Charitum eiconem Epigramma non illepidum, quod etiamnum extare Romæ, testis est Lilius Gyraldus Syntag. 8. ascripsitque Alciatus ipsemet cap. vndecimo libri primi Parergõn:

Descriptio Charitum ex adiunctis.
Nudæ Virgines.
Iunctæ.
Talaria pedum.
Vnam duæ aliæ conspiciunt.
Cur filia Iouis & Eurynomes.

Sunt nudæ Charites, nueo de marmore: at illas
Diua columna suis ædibus intus habet.
Par tribus est facies, qualem decet esse sororum:
Par tribus est ætas, par quoque forma tribus,
Grata Thalia tamen geminæ conuersa sorori,
Implicat alternè brachia nexa modis.
Iuppiter est genitor, peperit de semine Cæli
Eunomia, & Veneris turba ministra fuit.
Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,
Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Charites.] Ἀπὸ τῆς χαρᾶς, à lætitia, vt Phornutus ait: sed & notissimo Græcorum adagio, τοῖς χάρισι σπένδειν, Gratiis sacrificare, ij iubentur, qui tristes & solliciti sunt.

Charites vnde dictæ.

Veneri assistunt.] Testis est in Æliacis posterioribus Pausanias, & Cælius lib. 28. cap. 18. vt significaretur, quæ voluntas ferret sine pugna, citraque contentionem vllam, & qui dat, & qui

Gratiæ iũcta Veneri cur.

Ayuntamiento de Madrid

accipit, transigerent.

Euphrosyne. *Lætitiam Euphrosyne.*]Notatio est nominum,Euphrosyne lætitiam sonat,vel quæ hilaritatem facit,παρὰ τὸ εὐφραίνω, lætificare reddere.

Aglaia. *Aglaia.*]Splendorem,dignitatem & honestatem sonat, ἀγλαΐσμα καὶ ἀγλαΐσις, honoro,orno.

Thalia & Suada. *Suadela est Pithus.*]Thaliam intelligit,quæ Suada siue Suadela,persuasionis Dea,& à Græcis πειθὼ nominatur. Cicero inquit: Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij ipsius lumen eloquentia, qua virum excellentem præclarè tum illi boni florem populi esse dixerunt: Suadæque medullam, πειθὼ, quam vocant Græci,cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius.Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, pro Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitasse, huius lactis dullam nostrum Oratorem fuisse dixerit, hæc ille, πειθὼ (ait Suidas) est ἡ πεισμονὴ, cui sacrum nihil aliud quàm quam etiam Græci ψυχαγωγὸν appellabant; quòd animum cat quò velit.Eo sensu eloquentia flexanima dicitur Ennius.

Arcula Gratiarum inanis. *Atque arcula inanis est Charitum.*]Huc referendū videtur de Simonide retulit Stobæus: Σιμωνίδης παρακαλούντος ἐγκώμιον ποιῆσαι, καὶ χάριν ἕξειν λέγοντος, ἀργύριον ἤτει. καὶ ἐπεὶ ἔφη δύο ἔχειν πίθους, τὸν μὲν χαρίτων, τὸν δ' ἀργυρίου, καὶ χρείας, τὸν μὲν τῶν χαρίτων κενὸν εὑρεῖν ὅταν δεήσῃ, τὸν δὲ μεστὸν μόνον: Simonides,rogante quodam vt sibi conscriberet comium,& gratiam se relaturum dicente, argentum amdante: Duas,inquit,arcas habeo,vnam Gratiarum,alteram genti:& cùm necessitas exigit, Gratiarum quidem arcam riens,inanem ipsam reperio,alteram verò solam mihi cordam.Sed hoc videri posset illiberale:nam libera & vltrobet esse gratia,non coacta,aut illiberalis.Adde, quòd pulchre & magnificentius est beneficium conferre,quàm afficere.Hinc enim illud Plutarchi: πίκρον δ', τὸ εὐπαθῆσαι τὸν ἀπ' ἀλλήλων μόνον κάλλιον ἀλλὰ καὶ ἡδίον εἶναι φασί. χαρᾶς γὰρ ἀδὺ τὸ δοῦναι, ὡς χάρις ἀλλὰ σοφὸς ἦν ὁ τοὺς χάρισι τὰ ὀνόματα θείς, ἀγλαΐαν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ θαλίαν, τὸ γὰρ ἀγαλλόμενον καὶ τέρπον τῷ διδόντι τὴν χάριν, πλεῖον ἔχει καὶ παραμένον, διὸ τὸ πάθος σχίνονται πολλάκις, ἀεὶ γὰρ ἀγάλλονται, τῷ εὖ μεμνῆσθαι. hoc est,rus ait,non modò pulchrius esse beneficio afficere,quàm sed & iucundius.Nam nulla res perinde parit gaudium neficentia.Sapiebat autem qui indidit Gratiis nomina Euphrosynæ,& Thaliæ, siquidem exultatio & lætitia

Ayuntamiento de Madrid

maior est & purior. Itaque multi pudore sæpè suffundũtur, cùm beneficium accipiunt: semper autem gaudent, cùm beneficium præstant. Non mihi temperare possum, quin addam Ciceronis illud è 2. Offic. Aut opera fit benignè indigentibus, aut pecunia, &c. quamquam in vtroque inest gratificandi liberalis volũtas, tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur: largitióque quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit.

Bis dat qui citò dat. Bis dat qui citò dat.

Bis dat qui citò dat.] Prouerbiale est ex Publij Mimis:

Bis est gratum, quod opus est vltrò si offeras. Itémque.

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Vulgatum est etiam in hanc sententiam Luciani distichon:

Ὠφέλεια χάριτος γλυκερώτερα, ἣν δὲ βραδύνῃ,
Πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγειτο χάρις.

Id est, vt Ausonius reddidit:

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Cùm fieri properat gratia grata magis.

Lege Prouerb. Bis dat qui citò dat.

Vlnis.] Brachiis. Vlna frequentiùs pro longitudine duorum brachiorum extensorum accipitur.

Gratia vt referenda.

Remanent vna abeunte duæ.] Siquidem referenda gratia nullum officium magis necessarium. Quòd si quædam acceperis vtenda, maiore mensura, si modò possis, reddere iubet Hesiodus, & imitari agros fertiles, qui multo plus reddũt quàm acceperint: Cic. 1. Offic. Grauissimè dictum à Valerio Max. dandi & accipiendi beneficij commercium (sine quo vix hominum vita cõstat) perdit & tollit, quisquis bene merito pacem saltem referre gratiam negligit.

Eurynome.

Eurynome.] Eurynomen dictam ait Seneca, quia latè patentis patrimonij sit beneficia diuidere. Alij Eurynomen, quasi latis pascuam, à spatiosis pascuis interpretantur. Alia porrò nomine dicitur Eurydomene, ἀπὸ τοῦ εὐρὺ νῦ δίδωμι, abundanter do: aliis Eurymedusa, à μέδω, quod rego significat. Hesiodus in Theogonia:

Τρεῖς δ' οἱ εὐρυνόμη χάριτας τέκε καλλιπάρῃος.

Huius meminit Homerus Iliad. 18.

Ayuntamiento de Madrid

In detractores.

EMBLEMA CLXIII.

AVDENT *flagriferi matulæ, stupidiq; magistri*
Bilem in me impuri pectoris euomere.
Quid faciam? reddámne vices? sed nónne cicadam
Ala vna obstreperam corripuisse ferar?
Quid prodest muscas operosis pellere flabris?
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Epigrãma id primò nominatim scriptũ in Franciscũ Floridum.

VEram scribendi huius Epigrammatis occasionem m
tus sum è libro, cui Iurisperitorum nomenclatura
auctore incerto. Is ergo cùm scripta Zasij enumerauit,
sequuntur subiicit; Sanè multum profuit Zasij prudentia
atque eximia doctrina, à Francisco Florido sugillata:

Ayuntamiento de Madrid

homine ipsius Zasij, Budæi, Alciati, & cæterorum titulo, In Frā-
ciscum Olidum accepimus apologeticum, quod sic habet:

Audent flagriferi matulæ, stupidiq; magistri
Bilem in nos olidi pectoris euomere:
Reddemúsne vicem opprobriis? sed nónne cicadam
Ala vna obstreperam corripere istud erit?
Quid prodest muscas operosis pellere flagris?
Negligere est satius, quod nequeas regere.

Homines certè liberaliter instituti contumeliam impotentius ferunt quæ sit illata à contempto quodam & inerti conuiciatore: cum quo congredi vel turpe sit, vel indignum putetur, vt apud Ælian. in 14. Var. hist. Aristides Locrēsis morsus à mustella Tarteſia dixit se dolere vt qui maximè, quòd moreretur à bestiola tam contempta ictus: multoque honestiorem mortem fuisse, si id sibi obtigisset ex morsu leonis vel pardalis. Itaque acerbius causam mortis, quàm mortem ipsam ferebat. Et quidem, vt facilè possum coniicere, vnà cum Florido illo, alioqui docto homine, sed certè parum verecundo, vt eius scripta testantur, malè feriati pædotribę & inepti magistelli Alciato nonnihil detraxerant, adeò solet intabescere inuidia, successus hominum videndo, vt cum Nasone loquar. Vix enim vt sine fumo ignis emicat: sic excellens quædam gloria comitem inuidiam vt plurimum habet. Qui vir certè magnus, cùm ægrè ferret se ab huiusmodi literatoribus & magistellis importunè traduci, scripsit hoc Emblema, dictante indignationis affectu, quo reddit rationem cur pluribus non respondeat: quippè cùm existimet cum iis concertare sibi planè indecorum esse, quandoquidem minorem à maiori prouocari nec iustum nec ingenuū sit. Quo in loco notanda est verborum energia vehemens, & Satyricæ comparationes, succinctæ quidem, sed acres admodum, & quæ plurimum neruorum habeant.

Flagriferi matulæ. Per contumeliam flagriferos appellat eiusmodi sciolos & impudentes obtrectatores. Eodem modo Plautus in Pseudolo dixit: Eo ingenio hi sunt flagritribæ, qui hæc habent consilia. Matula porrò vas est, in quod vrina excipitur, & nonnunquam metaphoricôs vsurpatur pro homine fœtido & impuro, vt apud Plautum in Persa: Flagriferi. Matulæ.

Nunquam ego te tam matulam esse credidi.

Bilem euomere. Allegoria ab his qui concoquere nequeunt certos quosdam cibos præ stomachi debilitate, quod proverb. citatur ex Aristoxeno Musico apud Plutarch. Sympos. 7. c. 8. Bilem euomere.

Ayuntamiento de Madrid

Quid faciam? reddámne vices?] Addubito, an par pari referá? Sic addubitare Ciceronem memini 13. ad Atticum, num sibi contemnenda centumelia sit à sororis Attici filio illata, & dissimulanter concoquenda: vel an sit euomenda semel & aperte bili omnis acerbitas. Verba eius hæc sunt. Nunc me iuua, mi Attice, cõsilio, πότερον δίπας τὲχ& ὑψιον, id est, vtrum apertè hominem asperner & respuam, ἢ σκολιὰς ἀπάτας. vt enim Pindaro, sic χαμαιὸς &, ἀτρεκείαν ἀπεῖρ. omninò moribus meis illud aperte sed hoc fortasse temporibus. Tu autem quod ipse tibi suadeo, idem mihi persuasum putato.

Cicadam ala corripere.

Cicadam ala corripuisse.] Respexit ad Prouerb. Cicadã ala corripuisti. Animalculi hoc genus natura garrulum ala si corripueris, clarius obstrepet: ita si maledico præbeas occasionem ob non modò non tacebit, sed & importunius effutiet, & omnibilem euomet.

Muscas pellere.

Muscas operosis pellere flabris.] Doctum virum dedecet cum imperitis & inertibus Grammaticulis concertare. Alludit autem Prouerb. Muscas depeliere, cui & illud conuenit: Aquila non captat muscas. Musca autem in Hieroglyph. impudentiam improbitatem signat; quòd etsi crebriùs abigatur, nihilominùs redeat. Lege Pierium lib. 6. & Orum lib. 1.

Muscas quid allegoricè.

Negligere est satius. &c.] γνῶμη. Non est quòd te tam excrucies in eo vel persequendo, vel fugiendo, quod vitare nullo modo possis.

Ayuntamiento de Madrid

Inanis impetus.

EMBLEMA CLXIIII.

LVNAREM noctu, vt speculum, canis inspicit orbem:
Séque videns, alium credit inesse canem,
Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

CArpit æmulos quosdam imitatores, seu, vt dixerim veriùs, obtrectatores & maledicos, qui cùm doctrinæ vberem quandam gloriam in magno aliquo & excelso viro conspiciant, conuiciis eum proscindunt citius quàm imitantur. Est enim illud vulgo notũ, πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾴδιον ἐστὶν ἢ μιμήσασθαι in multis Momum agere & reprehendere longè facilius quàm imitari: vt vero verius mihi Xenophon dixisse videatur 2. Cõmentar. Carpere facilius quàm imitari.

Ayuntamiento de Madrid

ἔχει. χαλεπὸν γὰρ ἔτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν χαλεπὸν γὰρ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντας, μὴ ἀγνώμονι κρῖτῆ περιτυχεῖν. Nihil est quod reprehendi non possit. Canis orbem Lunæ conspiciés quid. Amuletum in obtrectationem.

facilè est, ait, vt reperiri aliquod opus possit, in quo nihil à quam reprehendatur. Est enim arduum ita quicquam perfec re, vt nō alicubi pecces. Quòd si etiam sine aliquo errore quid quam peragat aliquis, difficile est non pati, aut inuenire aliqu iniquum iudicem. Sumpta est ὁ μόμησις à cane in Lunam latra te, suámque ipsius vmbram temerè conspicante, sed qui eo p ægrè ferat, quòd suo latratu Lunam non deterreri, neque inc ptum cursum sistere videat. Eodem prorsus modo exerce sunt importuni illi sycophantæ; vt & alienæ famæ captan quos non modò animum despondere, sed in rabiem agi depr hendes, cùm ab iis qui læsi sunt, habentur contemptui, & eo sponso aliquo minimè dignentur. Cùm enim hoc vnum in mis experant, vt eiusmodi aculeis afficiaris, danda tibi est o ra, ne subitus iræ impetus animum à sua sede & statu dimo sed dissimulandum, fingendáque vultus hilaritas, qua præ ras, quàm minimi aut nullius planè momenti ea sint quæ & temeré in te feruntur. Sic enim fiet, vt tua hac toleranti lumniarum artifices desinant, maledicta & noscant suas vel potenti quodam dolore perculsi rumpantur, quòd obesse non potuerint. Qua de re pluribus apud Plutar. in Com tario, Quomodo quis vtilitatem ex inimicis capere queat. facit præclarum Senecæ monitum ex 2. De ira: Non in be iis honestum est merita meritis repensare, ita iniurias inu illic vinci, turpe est: híc vincere, Inhumanum verbum quidem pro iusto receptum, vltio: & à contumelia non d nisi ordine. Qui dolorem tegerit, tantùm excusatius pecc Catonem in balneo quidam percussit imprudens. quis e li sciens faceret iniuriam? Postea satisfacienti Cato: Non mini, inquit, percussum me. Melius putauit non agnos quàm vindicare. Nihil, inquit, illi post tantam petulantiam li factum est? Imò multum boni: cœpit Catonem nosse. M animi est iniurias despicere. Vltionis contumelio sissimā g est, non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Multi iniurias altiùs sibi demisere, dum vindicant. Ille magnus bilis est, qui more magnæ feræ latratus minutorum can curus obaudit. Audiamus tandem consultorem optim primis iuxtáque lepidissimum Comicum Philemonem:

Nihil est quod reprehendi non possit.

Ἢ δεινὸν ἦν, οὐδὲ μουσικώτερον
Ἓν, ἢ δυνάσθαι, πολιτευόμενον φέρειν.

Ayuntamiento de Madrid

Οὐκ ἀκοσμότερον οὐδὲν ἀκοσμούμενον
Μὴ πρεσπεσεῖται, ἀκοσμοῦ δ' ὁ ἀκοσμῶν.

Quod ita Latinè sonat.

Incundius nihil est, neque etiam concinnius
Est, quàm posse conuiciantem ferre:
Nam qui conuinciatur, eo in quem conuicium iacitur,
Dissimulante tacentéque, efficit vt sibi ipse conuicietur:

Censet nullam auribus iucundiorem musicam, quàm tacere alterum, altero conuiciante: cùm enim patienti animo, sed & forti pectore quis maledicta perferre ac pati potest, efficit ille quidem dissimulando, vt maledicus sibi maledicat, id est suum morbum prodat, vt sibi potiùs quàm alteri noceat. Cæterùm hic perbellè Canem inuidum & obtrectatorē proposuit: canem enim pro inuidiæ typo ex veteribus quidā posuerunt, vt etiam pro adulatore & scurra. Pierius lib. 5. Annotat. Canis pro inuido.

Lunarem orbem.] Lunam: Puto alludi ad id quod in Pharmaceutria Theocrit. vbi ait canem terreri Hecate subterranea: compertum est autem canes vel ferociores terreri spectris nocturnis.

Canis.] Canem accipi pro conuiciatore, impudenti & maledico obtrectatore notum est. Apud Homerum, ab Achille agamemnō incessitur, vt κυνὸς ὄμματ' ἔχων, qui caninis sit oculis. Ea enim canis natura est, vt eum nihil pudeat. Itaq; Iulius Pollux Oculum is habere caninum dicitur, ait, qui nimio plus impudens est. Plautus Menæch. Hecubam ait ex eo appellatam canem, quòd in quoscumque intueretur, conuiciatrix & maledica esset. Itaque & M. Tullius Oratione pro Roscio Amerino, alios Oratores clamare ait, non etiam nocere: alios latrare, qui etiam mordere possint. Cur verò canis Diogenes est nuncupatus, nisi quòd mordax esset & maledicus? Hinc Cynicorum fluxit appellatio, & vox Homerica κυνῶπις. Apud terent. Eunucho, canis os durum, & impudentiam significat. Catullus in quandam: Canis quid in Hieroglyphicis.

——— *ruborem*
Ferreo canis exprimamus ore.

Sique videns.] Suam vmbram: *Ventis.*] Catullus:

Idem nunc retrahis te, at tua dicta omnia factáque
Ventos irrita ferre ad nebulas aerias sinis,

Idem Argonauticis:

Irrita ventosæ liquens promissa procellæ.

Et ibid. Ariadna de perfidia Thesei conquerens, ait se speràsse

——— *optatos hymenæos,*

Ayuntamiento de Madrid

Quæ cuncta ærij discerpunt irrita venti.

Tibulus lib. 3. Eleg. 4. ad finem:

Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat,
Et iubeat trepidos irrita ferre Notos.

Surda Diana.] Epitheti μεταφορά. Diana pro Luna apud Poëtas.

Aliquid mali propter vicinum malum.

EMBLEMA CLXV.

RAPTABAT *torrens ollas, quarum vna me*
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa, velit sibi proxima ferri,
Iuncta vt præcipites vtraque sistat aquas.

Ayuntamiento de Madrid

Cui lutea, Haud nobis tua sum commercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vndas?
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

INsignis apologus, quo admonemur cum potentioribus aut improbis societatē non esse ineundam: quia si quid in fortunij damnue accideri, in infirmiorem semper reclinari soleat. Apologus Aesopo ascribitur. Titulus Emblematis sumptus est ex Plauti Mercatore, ait enim Lysimachus: *Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus, Aliquid mali esse propter vicinum malum* Pindar. Nem. ὠδ. 3. docet vtilitatem maximam adferre vicinum, si sit idem & amicus: contrà, si sit inimicus & malus, damnum iacturamque. Quod bellè expressit Hesiodus:

Cum quibus non sit ineunda societas.

Vicini boni summa commoditas.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
οὗ κ' ἔχῃς ἀσφαλέως, ἠμὴ γείτων κακὸς ἔῃ.

Demosthenes aduersus Calliclem de prædio, nihil molestius esse dicit, quàm incidere in vicinum auarum & improbum. τὸ καλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονα πονηρὸν καὶ πλεονέκτην τυχεῖν. Quò etiā illud Virgilianum spectat:

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Quo deplorat Mantuanorum infelicitatem, quibus obfuit sola Cremonensium vicinitas, ait Seruius. Idem euenit Chalcedoniis & Byzantinis, itemque Ætolis & Acarnanibus, qui finitimi mutuis armis & dissensionibus sese cōfecerunt. Itaque apud nostros vulgò circumfertur, Ei optimè cedere qui bonum vicinum habebat. Cato senior eos qui prædia empturi essent, admonebat, vt præ cæteris aduerterent ne malum haberent vicinum. Celebratur & Themistoclis apophthegma. Cùm quis enim prædium venale haberet, iussit præconem adiicere, ὅτι καὶ ἀγαθὸς ἔχει γείτονας. quasi longè vendibilius esset vicini commendatione. Apud Plautum pauper Euclio recusat affinitatem cum diuite Megadoro contrahere, his verbis:

Venit hoc in mentem mihi Megadore, te esse hominem diuitem,
Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit
Te bonum esse, & me esse asellum, vbi tecum coniunctus siem.
Vbi onus nequeam ferre, pariter taceam ego asinus in luto.
Tu me bos magis haud respicias, notus quasi nunquam siem?
Et te vtar iniquiore, & me meus ordo irrideat.
Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fiat:

Asini

Asini me mordicùs scindant, boues incursent cornibus:
Hoc magnum est periculum, ab asinis ad boues transcendere:

Torrens quid. Cæterùm hac ficta descriptione rapidus torrẽs repræsentat hominæ vitæ conditionem torrentis instar fluxam & celeri mento euanescentem. Etenim more fluentis aquæ labuntur pora, vt cecinit Ouid. Olla ænea diuites opum congerie os

Olla ænea quid. stos & graues, terrea verò pauperes significat, eos quidem

Olla terrea. lè in his vitæ huius turbulentis fluctibus enatantes, & perc grauiora effugientes. Videtur sanè Apologus ex Eccles 13. expressus, cùm ait Sapiens: Pondus super se tollet qui bo stiori communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid com nicabit cacabus ad ollam? quando enim se collisérint, cont getur. Diues iniustè egit & fremet: pauper autem læsus race Fabellam sic redditam à Faërno huc adscribam, quòd videa admodum lepida:

Duas trahebat amnis ollas, æneam
Vnam, alteram autem fictilem.
Sed ahena proprio prægrauata pondere,
Sibique porrò præcauens,
Suadere cœpit anteeunti fictili,
Coniungi vti vellet sibi,
Quò rapidum aquarum sustinerent impetum
Iunctis vtrimque viribus.
Cui fictilis: Tua mihi, ait, vicinitas
Non admodum placet, soror.
Nam siue te mihi vnda, siue me tibi
Prope adnatantem illiserit,
Vt sospitem te dura præstabit cutis,
Fragilem meam sic conteret.
Sic ; Potentiorum semper est vicinitas
Vitanda tenuioribus.

Cardamus noxius vicinis herbis. Magnates enim locupletiores vicinis pauperculis nunq cesserint, quippè qui eos nõ desinant exsugere, dum ad mb redegerint, nactiram cardami referentes, qui herbarum ia pinquo nascentium humorem attrahit, vnde illas arere sit necesse. Notandum id Nasonis monitum:

Et quanquam soli possint prodesse potentes,
Non prosunt: potius plurimùm obesse solent.

Altera erat figuli, &c.] Id est, erat fictilis. κεραμικος.

Tua commercia.] Tua consuetudo. Metaphora à mercib

In eum qui truculentia suorum perierit.

EMBLEMA CLXVI.

Delphinem inuitum me in littora compulit æstus,
Exemplum in fido quanta pericla mari.
Nam si nec propriis Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?

TOtum hoc ἀλληγορικῶς accipe. Delphin enim marinis fluctibus eiectus consultorem quendam virumque Principē, vel etiā nota aliqua probitatis insignem, à populari turba beneficij loco iniurias, ludibria, mortemque ipsam referētem arguit: quales fuisse legimus Socratem, Aristidem, Phocionem, Demosthenem, M. Tullium, & alios quamplurimos, qui post præclarè facta innumerásque difficultates, & pericula nomine patriæ

Delphin in mari absorptus quid.

Ayuntamiento de Madrid

patriæ exantlata, honoris & præmiorum vice iniustum exi
duramque mortẽ perferre coacti sunt. Delphin φιλάνθρωπ
qui suis bene consultum velit: Pelagus ipsum, in quo pisc
piscibus afficiantur & absumantur, orbis huius angustias m
tiplicis & damna innumerabilia refert, nimirum in quo
sibi deterius quàm ab homine nocumentum impẽdere
Hoc tetrastichon video petitum ex. 3. Epigram. nempe
cuiusdam hexasticho, quod tale est.

Κύματα πρὶν τριγκὺς μιηλύσαν ἐπὶ χέρσον ἐσυρεν
Δελφῖνα, ξείνης ποίνεν ἁρπαμάτυχης.
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαίης, ἐλίω τίπτω. (οἱ γὰ ἰδόντες,
Εὐδὺς πρὸς τύμβον μ' ἔστεφον ἐυσεβίης)
Νῦν δὲ, τεκοῦσα θάλατ]α διώλεσε τὶς παρὰ πίντῳ
Πίστις, ὃς δ' ἰδίης φείσατο σωτηρίης.

Id ita reddere sum conatus:

Delphinem pelagi rapidus me ad littora fluctus
Ludibrium cunctis, sorte volente, tulit.
Præsidium at pia terra dedit: me namque videntes
Ornarunt tumulo conueniente viri.
Me mare quod genuit, sic sustulit, ergo age ponto
Quanta fides? natos perdit & ipse suos.

Me in littora compulit.] Id vno verbo destituere dicitur, admonet perspicacissimi vir ingenij Fornerius: quin etiam ducit hoc Virgilianum:

Et freta destituent nudos in littore pisces:

Exemplum in fido.] Locus est huic accommodatus in p
Maris periculà. trouers. Senecæ declamat. 1. O maria iustiora iudiciis, ti
tiores procellæ patre, &c.

Nam si nec propriis, &c.] Collatio maioris ad minus. Poet
summas difficultates nauigationem posuere veteres, vn
cepta de fugiendo mari, & terra incolenda. Dixit Ita
stagoras, ὅτι πᾶσα θάλατ]α θάλατ]α, id est, ex æquo pe
sum esse mare, licet appellationes habeat varias, cui
illud ex Hecyra Comici:

O fortunate, nescis quid mali præterieris, qui nunquam
ingressus es mare!

Ouid. 2. Amor. eleg. vndecima:

Nauita solicitus & ventos horres iniquos,
Et propè tam lethum, quàm propè cernit aquam.
Quòd si concussas Triton exasperet vndas,
Quàm tibi sit toto mullus in ore color.

Ayuntamiento de Madrid

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

In dona hostium.

EMBLEMA LXVII.

Bellorum cepisse ferunt monumenta vicissim
Scutiferum Aiacen, Hectoraque Iliacum.
Baltea Priamides, rigidum Telamonius ensem,
Instrumenta suæ cepit uterque necis.
Ensis enim Aiacem confecit, at Hectora functum
Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, venturi præscia fata ferunt.

SVmptus est hic titulus ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, ex Sophoclis Aiace flagellifero, qui ait se, postquàm ab Hectore inimicissimo accepisset ensem muneris loco, nihil præter damnum atro

atrocissimum à Græcis habuisse. Itaque postquàm mul
conquestus, sic postremò infert.

Ἀλλ' ἐστ' ἀληθὴς ὕβριστῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ' οὐκ ὀνήσιμα.

Exhoc loco Scholiastes elicit, ab amicis dona quælibet, ve
pretij minimi, boni esse consulenda: ab hostibus verò &
eis ne pretiosissima quidem expetenda, vtpotè pernicio
noxia. δῶρα enim, ἄδωρα, sunt κακὰ δῶρα, id est, infelicia do
μὴ τυχὸν ἀμήτυχ. Plautus Milite:

In mala vxore, atque inimico, si quid sumas sumptum est:
In bono hospite atque amico quæstus est quod sumitur.

Emblematis character,

Totum Emblema ex Græco tractum liquet:

Πικρὸν ἀλλήλοις ἔκτωρ χάριν, ἠδὲ φέρεσθον
Αἴας, ἐκ πολέμου μνῆμ' ἑκάτερον φίλης.
Ἔκτωρ γὰρ ζωστῆρα λαβὼν, ξίφος ἐμπαλι δῶκον.
Τῶν δὲ χάριν δώρων πέρασαν ἐν θανάτῳ
Τὸ ξίφος ἆλ' αἴαντα μιμνῆτα, καὶ πάλιν ἕκτωρ
Εἵλκυσε περιαμφὶ δι φιλίας συρόμενον.
Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

Subiiciam & breuius Epigramma, eiusdem omninò argum

Ἔκτωρ αἴαντι ξίφος ὤπασεν, αὐτὸς δ' αἴας
Σωστῆρ', ἀμφοτέρων ἦ χάρις ἐς θάνατος.
Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

Aiaci datur ensis ab Hectore, balteus Aiace
Hectori, vtrique suum donum erat exitio.
Atque ita ab hoste hosti veniunt lethalia dona,
Quæ studij specie fata necemque ferunt.

Hectoris & Aiacis fœdus.

Narratio est apud Homerũ Iliad. η. Hector & Aiax inita se fœdere, vltro citroque missis donis, de amicitia firma tuere, atque Hector Aiaci gladium, Aiax Hectori cingu litare misit, sed vtrique suum munus fuit exitio. Victus Aiax ab Vlysse (in contentione armorũ Achillis) & cog quæ per insaniam dixerat & fecerat, eodem gladio seips teremit. Hector verò per occasionem cinguli iuxta Ilu ab Achille occisus, & ter circum mœnia tractus est. Exq spicuum apparet verissimum esse quod ait Euripid.

Κακῶν μὲν ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.
Nullum iuuamen adferunt dona improbi.

Significat viri mali dona esse inutilia pernicioſaq;, qua

coon apud Virg. confirmat, cùm à Troianis equum dolo relictum nequaquam in vrbem recipiendum censet, his quidem verbis:

——O miseri, quæ tanta insania, ciues?
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm, &c.

Et deinde,

Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

Et alibi de Capi sic:

Aut, Capis, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaûm insidias suspectáque dona,
Præcipitare iubent, subiectisq; vrere flammis.

Huic conuenit monostichon Græcum,

Καλὸν τὸ δῶρον ἴσον ἐστὶ βλάβῃ.

Sæpe nihil interest, inquit Seneca, inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi optant accidere, in id horum intēpestiua indulgentia impellit atque instruit. Bene Horatius:

Nil moror officium quod me grauat.

Scutiferum Aiacem.] Φέραστις ἀίας, vt φέραστις ἀθλῶν, à Poëtis dicitur. De nobili Aiacis scuto alibi iam satis.

Hectoraq; Iliacum.] Troianorum fortissimum.

Baltea Priamides.] Baltea, in accusandi casu, quasi à recto Balteus, nullo modo placet, vt neque tolerari in patria Romana potest, id in Alciato nostro peccatum, seu erratum potiùs, Grāmatici nostræ ætatis doctissimi obseruarunt: sicuti & ab Vrsino Velio, erudito sanè viro, idē penè admissum notant versu quodam de laboribus Herculis ex Anthologia Græcorum Latinis numeris expresso, sic.

Balteon arripui, Thracísque armenta ceçidi.

Sed quid? in re tam vera manus dare cogimur, verúmque fateri quod Fabius ait initio lib. 10. Institut. orat. doctos etiam viros labi aliquando, cùm & Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Horatio etiā Homerus ipse videatur; summi enim sunt, homines tamen.

Priamides.] Hector Priami filius, patronymic.

Telamonius.] A Telamone, ad differentiam Aiacis Oilei.

Instrumenta suæ, &c.] Hectoris enim cadauer balteo circa Patrocli tumulum Achillis iussu tractum est: Aiax gladio sibi ab Hectore donato seipsum confodit.

Æmonijs rotis.] Id est, Thessalis, Græcis. Æmonia Thessalia est, ab Æmone filio Deucalionis. Æmonia interdum etiam pro Græcia, συνεκδοχικῶς.

Ayuntamiento de Madrid

A minimis quoque timendum.

EMBLEMA CLXVIII.

BELLA gerit scarabeus, & hostem prouocat vltrò:
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquila clam se neque cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat.
Ouaq; confodiens, prohibet spem crescere prolis:
Hocq; modo illatum dedecus vltus abit.

Musca etiá ipsenem habet, & formica bilem.

EΥχει ηαὶ ἀμῦγα σπλῆνα, ἐνεστι ηαὶ μύρμηκι χόλος, vt est in Aegio vetere. Sed & Pindar. Isth. 4.

Εἰ σι δ' ἀφαύρα τύχας
Καὶ μαρυαμένων,
Πρὶν τέλος ἄνδρα ἰκέσθαι.
Τῶνδε γὰ δίδοι τέλος,
Καὶ ηρίσσον' ἀνδρῶν χρέουσι
Ἐσφαλε, τίχνα καταμάρψασι. id est,

Ayuntamiento de Madrid

Est tamen incertitudo fortunæ vel hominum strenuè pugnantium donec ad summum finem perueniant: his enim qualemcumque vult finem dat fortuna: & meliora interdum deterioribus hominibus premuntur ac supplantantur. Sumptum autem id est ex apologio Æsopi, qui petitus apparet ex perpetua controuersia, quæ naturæ vi quadã intercedit inter Aquilã auium principem, & scarabeum vilissimum insecti genus. Ille enim vt illatam sibi ab aquila iniuriã vindicet, cùm se viribus haudquaquam parem esse norit, confugit ad dolos: clam enim se in plumis Aquilæ recondit, vt eo tãdem modo ad nidum Aquilinum perueniat, eáque postmodùm absente oua eius omnia confodiat. Cuius fabulæ apud Aristophan. mentio est, sic enim: Dissidium Aquilæ & scarabei.

Εν τοῖσιν αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη,
Μύθ' ὅτι ποτ' ἦν ἐς θεὸς ἀφιγμένος.
Ἀ πίστον ἅπας μῦθον, ὦ πάτερ, πάτερ,
Ὅ πως κάνεσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεὸς.
Ἢ λίθιον ἦν ἐχθρὸν αὐτῷ πάλαι ποτέ,
Ὡ' ἐκεῖνο λίθων, ἀντιτιμωρούμενον. hoc est,
In fabulis id est repertum Æsopicis,
Aduisse Deos vnicum ex volucribus.
Haud credibilem ait fabulam, pater, pater,
Aduisse Deos animal obscenum atque olens.
Peruenit olim inquam ob simultatem asperam,
Quæ illi fuit cum Aquila, oua volucris illius,
Et expetens pœnas ab hoste mutuas.

Hoc quidem admonemur, hostem, quamuis infimæ fortunæ, non esse contemnendum, nec quemquam vel omnium minimum & contemptissimum esse prouocandum, siquidem, vt in Mimis Publius ait, Nullus est paruus homo ab ira.

Inimicum quamuis humilem, docti est metuere.

Brasidæ illud memoratur, quem cùm ficus legentem sorex momordisset: O bone Iupiter, inquit, nullum est tam minutum animal, quod sui defendendi, aut periculũ vitandi, cùm sit opus, occasiones non perquirat. Eôdem recidit quòd vulgus nostrâs sæpè vsurpat: Cauendum ab iis quibus nihil est quòd perdant, ab iis enim citiùs iniuriam & damnũ acceperis, quàm ab aliis, quibus aliquid est in loculis. Timẽt enim vt plurimùm aliquem prouocare, ne quid vel famæ vel fortunis detrahatur. Homunculi verò illi sortis infimæ, sed dolis & fraude instructissimi, improbi non minùs quàm scarabei, neque minus putidi, neque abiecti minus, pertinacis ingenij malitia quadam, cùm nemini fe- Descriptio improborum quorũdam tenuis fortunæ hominum.

Ayuntamiento de Madrid

rè prodesse queant, magnis tamen viris sæpenumerò facessa
negotium. Nam territant nigrore (quæ vnà improbi animi no
ta;) obstrepunt stridore (qui nemini non molestus est;) fœtor
suo commaculant obuios quosque, circumuolitant, hærent, a
sidiantur, vt non paulò satius sit cum præstantibus aliquan
viris simultatem suscipere, quàm hos lacessere turpissimos sc
rabeos, quos pudeat etiam vicisse (quæ enim victoriæ tam p
dendæ modestæque spes? quod præmium? qui finis?) quòc
nec excutere possis, cùm maximè velis, neque conflictari cu
illis queas, nisi discedas contaminatior. Huc prouerbium, Sca
beus Aquilam quærit. Certè Alexander, quamquam potens
mus, dexteritatem Ptolomæi suspectam habuit, Arrij turbule
tiam, & Pythonis nouarũ rerum studium reformidabat, auct
Ælia. sub finem 14. Var. hist.

Summa per astra.] Per aëra summum. Aquilam in editiss
locis nidificare, testis est Plinius, & alij nonnulli.

Spem crescere prolis.] Spem crescendæ prolis. Infinit. pro ge
diuo, locutio Græca.

Dedecus.] Iniuriam & damnum.

Obs

Obnoxia infirmitas.

EMBLEMA CLXIX.

PISCICVLOS *Aurata rapit medio æquore fardas;*
Ni fugiant pauidæ, summa mariſq; petant.
Aſt ibi ſunt mergis fulicisq; voracibus eſca.
Eheu inuta manens vndique debilitas!

VT nullo non loco ditiores, & qui ſunt ampliori fortuna, tutum in præſidium ſe recipiunt: ita miſeri & aliqua parte infirmi, præcipites in infortunium ruunt, quocunque fugiant, eque Scylla, quod dicitur, in Charybdim, decidunt; vt litigatoribus accidit iis, qui nullis opibus, nullíſque amicis fautoribus adiuti, à iudice ad iudicem temerè fruſtráque prouocant, non minorem ab vno quàm ab alio gratiam inituri. Sic enim dum cadere cauſſa timent, in diſpendium nocentius & grauius vt

Diuitum ſemper tutatio, pauperum non item.

Ayuntamiento de Madrid

grauius vt plurimùm veniunt, tametsi iure disceptent, & æquo bonóque, nõ dolo vel fraude aliqua, de sua in integr restitutione agitent. Enimuerò, quod ait Comicus, pauper dis nihil habet quod offerat in iudicio, non solùm non contem tur, sed etiam aduersus veritatem opprimitur. Ad id illustra dum meo quidem iudicio huc reuocanda erit historia Hip ridis Oratoris, cuius exilium miserum Plutarch. in vita dec Rhetorum describit, M. Varro apud Nonium,

Natura humanus omnia sunt paria.
Qui pote plus vrget, pisces vt sæpe minutos
Magnu' comest, vt aues enecat accipiter.

De piscium mutua laniena loquitur, idque torquet in intol bilem potentiorum insolentiam in tenuis fortunæ hom quos bonis omnibus deglubere solent, miserèque spol Sed huius Emblematis argumentum quodammodo cum M tialis hoc disticho conuenit:

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum:
Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

Aurata. *Aurata.*] Marinus piscis ab auri colore dictus, quem a omnium timidissimum in maris reflexu sub littoralium a rum radicibus sese occultare solitum, ibique frondium ag tione exterritum facilè capi, quadam velut deditione. M tial. 13.

Non omnis pretium laud'mque Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Sarda. Lege Plin. lib. 32. cap. 5. & 11.

Sardas.] Sarda, quæ & Sardinia, piscis exiguus, de quo

Mergus. eodem 32. cap. vltimo.

Mergis.] Mergus, auis à mergendo dicta: cibum enim quis captans se assiduè immergit: de qua Plin. lib. 11. c

Fulica. Prouerb. Mergorum instar, de ingluuie inexplebili.

Fulicis.] Fulica, siue fulix, auis marina, vel stagnensis supra columbæ magnitudinem: de qua lib. 18. cap. 35.

Ayuntamiento de Madrid

Vel post mortem formidolosi.

EMBLEMA CLXX

CAETERA *mutescent, coriúmque silebit ouillum,*
Si confecta lupi tympana pelle sonent.
Hanc membrana ouium sic exhorrescit, vt hostem
Exanimis quamuis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Ziscas, in tympana versus,
Boemos potuit vincere pontifices.

Amabiles post mortem.

VT nonnulli ob virtutum splendorem, vel etiam morum facilitatem, post mortem sui memoriam acceptam posteris & amabilem relinquunt, sic alij morum ferocitate, & insigni quadam crudelitate, quamquam pridem extincti sint, sui vnica memoria terrorem animis incutiunt: vt apud Turcas

Ayuntamiento de Madrid

Terrifici post mortem. Ioan. Hunniades.

Ioannis Hunniadis ducis fortissimi superstitem famam po
multum formidabilem extitisse, historiarum monume
proditum: huius enim nomen vsque adeò terrificum fuisse
citur, vt nutrices ad sistendum puerorum vagitum Hunnia
adesse simularent. Sanè exemplum Ziscæ Boëmi memora
est ac stupendum, qui etiam post mortem suos hostes in
planè modo terrefacere & fugare potuerit. Quod anten
explicemus, quædam sunt à nobis prælibanda, vt Epigram
tis ipsa πρόταξις apertior fit: est enim similitudo pere

Multæ rerum caussæ hominibus incognitæ.

Multa quidem in maiestate naturę recondita latêre concei
dum est, quæ ingenioſi & sollertes homines nondum sati
dentur excussisse. Quapropter Alexander Aphrodisæus in
fat. Problem. quæstiones ait quasdam esse penitùs inexplic
les, soli Deo cognitas, qui scilicet earum existentiæ auctor

Occultæ proprietates.

Hæ à Medicis occultæ proprietates appellãtur: de quibus
mentio fit in scholis Medicorum & Philosophorum, &
quidam & iocosi homines vulgari scommate, Põtem a
appellant. Prauè autem nonnulli harum solutiones qua
proponunt, quæ nec ratione nec probabilitate nituntur. Ea
enim cognitio excedit ingenij humani captum: neque
hactenus repertus est, qui causſam teneat cur palea succin
trahatur, cur ferrum magnete: & neque satis est, si arca
quandam vim tam vulgò tritam nobis obtrudat. Appo
possumus exempla in concordia vel discordia multorum
malium, vel etiam animantium, in quibus sentiendi fac
non est: quibus tamen, quia longum esset, prætermissis, a

Dissidium luporum & ouium.

gam tantùm quæ ad hunc longum propriè attinent, qua
auctores non pœnitendi scriptis mandarunt. Odium lupe
& ouium tam naturale est, vt si lupina pelle tympanum
ciatur oues non longè astantes sonum exhorrescant, ac hi
prope gregem consistat. Sunt etiam qui asseuerent harmo
nullam vnquam coituram ex ouis lupique tensis ad co
tum viscеribus. Adiiciunt præterea, si lupina pellis in ou
deat, oues pauore conterritas omninò pastum negligere
leonina inficit aliorum animalium pelles, sic ouinam à l
exedi & consumi. Quod sanè fit virtute quadam interna
mini cognita. Quare qui rei tam abstrusæ & inuolutæ
nem conetur reddere, nihil certè adferet, sed, vt Sisyphu
sans saxum, sudabit nitendo, neque tamen proficiet hilu
itaque Alciatus: Tympanum ex lupino corio confec
pulsetur, aliud ex ouillo corio adiacens exhorrescit, vt
mo

Ayuntamiento de Madrid

modum nullum ſonitum edat, tametſi ouis membrana lupum mortuum non ſentiat: Eodem modo Ziſcas tympanum verſus, quibus in vita fuerat in bello formidoloſus, poſt mortem etiam eiſdem terrori fuit. Sed quid ad hæc? aut vnde iſte terror ipſiſſima terroris ſublata cauſſa? id idem opinione poſitum nemo non videt. Seneca 9. Controuerſ. 5. Cùm Polyxene eſſet abducta, vt ad Achillis tumulum immolaretur, Hecuba dixit,

——— *cinis ipſe ſepulti*
Ingenus hoc pugnat.

Poterat hoc contentus eſſe Scaurus auctor, adiecit tamen.

——— *tumulo quoque ſenſimus hoſtem.*

Idem eſt in declamationib. lib. 4. 5. Et apud Tragicum Senecam Troade, conqueritur Hecuba, quòd poſtuletur ad mortem tumulo Achillis immolanda:

Adhuc Achilles viuit in pœnas Phrygum:
Adhuc rebellat.

De Achille mortuo loquitur, ſed qui tamen adhuc ſpirare videatur vltionem. Ad eum modum Cicero in Miloniana queritur de curia incenſa Clodij buſto, quam culpam omnem confert in Clodium quaſi poſt mortem furentem & bacchantem, vt cùm in viuis eſſet: Excitate, excitate, inquit, eum ſi poteſtis ab inferis: frãgetis impetum viui, cuius vix ſuſtinetis furias inſepulti? Et illud ex eadem oratione: Quid vultu extimuiſtis? quonam modo vos ille viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percuſſit?

Corium que ſilebit.] Corium pro pelle abuſiuè, quòd pelli corium adiaceat.

Membrana.] Superior pellis. Ea & charta pergamena dicitur quòd eius primùm vſus Pergami, Eumenè regnante, cœperit. Membrana.

Exanimis quamuis, &c.] Licet ouis exanimatá non ſentiat exanimatum lupum.

Sic cute detracta Ziſcas.] Ziſca, vel Ziſcas, dux bellicoſiſſimus, in Teutones & Boëmos diu ſatis acri Marte conflictatus eſt. Itaque Sigiſmundus Imperator cùm videret Ziſcæ cuncta ex animi ſententia proſperè ſuccedere, & iam illum eſſe vnum, ex quo res Boëmiæ penderent, clam ſibi eum conciliare tentauit. Ille opimis conditionibus ab Imperatore oblatis annuens dum ſe itineri accinxiſſet, peſte tractus expirauit. Ferunt illum cùm ægrotaret, rogatum quo loco mortuus vellet ſepeliri, iuſſiſſe cadaueri ſuo pellem adimi, carnes volucribus ac feris obtrectari, ex pelle tympanum fieri, eóque duce bella geri, indéque arrep- Ziſca vel Ziſcas Boemus.

Ayuntamiento de Madrid

turos fugam hostes, quum primùm eius tympani sonitum audirent. His adiecit Albertus Crantzius, feciſſe amicos quod ille iuſſerat, & reperiſſe quod promiſerat. Hoc vnum præcipuum aiunt ab eo factum, quòd ſectam Adamitarum deleuerit. Notatum eſt, eum partibus Huſſitarum prorſus fauiſſe: Pragæ templa ſacra templáq; deleuiſſe: in Catholicos, potiſſimùm ſacerdotes crudelem & implacabilem animum geſſiſſe, idque Catholici quod Aſſur Iudæis, fuiſſe. Inſignis bellator, quamquam cæterum Inter laudatiſſimos Principes, reíque bellicæ gloria illuſtris haberi poterat, niſi quædam flagitia laudem obſcuraſſent. Retulit Æneas Syluius 3. Comment. De reb. geſtis Alphonſi, poſt eum Cochæus lib. 5. hiſtoriæ Huſſitarum.

Ayuntamiento de Madrid

Iusta vindicta.

EMBLEMA CLXXI.

Dum reſidet Cyclops ſinuoſi in faucibus antri,
Hæc ſecum teneras concinit inter oues:
Paſcite vos herbas, ſociis ego paſcar Achiuis,
Poſtremumque Vtin viſcera noſtra ferent.
Audit hæc Itachus, Cyclopaque lumine caſſum
Reddidit, en pœnas vt ſuus auctor habet?

Polyphemus.

VLyſſes, Troia iam exciſa, cùm domum repeteret, vi ventorum in Siciliã pulſus, ad Polyphemi ſedes appulit. Hic Gigas fuit vnoculus, ingẽtis magnitudinis, feritate implacabili, qui hoſpites ſoleret enecare, eorũq; carnibus pro cibo veſci. Vlyſſes itaque cum ſociis captus, vbi aduerteret iam aliquot ex ſuis

suis absumptos à Cyclope de vino Maronio ei dedit: &
Vlyssis. astus. ab eodem quod ei nomen esset, ὄτιν se vocari Vlysses
Gigas naturæ vini nescius, alto iam somno pressus, suique
nitus immemor, ab Vlysse (cui pollicitus erat, vnum se
mũq; post socios omnes peremptũ & voratũ iri) oleagino
co, in oculo, quem vnicum in fronte habebat, acriter læsu
& eodem effosso consternatus: qui vulneris acerbitate
Exoculatus ab Vlysse Polyphemus. cœpit attollere, vt alios Cyclopas insolito rugitu
Quærentibus ab eo, quis vulnus inflixisset, & ὄτιν (
Nullum, vel Neminem sonat) dixisset, riserunt, eúmque
furentem reliquerunt: Sic enim loquitur apud Euripid

Οὖτις μ' ἀπώλεσιν.

Chorus respondet,

Οὐκ ἆρ' οὐδείς ἁδίκει.

Deinde illud:

Οὖτις μὲ τυφοῖ βέφαρον. χο. οὐκ ἆρ' ἄ τυφλός.

Totum hoc fusius apud Homer. Odysseas 1. Ouid. 14. M
Virgil. 3. Æneid. Compara festiuum Luciani dialogum
πρὸς ποσείδωνα. Qua fabula intelligi datur, quod vt
ter, sic appositè scripsit Hesiodus:

Εἶ αὐτῷ κακὰ τ' ἰύχοι ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

Ipsum se lædit alium qui lædere quærit.

Et, quod est in prouerbio, Ruinam sibi fabricat, aliis qui
Qui aliis malum fabricat, sibi arcessit. cat. Vel specialiùs in eos torqueri poterit δημοβόρι
& Reipubl. pestes infestissimas, qui diuina tandem
lumine priuantur, vel ad exitium mortè grauius, aut
& maximam capitis diminutionem præcipites fuunt,
terea quibus potissimùm terrori fuerant, rideantur &
proscindantur. Meminit, sed aliorsum, Brodæus Mis
cap. 7. hoc tandem obiter. Seruius ad 3. Æneid. aliò
lam de exoculato Cyclope. Cyclops, inquit, vir fuit sa
Cyclops quid Seruio. mus, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, id
cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Vlysses
prudentia superauit, & ob hoc fingitur eum excæcasse.
chus Apophthegmatis refert Oratorem Demadem,
dro mortuo, dixisse: Macedonum exercitum Imperatore
tem similem sibi videri Cyclopi excæcato. Non percu
corum scholiastum allegorica placita, sed Heraclidis
dumtaxat explicationem ad Homericam Odysseam
Cyclopem nominari affectum ratione priuantem:

Κύκλωψ ὠνόμασται ὁ τοὺς λογισμοὺς ὑπολαβών.

Ayuntamiento de Madrid

sinuosi in faucibus antri.] Sic Virgil. dixit in 6.

Vestibulum ante ipsum primisque faucibus Orci.

Ethic noster in Emblemate primo:

——*sinuosi è faucibus anguis.*

Achiui.] Achiui, ἀχαιοὶ, Græci: & nonnunquam pro quolibet populo ciuili: Horatius: Achiui.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Catull. in Argonaut.

Nam simul ac fessis dederit fors copiam Achiuis.

Postremumque Vlin, &c. Οὖτιν᾽ se postremò voraturum bellè Vlis. prædixerat, & Οὖτιν᾽, id est neminem, vorauit: imò ab eo, qui Οὖτις. quanquam esset Οὖτις, aliquis erat, exoculatus est.

Lumine cassum.] Cæcum Virgil. 2. Aeneid. Cassus lumine.

——*Nunc cassum lumine lugent.*

Idem.

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

& Lucretius.

Nunc potis est cerni quod cassum lumine fertur.

Ausonius Parentalib.

Saucius extincto corpore cassus eras.

ic enim poëtæ interdum vsurpant lumine cassum, & luce caentē pro mortuo: vt & lumina lucēq; relinquere. Virgil. in 4.

Quò magis inceptum peragat, lucemque relinquat.

atullus: *Nobis cùm semel occidit breuis lux.* Lucretius:

Lumina sic etiam Solis bonus Ancu' reliquit.

en pœnas vt suus auctor habet!]

——*non est lex iustior vlla,*

Quàm necis artifices arte perire sua.

lludit ad alia quæ sequenti Emblemate consultò adferemus.

Iusta

Ayuntamiento de Madrid

Iusta vltio.

EMBLEMA CLXXII.

Raptabat volucres captum pede corvus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
Ast ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in Stygias compulit vltor aquas.
O risu res digna: aliis qui fata parabat,
Ipse perit, propriis succubuitque dolis.

SImile est apud Æsopum de Coruo cibum quærităe
pentem in aprico dormientẽ corripiente, à quo le
spiculum sentiens, iustam in se vltionem animalculi
mi sensit: quod idem accidit iis, qui re flagitio pa
demùm magno malo discunt, malè parta malè dispe

Ayuntamiento de Madrid

ferè fit, vt, quod vulgò dici solet, captores ipsi capiantur, raptorelque ab aliis etiam vicissim correpti decidãt & illaqueentur: vt cùm à veneficiis falsarij, calumniatores, adulteri, & id genus alij, tolluntur è medio, vel cùm latrones à prædonibus prehenduntur, & spoliantur. Quò spectant adagia, Cornix scorpium: &, Suo ipsius laqueo captus: &, Coruus serpentem. Carmen ipsum ex Archiæ Græco petitum est, lib. 1. Græcor. Epigram. Captores sæpe ipsi capiuntur.

Emblematis typus.

Ἐν πότι παμφαίνοντι μελάντερ ἠθέρι νομᾶν,
Σκορπίον ἐκ γαίης οἶδε δερέντα πέρας.
Ὃν μὰρψῶν ἄρκσον. ὃ δ' αἰξαντ' ἐπ' οὐδας,
Οὐκ ἔφθασ', ἰυκέντρῳ πλῆξαν ἑτοῖμε βέλει,
Καὶ ζωῆς μὲν ἄμεργσιν. ἰδ' ὄφιν ἐτύγχαν ἐπ' ἄλλῳ,
Ἑ κείνε πλήμμυρ αὐτὸς ἰδιητο μέρον. id est

Scorpius è terra prorepserat, idque videns
Cornu, qui cælo vehitur in liquido,
Corripuit visum, fugitque: sed hic vt humum ales
Contigerat, telo mox ferit atque necat.
Ecce tibi, quod in hunc auis insidiosa parabat,
Inde sibi accinit ipsa necem misera.

Alijs qui fata parabat] Fuerè qui semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violauerant, interemerunt. Suetonius in Cæsare. Quod de Cæsare memoriæ traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus euenisse scribit. Nam omnes quicunque illum gladio appetiuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interemptis Philippis sua manu, suisque gladiis, & iisdem quibus illum percussérant, interiisse dicuntur. Iul. Capitolin. in Gordianis tribus, sub finem. Sallust. in fragment. histor. praua incepta consultoribus sunt noxæ. Lucretius lib. 5. Memorabile fatum.

Circumretit enim vis, atque iniuria quæque,
Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit.

Ouid. 1. De arte:

Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos posuere cadant.

Parera

Parem delinquentis & suasoris culpam esse.

EMBLEMA CLXXIII.

Præconem lituo perflantem classica, victrix
Captiuum in tetro carcere turba tenet.
Queis ille excusat, quòd nec sit strenuus armis,
Vllius aut sæuo læserit ense latus.
Huic illi. Quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios æris in arma cies.

Tubicē in bello captus, cur se excusarit.

EX Aesopi apologo, de tubicine in bello capto, qui s
sontem prædicabat quòd nullum occidisset, sed ne
quenquam gladium distrinxisset, qui mox audiuit: Δι
γὼ μᾶλλον τιθνήξη, ὅτι σύμὴ δυνάμῃ & πολεμῶν, τὸ τ

Ayuntamiento de Madrid

πρὸς μάχλων ἐγέρτας. Sed ideò magis tibi moriendum est, qui cùm pugnandi sis expers, alios omnes ad pugnam concitas. Etenim (quod aiunt Iureconsulti.) Qui agunt, & qui assensum præbent, pari supplicio afficiendi sunt, & satis ipse facit qui per aliũ facit. Hoc in eos torquetur potissimùm, qui oratione & consilio Principes ad suscipienda bella inflammant, cùm ipsi pugnam detrectent, nec vlli sese periculo patriæ aut Principis nomine committunt: quibus quidem certè nullus probabilis esse potest consilij tam nefarij prętextus, cùm ipsi reuera sint nocentiores, maiúsque detrimentum eminus linguâ cæteris adferant, quàm qui cominus gladiis decertãt. Nulla enim fortè irreperet Martis violentia, nisi antecederet eiusdem committendi persuasio. Vel de iis intelligitur, qui cruore quidem manus non tingunt, at nihilominus parricidij faciendi consilium suggerunt. Occurrit illud Demosthenis de patre cuiusdam sacerdotis, quem Brauroniam appellat. Is, cùm alterum quispiam occideret, impellebat & hortabatur ad id facinus. Palam erat hominẽ mortuum ne digito quidem ab eo tactum, sed ab occisore dumtaxat: ita vulgo iudicabatur nõ teneri cædis. Sed Areopagitarum aliud iudicium fuit, qui censuerunt eum qui suadendo iuuisset, eodem obstrictum scelere. Nam constat homines audaciores fieri adhortatione: nec solùm manu, sed etiam voce & proclamatione opem & auxilium ferri. Itaq; ille damnatus, & in exilium pulsus est. Aristot. 1. Rhet. argumentum citat quo vsus est orator Leodamas aduersus Callistratum: dicebat enim eum qui cõsilium dedisset, magis in culpa esse, quàm qui scelus cõmisisset: quia scelus admissum non esset, nisi eius auctor & consultor aliquis extitisset. Ciceronis exemplum vnum proferam ex oratione in Pisonem. Quid interfuit inter Catilinam, & eum cui tu senatus auctoritatem, salutem ciuitatis, totam Remp. prouincię prædio vendidisti? Quæ enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea Pub. Clodium facientem consules adiuuerunt, voluit ille senatum interficere, vos sustuliſtis: leges incendere, vos abrogastis: interire patriam, vos adiuuistis. Quid est vobis Coss. gestum sine armis? incendere illa coniuratorum manus voluit, vrbem: vos eius domum, propter quem vrbs incensa nõ est. Ac ne illi quidem, si habuissent vestri similem consulem, de vrbis incendio cogitassent. Huc facit M. Quintilian. declamatione 270. Satis ostendit ipsa pœna, inquit, eum teneri qui idem commiserit, quod si occidisset. Neque enim grauius quicquam aduersus eum qui sua manu interfecerit, constituere potuit legum

Agentes & consentientes pari pœna puniendi.

Bellorum suasores.

Locus Demosthenis.

Ayuntamiento de Madrid

lator, quàm aduersus eum qui causam præstitisset. Ergo & si
litudine pœnæ etiam crimen par exigere debetis. Hæc ille.
terùm cum hoc nostro Emblemate magis conuenit quod
damas, de quo proximè dicebat, eum in maiore culpa esse
facinus commiserit, quàm qui consilium dederit, consiliũ
nullius est momenti, nisi sit qui illud sequatur. Et interitus
sam, non interitum spectari oportere, dixit in Miloniana
tus orator. Vlpianus etiam, vt est in l. 11. de iniuriis: Non
is iniuriarum tenetur qui fecit iniuriam, hoc est qui pe
verùm ille quoque continetur qui dolo fecit, vel qui cura
cui mala pugno percuteretur. Eodem recidit l. 15. ad l. Co
de sicariis, vbi idem Vlpian. ait, Nihil interesse, occidat qu
causam mortis præbeat.

Lituus. *Lituo.*] Lituus, genus buccinæ incuruæ. Festus ex Enni

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.

Et Ouid. 3. Fast.

Iam lituus pugnæ signa daturus erat.

Classicum belli. *Perflantem classica.*] Classicum canentem. Classicum ca
signum est dare quo milites pugnare incipiant, cui oppo
Canere receptui. Virgil. ad finem 2. Georg.

Necdum etiam audierant inflari classica.

Victrix turma.] Victrices copiæ.

Clangore æris.] Tubæ sonitu. Metonym. in dictione, æris
tubæ.

Ayuntamiento de Madrid

Alius peccat, alius plectitur.

EMBLEMA CLXXIIII.

ARRIPIT *vt lapidem catulus, morſuq; fatigat,*
Nec percuſſori mutua damna facit:
Sic plerique ſinunt veros elabier hoſteis,
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

PLerique ſunt, qui cùm non poſſint iis noxam inferre à quibus ſe læſos putant, vt acceptam iniuriam vlciſcantur, vel pueros, vel famulos, vel etiam, ſi fieri poſſit, ſuorum aduerſarium amicos adoriuntur, impotenti quidem & iniquo conatu, qui mos perinde eſt ac puerulorum, qui ſubita iracundia perculſi, virgas adurunt quibus plexi ſunt. Eiuſmodi ſunt, qui cauſſas adiuuantes vel per ſe omninò ad agendum ineptas pro Impotentum homi-num affectus.

Ayuntamiento de Madrid

efficientibus imperitè vsurpant, vt Medeæ nutrix, dum eu
conferret in trabes abiegnas è nemore Pelio auectas, q
Argo nauis facta esset, in qua Medea cũ Iasone aufugisset.
vt ad nostros mores sermonem conuertam, omnibus in cõ
est, quot quantaq; infortunia in dies nobis impendeant,
terdum grauiter vrgeant: quorum causſam inconsultò re
mus in eos fortasse, qui nullo modo sunt in causſa, cùm p
errores & lapsus nostros agnoscere, & pia finceráque
tot contractas vitiorum sordes eluere deberemus, nec vt q
in lapidem sæuientes, incusare iustissimam supremi & inco
pti iudicis Dei animaduersionem. Id si placet ad ire inie
conuertere, vnà etiam Senecam audiemus ita disputante
De ira: Iam verò si affectus iræ damnaq; velis intueri, nul
stis humano generi pluris stetit. Et deinde: Id non est m
quasi ira: sicut puerorum, qui si ceciderunt, terram ver
Insignes volunt, & sæpè nesciunt quidem cui irascantur, sed tantu
Senecæ scuntur sine causſa, & sine iniuria, non tamen sine aliqua
loci. riæ specie, nec sine aliqua pœnæ cupiditate. Deludunt
imitatione plagarum, & simulatis deprecantium lacryma
cantur, & falsa vltione falsus dolor tollitur. Idem Sene
dem lib. c. 16. iram ostendit ita impotentem esse, vt spe
patrono, reum damnet; & si veritas oculis appareat, inqu
men errorem tuetur, & in malè cœptis honestior illi vi
pertinacia quàm pœnitentia. Apponit exemplũ in Piſone
dam, qui cùm iratus duci eum iussisset, qui ex commea
commilitone redierat, quasi interfecisset quem nõ exhi
roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit. D
tus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigẽ
subitò ille commilito apparuit, qui occisus videbatur. Tu
turio supplicio præpositus, condere gladium spiculatore
bet, damnatum ad Pisonem reducit, reddituru Piſoni
tiam: nam militi fortuna reddiderat. Ingenti concursu d
tur, cõplexi alter alterum cum magno castrorum gaudio
militones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duc
que, & eum militem qui non occidit, & eum qui non p
Quid hoc indignius? Quia vnus innocens apparuerat, d
ribant. Piso adiecit & tertium. Nam illum centurione
damnatum reduxit, duci iubet: constituti sunt in eode
perituri tres ob vnius innocentiam.

Catulus.] Canis.

Morsu fatigat.] Mordet.

Ayuntamiento de Madrid

Mutua damna.]Talem iniuriam.

Veros hostes.]Ipsissimos aduersarios,à quibus orta est iniuria.

Noxia.]Noxia de maleficio dicitur. Noxiam dixere antiqui quod nocet:& est detrimentum,culpa, pœna. Lege ipsummet Alciatum Commentario in tit. De verb. & rer.signific.l. 237. quem locum & nos suprà citauimus ad Emblema,cuius titulus, *Remedia in arduo,mala in prono.* Noxiæ.

Dente petunt.]Iniuriis vel conuitiis proscindunt, quod vnum iniustitiæ non paruum facinus, quia iniquum est aliquem alieno odio prægrauari,ait Imperator Iustinianus in l.Si quis suo, §. legis autem,Cod.de inoffic.testam.Et Callistratus l.26. D. de pœnis. Crimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest, nam vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Quod si ad vindictã publicam id protendere liceat, audiamus Arcadij & Honorij rescriptum,ex l.22.Cod. de pœnis: Sancimus ibi esse pœnam, vbi & noxa est.Propinquos, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim societas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec vlteriùs progrediatur metus,quàm reperiatur delictum.

Ayuntamiento de Madrid

Insani gladius.

EMBLEMA CLXXV.

SETIGERI medius stabat gregis ensifer Aiax,
Cæde suum credens cædere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas
Pro Laertiade, pro caueáque dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus: erat ab ictu,
Consiliique impos in sua damna ruit.

Insaniæ pœna. in eum læsa vnde manauit.

HOc quidem arguitur temerarius furentum hominum petus, qui non aduersariis, sed sibi maximè nocent, iræ præcipiti omnia committant, omnémque viam rationi cludant: vnde fit, vt, quod ait Horat.

Vis consily expers mole ruit sua.

Ayuntamiento de Madrid

ſcenim furentis animi affectus ſic hominis animum è ſua ſede dimouet & exturbat, vt non ſecus atque Circe altera hominem in belluam ferociſſimam transformet: quo fit, qui talem hoſpitem excipiat, non aliter faciat, ac qui ſeſe vnà cum ipſis ædibus incendio perdat: eóque deterior eſt, quòd ita tumultu, caligine, fumóque cuncta intus errore mẽtis compleat, vt nec cernere integrum ſit, nec eos audire qui volunt opitulari. Id quidem ob oculos poſuit Homerus Iliad. ϛ. & Odyſſ. α. ſub perſona tum Achillis, cuius iram facit implacabilem, tum Aiacis, quem tanta inceſſit rabies ob Achillis arma Vlyſſi adiudicata, vt in porcorũ gregem furibundus inſilierit, eóſque trucidarit, exiſtimans ſe Græcorum copias proſternere. Ille itaque cùm duos quoſdam maximos ſues de trabe ſuſpẽſos flagris cęciditſſet, hos eſſe Agamemnonem & Vlyſſem putans (quorum alteri vt iudici, alteri vt victori potiſſimùm erat infenſus) ſuibus ita ſuſpenſis multo cum riſu inſultauit, addẽs conuicia quæcunque bilis ſuggerebat. Poſtquam autem reſipuiſſet, facti pudore ſibi mortem conſciuit. qua de re pulcherrima eſt Sophoclis tragœdia, quæ inſcribitur Αἴας μαστιγοφόρος. Horatius 2. Sermonum:

Aiacis inſania.

——*inſanus quid etiam Aiax*
Fecit, cum ſtraui ferro pecus abſtinuit vim
Vxore & gnato, mala multa precatus Atridis.

&. —— *cur Aiax heros ab Achille ſecundus*
Putreſcit, toties ſeruatis clarus Atridis,
Gaudeat vt populus Priami, Priamúſque inhumato,
Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulchro?
Mille ouium inſanus morti dedit, inclytum Vlyſſem,
Et Menelaum vnà mecum ſe occidere clamans.

Et deinceps: *Aiax immeritos dum occidit, deſipit, agnos.*

Cornelius Celſus de re medica lib. 3. cap. 18. inter inſaniæ genera illud longè maximum ponit, & longiſſimum, quod vitam ipſam nõ impediat, idque robuſti corporis eſſe conſueſcat. Huius ſpecies duas: nam quidã imaginibus, non mente falluntur, qualem inſanientem Aiacem vel Oreſtem fabulæ ferunt: quidam animo deſipiunt, &c. Seneca 2. de Ira, cap. 36. videndum illud quàm multis ira per ſe nocuerit. Alij nimio feruore rupere venas & ſanguinem: ſupra vires elatus clamor egeſſit, & luminum ſuffudit aciem: in oculos vehementius humor egeſtus, & in morbos ægri recidere: nulla celerior ad inſaniam via eſt. Multi itaque continuauerunt iræ furorem: nec quam expulerant mentem, vnquam receperunt. Aiacem in mortem egit

Locus ex Cornelio Celſo.

Ayuntamiento de Madrid

furor in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi rainan
domui imprecantur, &c. Hæc Seneca. Ad illustrationem argu-
menti huius commodè referes, quæ de impatientia & vindictæ
appetitione doctè Lactantius disputat lib. 6. Diuin. inst. cap. 8.
Historiam pete ex Ouid. Transf. 13. & lege. Prou. Aiacis rhet.

Setigeri gregis.] Porcorum.

Ensifer Aiax.] In superioribus Aiacē scutiferum, hīc en-
ferum vocat, ob affectum mortis vltroneæ, quæ est consecu-

Græci Tantalida. *Cæde suum.*] Porcorum internecione.

Tantalidas.] Græcos, qui à Tantalo Tantalidę dicti fue-
rum enim plerique à Tantalo Iouis ex Plota Nympha fi-
traxerunt originem. Iupiter Tantalum genuit: Tantalus filium
Pelopem habuit: Pelops pater Atrei: Atreus Agamemnonem
Itaque Iupiter fuit Agamemnonis abauus. Id epitheton vi-
pat opportunè Ouid. oratione Aiacis, qua heros ille Vlyssis o-
tum genus à Tantalo, tamquam probrum, obiicit.

Succedanea hostia. *Hostia sic tamquam sus succedanea, &c.*] Sues erant tamquā
ctimæ, quæ pœnas luebant pro Græcis iudicibus & Vlysse. Su-
cedanea autem hostia olim dicebatur, quæ secūdo loco fiebat.
Si enim primis hostiis libatum nō fuisse putassent sacrifica-
hostię post primas eductę cædebantur duæ, quæ priorib⁹ n
cæsis luendi piaculi caussa subdebantur. Gell. lib. 4. c. 6. Succe-
neas, nō succedaneas esse dicendū ait, ob vocabuli cōpositu

Pro caueaque.] Caueа, polysemū est. Hīc Iudicium consi-
intellige. Est autem Metonymia, pro iudice Agamemn
Olim Caueа pro subselliis equitum & populi. Virg. 5. Æn.

Hic totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet.

Caueа quid. Cicero in Lælio: Qui clamores tota caueа nuper hospiti
amici mei M. Pacuuij in noua fabula?

Nescit obesse, &c.]γνώμην. Iracundus & mēte captus non is
odio prosequitur, sed sibi nocet: non inquam eos quos ma
vellet affici iniuria, sed se ipse lædit & interdum enecat.

Nescit obesse suis furor.] Furor, mētis cæcitas definitur à M
lio 4. Tuscul. ea est μανία Græcis. In paradoxo contra Clo
exagitatur is animi morbus, quo docet omnes stultos furo
est cæcò mentis impetu in omni scelere versari. quæ pertu
tio sæpè à nimia ira proficiscitur.

In sua damna ruit.] Seneca Hercule furente:

——— in se semper armatus furor.

Ibidem, *——— quódque habet proprium furor*
In seipse sæuit.

Ayuntamiento de Madrid

Pax.

EMBLEMA CLXXVI.

TVRRIGERIS humeris, dẽtis quoque barrus eburni.
Qui ſuperare ferox Martia bella ſolet,
Suppoſuit nunc colla iugo, ſtimulisq; ſubactus,
Cæſareos currus ad pia templa vehit.
Vel fera cognoſcit concordes vndique gentes,
Proiectisq; armis munia pacis obit.

ELephantorum in bellis vſum olim fuiſſe celeberrimum, notius eſt quàm vt cõfirmare opus habeã: vnde apud plerosque pro belli ſymbolo reperio, vt hîc etiam pro pace, diuerſa tamen ratione & fine: Elephantus enim, qui equis in acie terrorem incutiebat, qui ſui horrendo ſpectaculo milites ipſos conturbabat, quique eburneo dente pugnatum hominum

Vſus Elephanto rum in belliis.

Ayuntamiento de Madrid

equos corripiebat, pace parta, collum iugo suppositi, & Cæs-

Elephantus in triumpho.

ris currum triumphalem ad templum vehit, quasi agnoscen initam inter populos concordiam, ideóque ad pacis munia ob- eunda sese subiiciens. Quod sanè intelligi licet de ferocissimis quibusque, & fortissimis belli ducibus, qui truculētos ipsi mo- res, & ferociam bellicam redempta pace deponunt: eoque fa vt sese postea conuertant ad ea quæ ad religionem, vel publi- cam ciuitatis administrationem pertinent: quæ quondam inter arma vel silebant, vel consopita penéque oppressa misero sin iacebant. Cassiodor. Varia. formul. lib. 3. Epist. 1. populorum fe- rocia corda longa pace mollescunt. Hæc quidem ità enarrari velim, nisi malis Epigrammatis huius literam referri ad lud Cæsaris triumphum, de quo Suetonius agit. Ait enim eum a-

Iulij Cæsaris triumphus.

scendisse capitolium ad lumina quadraginta Elephāris decur atque sinistra lychnuchos gestantibus, idque in signum pac bello partæ. Elephantis etiam Pompeium Magnum triumphā se testatur Plinius lib. 8. quod prius India victa Libero patre

Senecæ locus.

ctum memoratur, Seneca de Vitæ breuitate cap. 14. ait, Mes lum victis in Sicilia Pœnis triumphantem, vnum omnium R manorum ante currum centum & viginti captiuos Elephan deduxisse. Et Capitolinus de Gordiano iuniore: Quadrige lephantorum Gordiano decretæ sunt, vtpotè qui Persas vi set, triumpho Persico triumpharet. Cæterum non prætermi ro Græcum hexastichon Φιλίππου, quod hìc Alciatus l reddit, sed πεμφρασικῶς:

Typus Emblematis.

Οὐκ ἔτι πυργωθεὶς φαλαγγομάχας ἐπὶ δῆρον
Ἀ σχετ& ἐρμαίνει πυριδους Ε λεφας,
Ἀλλὰ φόβῳ φείλας βαθὺμ αὐχενα πρὸς ζυγοδέσμους,
Ἄντυγα διρρουλλῆ καίσαρ& οὐρκείου.
Ἔγνω Δ' ἀρίονης ηχὶ δηϱ χάϱμ ἔργα ϱίψας
Ἀ ϱι&, ἀνυμίνς ἀντανάγει πατίϱα.

Locus è Panegyrico Constantini.

Sed præclarus sese locus offert ex Panegyrico, qui Cōstan Augusto Constantij filio dictus est, nobisque trāsmissus inc nomine. Hunc enim locum quia puto gratum fore studiosis rum antiquarum, totum ascribam. sic itaque: Quid egeras imperator? in quę nos fata proieceras? nisi te diuina virtus tua dicasset, quæ hæc est impatientia? aut quò tibi manus nostra versa vice pugnas ipse pro nobis? Hæc ego non dicerē Imp rator, neque ab aliis dicta memorarem, nisi beneficio tuæ tatis tutior esset nostra in verbis, quàm tua in armis aud Noua enim quadam varietate naturæ, confusóque virtu

temperamento, idem es in præliis ferociſſimus, & parta ſecuritate mitiſſimus. Cùm enim dato obſeſſis tempore pœnitendi, Aquileiam quoque de legatis eorum ac ſupplicibus recepiſſes, cunctique ſe tibi dediſſent, quod obſidēdo ſeruaueras, ignouiſti omnibus, & vitā quam deſperauerant, reddidiſti, & quidem iuſſiſti arma deponere, & multo tutiùs victoris pietate tegerentur. Vt tamen pertinaciæ ſuæ merita ſentirent, corripi eos vinciríque iuſſiſti, non ad ſupplicium, ſed vitam, ne conſcientiæ timore diffugerent, graultérque delinquerent, cōſeruaríque iterum non mererentur; ſi ſeruati non fuiſſent. Sed vnde tanto hominum numero tot vincula, quæ continere militares, & paulò antè armatas manus poſſent? Stupere milites quid producēdos ſuſceperāt, & cuſtodiæ curam abnuere, & prorſus neſcire quid facerent. Ipſi etiam, qui tibi in conſilio erant, ipſe etiam Præfectus hærere, cùm tu diuino monitus inſtinctu, de gladiis eorū gemina manibus aptari clauſtra iuſſiſti, vt ſeruarent deditos gladij ſui, quos non defenderant repugnātes. O pulcherrimum, & qui omnium oculis ſubiici debuiſſet, triumphum virtutis & clementiæ tuæ! Cuius enim potentiæ fuit hoſtibus arma diripere, eius humanitatis deditos ad impunitatem ſuis armis alligare, atque etiam vincere. Vt eos ferri illius, quod contra te geſſerant, quotidie pœniteret, gladius ille quem in te diſtrinxerat hoſtis, infeſtus, ipſe domini ſui manus tenuit, & paratus ad cædem, cuſtos factus eſt ad ſalutem. Māgnus Poëta, dum bellorum toto orbe ſurgentium diſcurſum apparatúmque deſcribit.

Et curuæ, inquit, *rigidum falces conflantur in enſem.* Triſte nimium tempus id, cùm inſtrumenta cultui pecudum præparata, in cædem hominum verterentur. At nunc rigidi illi mortiferique mucrones in ſalutaria vincla curuantur, & exarmatum hominem non interimunt, ſed coërcent, deditóſque hoſtes gladij ſui colliſi obtuſique tutantur, qui nihil illis prodeſſe integri acutique potuerunt. Omnium ergo armorum miniſteria ad diuerſos effectus arbitrio tuo ſeruiunt Imperat. tibi vincunt gladij, tibi ſeruant, te pugnante feriunt, te ignoſcente cuſtodiunt, vt Deus ille mundi creator & dominus eodem fulmine ſuo nunc triſtes, nunc lætos nuncios mitti: ita eadem ſub numine tuo tela inimicos, aut ſupplices tuos, pernicie aut conſeruatione diſcernunt.

Locus hic cum Emblemate noſtro mirè conſentiens.

Turrigeris humeris.] Expreſſit epithetō πυργοφόρος, turribus oneratus, id eſt, πυργοφόρος. Lege Plin. 8. Cur autem barrus dicatur, iam explicuimus Emblemate, cuius tit. *In illaudata laudantes.*

Qui

Ayuntamiento de Madrid

Qui superare ferox, &c.] Explicatius in Græco, ὁ φαλαγγηδὸν καὶ δηρὸν ἄσχετος ἐμμένει, phalangibus pugnans indomitus impetuosè irruit ad pugnam cum phalangibus in acie stans.

Vel fera cognoscit.] De particula, vel quædam Alciat. nostrum l. 96. de verb. sign. §. prædia.

Ex bello pax.

EMBLEMA CLXXVII.

En galea, intrepidus, quam miles gesserat, & qua
Sæpius hostili sparsa cruore fuit:
Parta pace apibus tenuis concessit in vsum
Alueoli, atque fauos grataque mella gerit.
Arma procul iaceant: fas sit tunc sumere bellum,
Quando aliter pacis non potes arte frui.

Ayuntamiento de Madrid

EIusdem materiæ diuersa & contraria possunt esse instrumenta, vt cùm ex galea, ense, vel ægide militari conflantur falces aut ligones agricolis idonei, quibus etiam pacis tempus intelligitur: quod κατὰ πρόσωπεποίαν de falce ex ense Martialis exprimit in Apophoretis:

Signa redempta pacis.

Pax me certa ducis placidos curuauit in vsus:
Agricolæ nunc sum, militis antè fui.

At Virgil. bellum significans, ait Georg. 1.

Et curuæ rigidum falces conuertuntur in ensem.

Ouid, item Fastor. 2.

Plus erat in gladio, quàm curuo laudis aratro.

Idemque alio loco:

Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis
Vomere: cedebat taurus arator equo.
Sarcula cessabant, versique in pila ligones,
Factaque de rastri pondere cassis erat.

Et deinde pacem, his sequentibus:

Pax ades, & toto mitis in orbe mane.
Dum desunt hostes, desit quoque caussa triumphi:
Tum ducibus bello gloria maior erit.
Sola gerat miles, quibus arma coerceat arma,
Canteturque fera nisi pompa tuba.

Claudianus de bello Getico huc respexit, signa partæ pacis memorans:

Non tam delectus miseri, nec falce per agros
Deposita, iaculum vibrans ignobile messor:
Non tentat clypeum proiectis sumere rastris.

Occurrit & illud Bacchylidis Lyrici Poëtæ, ex Stobæo & Plutarcho:

Bacchylidis Lyricis venustus locus.

Τίπτ' δὲ θνατοῖσι εἰρήνα μεγάλα πλέτειν: Pax magna hominibus affert diuitias.

Et deinde sequitur:

Ἐν δὲ σιδαρο δὲ τοισιν πίεπαξιν αἰθᾶν ἀράχνας
Ηγὺ πέλονται, ἰγχέα τιλογχωτὰ,
Χίφιά τ' ἀμφάκια ἰυρὺς δάμνατα. χαλκίων
Οὐκιτι σαλω ἰγγυν κτύπ☉, δὲ συλατὰ μιλίφρων ὕπν☉
Ἀ πὸ βλιφάρων ἀμὲς, ὅς θάλπει κἠαρ: id est,

At in reuinctis ferro clypeis nigrorum araneorum telæ sunt, hastasque cuspidatas, & enses ancipites ærugo consumit: æreorumque non amplius tubarum clangor, neque subripitur mellitus somnus à palpebris, nostrum qui cor fouet. Huc etiam referam

feram Esaiæ vatis illud: Contundent, inquit, gladios suos in ligones aut vomeres, & lanceas hastasque suas in falces, neque vltrà aut bellum addiscens, aut prœlio assuescēt. Sic Cassiodorus in quadam ad Valerianum præf. prætorio epistola libro Variar. Arripiant ferrum, inquit, sed vnde agros excolant, mant cuspides, boum stimulos, non furoris. Quæ ideò adximus, vt non modò Emblematis ἐπιγραφὴν, sed & duo proditicha, per se alioqui clara, explicemus apertiùs, his enim dit temporis quandam conuersionem & vicissitudinem, cum bello pacem arguit sub galeæ symbolo, quæ belli tempore piùs hostium sanguine tincta, nūc demùm pace, in apum arrium cōmutaretur. Eodē fermè modo Marius Mossa de naualibus, cuius carmen propter affinitatē ascribere non

Marij Mossæ lepidum epigrāma.

Ferrea rostra olim pressis erepta carinis,
Quæ Nili fractas testificantur opes,
Ecce apibus parcis pandas præpandimus aulas:
Congesta redolent, (quis putet?) æra thymo,
Cæsaris hæc ingens laus est, quo vindice, pacis
Iucundos fructus arma inimica ferunt.

Quāta debeat esse cautio in bellis suscipiendis.

Porrò ab armis dissuadet, nec ea omninò sumenda vultu ratione in pace ac quiete viuere nō possimus: Rectè Cicero xit temerè in acie versari, & manū cum hoste confligere, ne quiddam, & belluarum simile: sed cùm tempus necessitas postulat, decertandum manu esse, & mortem seruituti dinique anteponendam. Certè bellum non tā facilè sulp dum, quàm putant quibus, inexpertis potissimùm, dulc de vlla re alia magis deliberandum est, neque religiosiùs sultandum, aut maturiùs aliquid statuendum quàm de cuius alea vt anceps & dubia, & in quo bis peccare non damnosa maximè, & omni parte periculosa: quando & qui vicit, & qui victus est, suo damno de suo gradu ille quidem magno fortè sui suorumque dispendio victo mercatus: hic, quòd spes irrita ceciderit, quàm ægrè ferat toque dolore contabescat, omnibus coniectandum re Principes itaque, magnates, aut etiam magistratus, nisi tanquam ineuitabili necessitate pressi, aleam belli re vel minimùm debent, sed omnibus primùm tentatis diis, sic se gerant, vt de suo iure quicquam decedat potius, sua auctoritate tale aliquid committatur. Notum est fricani Scipionis, turpe esse in re militari dicere, Non quòd inemendabilis error sit, qui violentia Martis com

Ayuntamiento de Madrid

tur. Facillimum est enim arma sumere, at eadem sumpta deponere, non æquè facile. Nec verò vt inficias iuerim belli principium penes Principes esse, sic exitus sanè à diuina prouidentia pendere certò dixerim. Quòd si quisque, vt decet, per se coniiceret, quàm interfit leui de caussa bellum mouere, agnosceret quã periculosus sit Principũ ludus, quibus tã parui est momenti clades & strages populi multitudine innumerabilis, ruina, vastitasque: sed & indigna locorum permultorum vastitas, solitudo, conflagratio. Valeant itaque quibus tam placet belli fortuna, cuius etiã vel prosperè gesti euentus ipsum pœnitere Principem decet, si modò vel minimùm sapiat, aut nisi ab humanitate prorsus abhorreat. Addam etiam & illud (quòd intestina hęc & plus quàm ciuilia bella Gallica nobis tam sępè tamque diu bilem moueant) nullum regnum, nec vllã Remp. diu manere incolumen potuisse, quæ arma crebrò mouerit. Meminerint quibus dulce bellum est, quoties in extremum discrimen venerint Athenienses quondã felicissimi & potentissimi, tot tantisque bellis attriti, & postmodùm deleti, quorum nempè ciuitas à Persis incẽdio perdita, à Laconibus affecta sæpissimè, ac mœnibus ipsis exuta, à Philippo Alexandri patre fatigata, ab altero Philippo afflicta, à rege Ponti Mithridate cædibus & cruore infecta, à Sylla propemodum concussa & diruta. Quid Lacedæmonij? quamquam diu satis floruisse visi sunt, idem tamen, quod aliæ florentissimę monarchiæ, & oligarchiæ, sunt experti, quarum quidem exitium non ab externis, sed certè intestinis potissimùm odiis atque dissidiis est profectum. Nihil illa inclyta Roma clarius aut admirabilius, vt quæ.

Imperium terris, animos æquauit olympo.

Cuius tamen quantò aliis gloria & præcellens dignitas eminentior fuit, tantò ruina casusque grauior & periculosior. Si verò tanti imperij labefacti caussam inuestigemus, bellorum aleæ acceptũ esse referendum citra negotium iudicabimus. Ea enim Romana ciuitas primùm à Porsena obsessa, à Pyrro territa, ab Annibale identidem concussa, à Tatio capta, à Brenno expugnata, & Gallis incensa: denique viribus ipsa suis miserè prostrata, & penitus fracta, quid posteris Gothis aut Vandalis reliqui habuit, quod labefactandũ aut cõcutiendũ daret? Porrò credibile est tantum imperium tam citò non fuisse lapsurum, si primores ipsi, quique Reipubl. clauum tenebant iis tẽporibus, in iis quæ parta erant, conseruandis citiùs elaborassent, quàm alienas tanto impetu & ardore animi prouincias inuasissent,

Principum ludus periculosus.

Athenienſium bella exitiosa.

Lacedæmoniorũ bella intestina.

Romanorum bella.

Breuis catalogus bellorum Romanorum.

Insani

vel in exteros, aut etiam seipsos ferrum strinxissent.

Atque fauos grataque mella gerit.] Sic ex pace vbertas, quae dicet in sequenti, vt colligas omnium fructuum prouentum pace, contrà ex bello vastitatem omnem & calamitatem.

Quò pertinet etymologia Grãmaticorum, qui πόλεμον, quod ἀπὸ τοῦ τὰς πόλεις, ἢ τοὺς πολλοὺς μισεῖν, ἢ ἀλλύειν, quòd ciues, multosque homines concutiat, perdat, labefactet.

Quando bellas suscipienda.

Fas sit tunc sumere bellum, &c.] Cicero 1. Offic. Suscipiẽda bella sunt, vt in pace sine iniuria viuatur, & Vegetius lib. 3. cap. 1. desiderat pacem, præparat bellum: qui victoriam cupit, militem imbuat diligenter. Adhæc scripsit Arist. τὸ τὸ πολέμου τέλος εἶναι. Cicero 8. Philipp. Nec ego pacem nolo, sed pacem mine bellum inuolutum reformido. Quare si pace fruimus, bellum gerendum est: si bellum amittamus, pace fruemur. Cassiod. lib. 3. Variar. epist. 1. Tunc vtile solum arma concurrere, cùm locum apud aduersarium iustus potest inuenire. D. Augustinus Epist. 1. ad Bonifac. in cap. existimare. c. 23. q. 1. Pacem habere voluntatis est: bellum debet esse necessitati, vt liberet Deus à necessitate, & conuenet in pace. Non enim pax quæritur vt bellum exerceatur, bellum geritur vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacis vt eos quos expugnas, ad pacis vnitatem vincendo perducas. Idem can. Apud veros. ead. c. & q. Apud veros Dei cultores quit, etiam ipsa bella pacata sunt: quæ nõ cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coërceantur, & subleuentur. Aristot. Politic. 7. cap. 9. ait necesse esse armorum necessario posita in armentario iis qui Reipub. præsunt, propter eos qui detrectant imperium, tum propter exteros qui iuriam conantur inferre. Reperio & apud Cornel. Tacitum tionẽ fuisse Tiberium imperatorem, quia pacem sapienter uisset, quàm si bellum per acies confecisset. Addam hoc stremò, dignũ certè memoria exemplum. Victruuius cap. 2. ait veteres Hetruscos quò ciuibus suis persuaderent, inueniisse, vt iis aduersus hostes, non ad ciuilem discordiam terentur, qui ædem Martis ad campum, & extra vrbem, aliorum Deorum, intra mœnia consecrarunt.

Ayuntamiento de Madrid

Ex pace vbertas.

EMBLEMA CLXXVIII.

GRANDIBVS *ex spicis tenues contexe corollas,*
Quas circum alterno palmite vitis eat.
His compta Alcyones tranquilli in marmoris vnda
Nidificant, pullos inuolucresq; fouent.
Lætus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
Aequorei si rex alitis instar erit.

HVius carminis fontem lubens repeto è Basilij Magni Hexaëmero, quamquam sciam idem apud alios certè veteres legi: sed mihi admodum placet viri huius sanctissimi doctrina & eloquentia. Sic enim ille Oratione 8. in Hexaëmero, Emblema è Basilio tractum.

ἁλκυόνων δὲ θαλάττιον ἔρνεσιν, κύτη παρ' αὐτὰς νοσσεύειν τὰς ἀγελα-

Ayuntamiento de Madrid

λὸς πέφηκεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὠὰ τῆς ψάμμου καταθεμένη, καὶ πα
κατὰ μέσον που τὸν χειμῶνα, ὅτε πολλοῖς ἢ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλα
τῇ γῇ προσαράσσεται, ἀλλ' ὅμως νομίζουται μὴν πάντες αὔτομ
ζει δὲ νύμφαι θαλάσσιον, ὅταν ἀλκυὼν ἐπωάζει τὰς ἑπτὰ ἡμέρας,
σαύτας γὰρ μόνας ἐκλείπει τὸν νοτίων ἐπὶ δὲ καὶ προῆκε αὐτ
χρεία, ἄλλας ἑπτὰ πρὸς τῶν νοτίων αὔξησιν, ὁ μεγαλέδωρ
τῷ μικροτάτῳ ζώῳ παρέσχετο, ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασιν
ἀλκυονίδας τὰς ἡμέρας ἐκείνας προσαγορεύουσι, ταῦτα σὺν αὐ
τροπὴν τὸ ἀντεῖν παρὰ θεοῦ τὰ πρὸς σωτηρίαν, διὰ τῆς περὶ τὰ
τὸ θεοῦ πρόνοίας νενομοθέτηται, τί οὖν ἂν γένοιτο τῶν παραίσθ
κεν σου, ὃς κατὰ εἰκόνα γέγονας τὸ θεοῦ; ὁπουγε ὑπὲρ ἔρωτ
πρᾶος, ἡ μεγάλη καὶ φοβερὰ κατέχεται θάλασσα ἐν μιᾷ σκ
ἀνέμω ἄγειν ἐπαχθέσα. Quorum verborum hæc est sente

Alcyonis sollertia.

Alcyon auis est, quæ mare accolit: quæ cùm sit in maris
parere solita, deponit oua in arena, & media hyeme nid
ponit; quo maximè tempore ventorum impetu mare
stuosum est. Sed tum venti se remittunt, compescitur ip
re, cùm Alcyon septem diebus incubat: excludit enim
totidem, qui cùm cibum appetunt, septem alios dies ad
rum incrementum minutissimo animali liberalis Deus
tur. Omnes itaque qui se mari committunt, id obseruan
dies Alcyonios nominant. Quæ tibi concessa ac tradita
diuina prouidentia, cuius etiam vis elucesslit in iis anim
quæ rationis expertia sunt, vt te commonefacerent ad
tenda ab eo quæ tibi ad salutem conferrent. Quidnam
quæso, vel quod fidem excedat alioqui, non est tua p
caussa, qui ad Dei factus imaginem sis; cùm propter
minutam auem vastum illud ac terrificum mare sed
hyeme media Dei iussu coerceatur? hæc ille. Naturale
historiam accommodat Alciatus ingeniosè ad pacis
prouentum: cuius pacis laudes ex 53. capite Stobæi ad

Officium boni principis.

nisi putarem satis esse ea de re studiosos admonere. Sig
enim optimi Principis officium in id incumbere peni
re, vt populum in suis regionibus & prouinciis neces
uentu instructis foueat & tutetur, habita primùm ratio
pestatum, earumq; calamitatum quæ solent in dies accid

Alcyonum sollertia in nidificando.

nátque ventos remittere, & tandem procellas ebullien
stium conquiescere, vt securiùs in pace postea viuatur
cyonum more, quæ in medio mari nidum conficiunt
bili quadam sollertia, paulùm eminentiore, & per q
sto, grandium spongiarum similitudine, qui ferro n

Ayuntamiento de Madrid

intercidi,nec vnde configatur inueniri,tradit Plinius.Quidam ex ſpinis aculeatis , alij ex ſpicis ſegetum & vitium pampinis, cum confectum eſſe nidum volunt.Fœtificant bruma, qui dies Alcyonides ideò vocantur,totidemq; pòſt diebus pariunt:quo tempore mare tranquillum creditur nauigantibus,qui eos dies obſeruant accuratè. Varro De lingua Latina 6. Alcedo Græcè ἀλκυών , hæc hyeme quòd pullos dicitur tranquillo mari facere,eos dies Halcyonos appellant.Vnde Pacuuius:

Halcyonis ritu littus perualgans furor.

Lege Plin.10.c.32.Plutarch.quo libro diſputat,vtrum animalia prudentiora,terreſtriáne an aquatilia.

Halcyones.]Halcyones Grammatici rectè deducunt ab ἅλς ηοὶ κύων,quòd in mari pariant,id eſt , παρὰ τὸν ἁλὶ κύειν,& τὸ ἁλκυόνιον marina ſpuma qua nidum congerunt Halcyones , ait Dioſcorides in 5.c.136.Theophraſt.lib.1.c.8. περὶ αἰτίων φυτῶν. Dies ſereni quibus Alcedo fœtificat,à re ipſa nomen inuenere ἁλκυονίδες ηοὶ ἀλκυονίτιδες , dicuntur & Ariſtoteli αἱ ὑδιφναὶ ἡμέραι,Hiſt.animal.5.c.8.

Comptæ.]Ornatæ,ſuaues,gratæ,vel ad nidum,vel ad tranquillitatem refer. Plutarch.dixit alicubi bonam valetudinem idem eſſe voluptatibus,quod cæli tranquillitatem Halcyonibus,quoniam eis concedit vt tutò & ſecurè incubent.

Tranquilli marmoris.]Id eſt , in marmoreo vel ſaxeo ſcopulo, quò aqua marina alluit:vel potiùs marmor pro mari pellucēte & æqualiter ſtrato accipitur.

Inuolucres.]Nondum apti ad volatum,impuberes. Inuolucres.

Lætus erit Ceres,Baccho quoque.]Prouentus & vbertas erit annonæ maxima. Annona ponitur inter res eas quæ ciuitati maximè neceſſariæ ſunt : cui diligenter eſſe prouidendum Principibus & Magiſtratibus ſapientes monent,ne victus annuus ciuitati deſit. Noti ſunt populares Romæ tumultus ob annonæ charitatem , itaque frumentum ſæpe aduehebatur ex Africa, Sardinia,Sicilia:quas tres prouincias , tria Rom.populi frumētaria ſubſidia Cicero appellat in ea quæ eſt pro lege Manilia, idem quarta Verrina,Siciliam nominat cellam penariam Reip. nutricem Romanæ plebis.Et præfectus annonæ creabatur, qui frumentum vndique coëmendum curaret,&in vrbem aduectū iuſto pretio venire iuberet.

Æquorei ſi Rex alitis inſtar erit.]Si ſeſe habeat in ſuos Princeps quilibet ac Alcedo marina in pullos. Eſt enim Principis virtus maxima non modò noſſe,ſed & tutari ſuos. Quod quamquam

Ayuntamiento de Madrid

perſpicuum ſit omnibus,illuſtrandæ tamen huius pulcherr
ſententię cauſſa,repetam grauẽ ſanè & cordatam Dionis Ch
ſoſtomi diſputationem de regno,qua Regum officium & co
ditionem ponit ob oculos. Sic ergo primùm:Principem co
nuis laboribus & vigiliis intentum eſſe decet. Nam in na
cet vectoribus abſque cura plerumque deſidere,& ne adv
quidem marinos fluctus, imò verò neque ſcire, quod ne
vbinam terrarum ſint. Sic enim permulti hoc modo Pe
ſecuri traiiciunt,tales ludunt,canunt,conuiuantur totos d
tempeſtate ipſa vndique imminente inuoluti expectant n
tum:alij oppreſſi altiſſimo ſomno non antè ſurgunt, quam
portum appulerunt.At gubernatori neceſſe eſt mare ipſum
tinuò obſeruare,aërem cœlúmque intueri, ad terram attẽ
neque ignorare quæ in fundo ſunt,niſi velit allidere ad ſcop
los qui in aquis lateãt. Neque verò ille vnus noctu dormit a
altè ſternentibus:interdiu autem ſi breuem ſomnum aucup
ſuffuretur,tamen dubius hæret, neque præſenti animo id
vt ſæpè ſuos adhortetur aut contrahenda vela, aut claua
ſtendum, aut quidpiam tentandum aliud, vt etiam inter
miẽdum nihilo ſegniùs officium faciat,cùm aliis impune
num capere liceat. Eadem ratio eſt expeditionum:militi q
que ſui dumtaxat curam ſuſtinet. At ducis minus longe
eſt atque difficilius, nempè vt omnes & ſinguli bene
ſint,habeantque veſtium ſatis; nec modò vt illis ciborum
ſit,ſed & vt equi diligenter inſtructi ſint. Quod ſi ſecus
quàm par ſit,maiore triſtitia ille afficitur, quàm ſi quibu
met indigeret:quippè qui ſuorum ſalutem non minoris
quàm ſuam ipſius. Et quidem reliqua pulchra reuera ſun
hæc hactenus ſatis.

Dionis Chryſoſtomi præclarus locus.

Ayuntamiento de Madrid

Doctos doctis obloqui nefas esse.

EMBLEMA CLXXIX.

QVID rapis heu Progne vocalem saeua cicadam,
Pignoribúsque tuis ferculá dira paras?
Stridula stridentem, vernam verna, hospita lædis
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hanc prædam: nam musica pectora summum est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

ET hoc ἄδηλον ex 1. Grœcorum Epigrammatôn traxit, sic enim habet Græcus: Character Emblematis.

Ἀτδὶ πόρα, μιλίδριπλε, λάλον & λάλον ἁρπάξασα
Τετ πιγα πλανοις δᾶτα φέρεις τικτοσιν.
Τὴν λάλον, ἀλαλέιαν. τὴν σὺπλεμον, ἁπλισίαν.

Ayuntamiento de Madrid

Τὸν ξεῖνον, ἀξεῖνα, κρίνον ἀκρινέα.
Οὐχὶ τάχ' ῥίψεις, οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον
Ὀ'λλυθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις τόμασιν.

Rixæ & contentiones à studiosis alienæ.

Increpat hirundinem, quæ cicadam ad pastum corripere
orationis inuolucro doctos mutuò sese prouocantes
enim rixis & contentionibus ferè fit, vt nullum aliud
sius malum suboriri possit. Si quo conuicio docti ab
rerum insciis impetantur, non debet haberi nouum
lens, cùm vt plurimùm audax esse soleat ignorantia,
aliud malum aut intractabilius aut difficilius. At cùm
doctum, & Christianum Christianus iniuriis, contume
mosis disputationibus, vel etiam famosis libellis impet
bonis literis & Reipubl. malum atrocius aut exitiabi
test? quæ clades, imò quod naufragium præsentius,
diis fluctibus irato mari concertorio nascitur inte
ctores, aut etiam gubernatores ipsos, à quibus eorum
in eadem naui, vel vita, vel mors pendeat? Nullum cert
rius accidere detrimentum societati humanę potest,
diti eruditos (à quibus certè pendere debet populari
do, vt eorum ductu sese in officio contineat) nigro
tiellunt: quo fit interdum, vt diutiùs altercando ver
primant. Num verò absurdum & odiosum maximè
videri debet, eos, quos par est inter se omninò conue
tuísque officiis animos inuicem sibi deuincere, nimir
iisdem sacris initiati ad vtilitatem communem liber
plinas excolere ex officio decet, quas tanquam comm
dam vinculo, & quasi cognatione inter se contineri ne
scit: nónne, inquam, prorsus ridiculum est, eos sese mu
riis proscindere, in vitam morésque debacchari, & fa
nationibus æmulos onerare, qui alios coërcendi in
quoties aliqua vel leui occasione rixantur & decer
sanè contumeliæ eò nocentiores sunt, quò in plures
tur: ex iis enim non minimum famæ detrahitur eorum
mum, qui, vt loquitur Horatius, hoc succo lolliginis,

Nullus è maledictis famam captat.

ne mera tinguntur. Non inuitus quidem fatebor in
tationibus eiusmodi quædam certè, nec obscura ingr
videri specimina, id tamen generis eiusdem semper
non tam laboriosæ quàm periculosæ plenum opus alt
sæpenumerò vbi quis commendationem nominis
nescio quo fato famæ iacturam ruit. Certè vt hoc ad
minem vnquam fuisse credo, qui maledictis & cõtu

Ayuntamiento de Madrid

factis honestiorem famam mercari vnquam potuerit. Quæ porrò cæcitas in hisce decertationibus ad iudicem confugere omnium corruptissimum & iniquissimum, nempè turbam popularem? cùm dubium non sit, quàm non videat, quámque cæcutiat, vt aduertere nequeat.

Aedibus in propriis quæ recta aut prava gerantur?

Itaque quî fieri possit, vt sano mentis oculo quæ captum excedunt suum, intueatur? Id quidem (quod tamen grauatè dicam) temporibus nostris exulceratissimis sæpenumerò vidimus, non modò in iis disciplinis quæ ad humanitatem pertinent, sed & in diuinis omninò scriptrs, atque pietatis Christianæ oraculis: quorum auctoritati apud quamplurimos non parum detractum est, quòd de iis importunè & intempestiuè doctores plerosque digladiari viderint. Ex quibus mutuis dissidiis nihil certè rei literariæ fructus, aut ornamenti accessit, sed de pietate & bonis moribus non minimum decessit, dum non est qui velit ingenio cedere. Sit aliqua inter studiosos contentio, sed absit, à maledictis, à contumeliis, à rixis: & vt sunt expertes inuidentiæ Musarum fores, quemadmodum ex veteribus plerique dixerunt, sic ne admittant quidem iurgia, vel animorum distractionem aliquam inducant. Scitè Chrysippus: Qui stadium currit, inquit, contendere & eniti debet quàm maximè possit, vt vincat; at eum cum quo certet, aut supplantare, aut manu depellere nulla ratione debet: sic tota animi contentione licet ex literis indefesso cursu splendorem, & nominis celebritatem aucupari, sed socij aut riualis cursum dolo quodam malo remorari, aut eius mores impetere, vel etiam doctrinam (nisi prorsus mala sit) mordaci aceto conspergere, quò vel desistat, vel habeatur contemptui, non modò hominis est dissoluti & inuidi, sed & animi pusilli & planè illiberalis.

Progne.] Hirundo, de qua dicta est suprà.

Vocalem. Canoram, λάλον.

Pignoribus. Pullis.

Stridula stridentem, &c.] In Græco eædem sunt πολυπ]όσεις. Nam τὸν λάλον ἀλαλάζουσα reddit, stridula stridentem: αἰνὸν ἀαγνὰ, vernam verna, id est, vere cantillantem: τὸν ξενὸν ἀξεινὰ, hospitam hospita: vtráque enim non abhorret, ab hominum hospitiis. altera enim prope lares patrios nidificat, altera vel in hortulis nostris exauditur. τὸν σπ]ερον ἀπ]ερόεσσα, aligeram aligera, aliger ales. Permultum illustrabit hoc Emblema quæst. 7. Sympos. 8. Plutar. quæ est de nota seu symbolo Pytha- Hirundo carnuora,

Ayuntamiento de Madrid

gorico, quo hirundinem hospitem recipi vetabat Samius senex. Carnem depasci solet hirundo, inquit, venatúrque cras illas Musis canoras cicadas σαρκοφάγ& γ' ὄσιν· ἡ χολὴ καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας ἱερὺς μουσικοὺς ὄντας ἀποκτίννυται. vide reliqua.

Abice.] Abiice, Sincope.

Nam musica pectora, &c.] Græcus dixit ὑμνοπόλους, id est canentes, stridorem emittentes cicadas. Musica autem pectora dixit interpres, quia plerique docent, omnes aues canoras

Musarum volucres. Musarum volucres: Cicadas verò ob cantum Apollini sacras se volunt, iuxta Aristophan. Scholiasten ἐν νεφέλαις τοῦ μουσικοὶ ὄντες ἀνάκεινται τῷ ἀπόλλωνι. & Troianos oratores cadis comparauit Homerus Iliad. γ. Cæterùm hic γνώμη qua innuit absurdum esse, & fermè impium, eiusdem ordinis viros sese mutuò conficere. tum enim vel maximè periculosa esse tempora ferunt, quibus lupus lupinam est: & quamquam vt loquitur Iustin. lib. 16. assiduum inter pares discordia inesse sit, tamen id locum habere non debet inter doctos, & studiosos Musarum cultores, inter quos vna & constans animorum consensio & concordia necessaria est. Huc facit Themistius, oratione quadam, quo loco ait Musas inter se numquam litigare, sed optimè illis cum Apolline conuenire: ita etiam poëtas minimè à poëtis debere dissidere. Græcè ita, ἡ γὰρ Μοῦσα ἐν τοῖς χωρίοις αὐτῶν ἀλλήλαις ἢ τῷ Ἀπόλλωνι, ἢ οὐδὲν μία αὐτῶν ἀγωνίζεται πρὸς τὰς ἄλλας ὅτι μὴ μίαν σοφίαν ἔχει, μηδὲ αὐτὴ μίαν κέκτηται εἰ ποιητικὴ. Huc Prouerb. Canina victitans, Cynocephalum oppugnas.

Periculosa tempora quando maximè.

Ayuntamiento de Madrid

Eloquentia fortitudine præstantior.

EMBLEMA CLXXX.

ARCVM læua tenet, rigidam fert dextera clauam,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud
Quod vetus, & ſento tempora cana gerit.
Quid quod lingua illi leuibus traiecta catenis
Queis fiſſa facileis allicit aure viros?
An ne quòd Aleiden lingua, non robore Galli
Præſtantem populis iura dediſſe ferunt?
Cedunt arma togæ, & quamuis duriſſima corda
Eloquio pollens ad ſua vota trahit.

Ayuntamiento de Madrid

Typus Emblematis ex Luciani Hercule.

ΗΑc ἀδεμαντογραφία. Herculis expressa est Luciani eg
dam præfatione, qua ostendit Celtas, id est Gallos, o
Herculem ὄγμιον nominasse, eúmque eloquentię sapientia
Deum existimasse: apud quos ita effingebatur, vt senex, c
& rugosus, inculto capite & glabro, cuiusmodi seniores na
marinos videmus: adhæc leonino tergore indutus, dextera
uam tenēs, arcum siniſtra, pharetram ex humero pendulam
bens: confertissimam quandam hominum multitudinem
hens catenulis ex auro & electro tenuissimis, linguæ suæ ex
mitate perforata insertis, eámque non inuitā, sed vlrò sec
tem, imò etiam hilares omnes, nec vllo modo, restitantes,
huic assentiri videas, ducentē se Deum laudibus efferentes.

Quid Hercules ille Gallicus.

nihil aliud indicabat, quàm Herculem eloquentia & fortitud
ne præstantem, dissipatos olim Gallos & efferatos, ad huma
tiam, & mitiorem vitam viuæ viribus eloquentiæ restituisse:
ius facti tam insignis historiam mendax Græcia figmentis c
persecuta, & ad armorum stupenda facinora postea conuert
atque ad suum Herculem Iouis ex Alcmena filium rem
quod Herculi Gallo diuinæ cuiusdam naturæ viro propri

Galli veteres sapientiæ Græcæ periti.

gacitatem, prudentiam singularem, & admirabilem elo
tiam peculiare fuit. Putant nonnulli ex philologis, nec ind
sanè coniecturis asserunt, Gallos veteres tum eloquentiæ
linguæ Græcæ fuisse perstudiosos. Ioan. Annius in Berosi
si me nomen Berosi fallit) de regibus Babyloniæ, tradit C
cos à Gallis literas habuisse: apud quos quàm domestica
rit eloquentia, pluribus contendit Budæus noster 1. De a
maximè Commentariis in Pandectas ad l. 1. De seru. corr
Quod ait prætor. Quin audiamus ipsum Lucianum sa
quentem lingua: Τὸν ἡρακλέα οἱ κελτοὶ ὄγμιον ὀνομάζουσι
τῇ ἐπιχωρίῳ. τὸ γὰρ ἔθος τῶν θεῶν πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσιν
αὐτοῖς ἐς τὸ ἰσχνὸν, σκολιὸς ἀκριβῶς, ὁ σκολοπαὶ τῶν τοιχω
τὸ σῶμα, καὶ διακεκαυμένῳ ἐς τὸ μελανώτατον, οἷοι εἰσὶν
λατζουργοὶ γέροντες, ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὢν, ἕλκει ὁ μυθ
ἡρακλέους καὶ γὰρ τῷ δι' ἀκοῆς ἀνθρώπου, τῷ τῆς λέξεως, καὶ τ
ἕλκει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὰ γωνυτὸν παρήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντετα
ἀφίστησι προδείκνυσι, καὶ ὅλως ἡρακλῆς ὅτι. καὶ τοι τὸ παραδόξ
οὐδέπω ἑφλω τῆς εἰκόνος. ὁ γὰρ δὴ γέρων ἡρακλῆς ἀκμὴν ἀνθρ
πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους
μὰ Δ' ἐσὶν οἱ, σειραὶ λεπταὶ, χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου ἐξειργασμέ
μοις ἐοικυῖα τοῖς καλλίστοις, καὶ ἅμως ἀφ' ὅτου ἀσθενῶν ἀγόμεν

Ayuntamiento de Madrid

δεσμὸν βαλεῖν σι, βιωάμενοι ἂν ἐυμαρῶς, ὅτι ὅλως ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερείδουσι πρὸς τὸ ἀναστῆσαι τ ἀγωγῆς ἐξυπτιάζοντες, ἀλλὰ φασὶ δρυὶ ἕπονται, ἢ γεηθέντες, ἢ τὸν ἄγοντα ἐπαινέσαντες, ἐπειγόμενοι ἅπαντες, ἠδὲ τῷ φθάσαι ἐφιέμενοι τ δεσμὸν ἐπιχαλῶσιν, οἰκείως ἀχθεσθησομένοις, ἐλυθήσονται δ' ἂ πάντων ἀτοπώτατον ἔναι μοι ἐδεῖξεν, οὐκ ὀνήσω κἀτοῦτο εἰπεῖν ὁ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος, ὅθεν ἐξάψει τὰς σφαῖρας τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχὰς, ἅπερ τῆς βιξιᾶς μὲν ἄδη τὸ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἔχόσης, τρυπήσας τοῦ διὰ τῶν γλωττ]ων ἄκρων, ἐξ ἑκατέρου ἑλκομένους αὐτὰς ἐποίησε, κἀπὶ τραπεταί γε ἐς τοὺς ἀγομένους μυθῶν. ταῦτ' ἐγὼ μὲν ἐπὶ πολὺ ἐσκόπουν ὁρῶν κἀ θαυμάζων, κἀ ἀπορῶν κἀ ἀγανακτῶν. πιλτὸς δέ τις παρισῶς οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἐδείξαν, ἀκριβῶς ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια ἐγώ σοι, ἔφη, ἄξινι λύσω τ γραφῆς τὸ αἴνιγμα. πάνυ γὰρ ταρατ]ομένῳ ἔοικας πρὸς αὐτῶν. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ πιλτοὶ ὀχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ ἕλληνες, ἑρμηνεύομεθα ἔναι, ἀλλὰ ἡρακλῆ αὐτὸ ἐπαῖρομεν, ὅτι παραπολὺ τῇ ἑρμῇ ἰσχυρότερος οὗτος, εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς. μὲν γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὸν ἀκμαιότατον. λέγει ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λίγισιν ὅτι αἱ μὲν τῶν ὁπλοτέρων φρένες κιρδέον ται τὸ ᾗ γῆρας ἐχθ τίλιξαι τῶν νέων σοφώτερον. ὅτω γοῦν κἀ τὸ νέος ὑμῖν ἀπορρᾷ ἐκ τ γλωττ]ης τὸ μέλι, κἀ οἱ ἀγορή ται τῶν τρώκτων τὸν ὅπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν, σὺ δὲ πινάκειόν γε καλεῖται λέγι μίμνημαι, τὰ ἄνδη. ὥστ ἐ τῶν ὥτων ἐνδιδυμένους τὰς ἀνθρώπους πρὸς τὸν γλωττ]αν ὁ γέρων οὗτος ἡρακλῆς, ὁ λόγος ἕλκει, μὴ δὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὸν τῶν ὥτων κἀ γλώττ]ης συγγένειαν. ὁ δ' ὕβρις ἐς αὐτῶν, ἐ ταυτῇ τετρύπηται μίμνημαι γοῦν, ἔφη, κἀ κεμικῶν τινῶν ἰαμβείων, ᾗ * ἡμῖν μαθών. τοῖς γὰ λάλοις ἐξ ἄκρου * al. ὑμῶς ἡ γλωττ]α πᾶσιν ὀπὶ τετρυπημένη. τὸ δ' ὅλον, κἀ αὐτῶν ἡμεῖς τ ἡρακλέα λόγω τὰ πάντα ἠγέμιδα ἐξεργάσασθαι, σοφον γενόμενον, κἀ τῷδοὶ τὴ πλεῖστα διάσασθαι. κἀ τὰ γιβλία αὐτοῦ, οἱ λόγοι εἰσὶν οἷμαι, ἐξεῖς κἀ ἐυστοχοι, κἀ τα χεῖς κἀ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες. πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη τὴ ὑμεῖς φατὶ ἔναι. hoc est: Herculem Galli Ogmion lingua propria nominant, eius autem Dei simulacrum monstrosum & absurdum repræsentant. Apud eos senex est, inculta glabraque canitie, obrugata cute, & nigro admodū colore, vt marinos nautas esse compertum habemus: atq; eiusmodi cùm sit, tamen Herculis cultum gerit. Amictus enim est tergore leonis, dextera clauam tenet, pharetram humeris aptam, sinistra protensum arcum prætendit, denique omni ex parte

te

Ayuntamiento de Madrid

te Hercules est. Verum quod in imagine admirandum maximè mihi visum est, senex ille Hercules confertissimam quandam hominum multitudinem trahit, omnes auribus vinctos. Vincula sunt tenues quædã catenulæ auro electróve fabrefactæ, spirulis collaribus pulcherrimis similes. At hi certè tam exilibus vinculis ducti, ne de fuga quidem cogitant, tametsi facilè possint: nec omninò resistant, aut pedibus in diversum renituntur, quasi resupinantes, sed hilares lætique suum ductorem laudi sponte festinantes omnes, vt studio præueniendi laxa etiã vincula relinquant, perinde ac tristes futuri, si eiusmodi vincula eximantur. Quod autem absurdissimum mihi visum est, non pigebit referre. Cùm enim pictori reliquum iam nihil esset, vnde catenarum extremitates innecteret, dextera nempè clauã ferè da occupata, sinistra verò arcu tenendo, summam Dei linguã perterebratam esse voluit, ex eaque religatis catenis eos trahit fecit: ipse nimirùm ad eos qui ducebantur, se conuertendo arridebat. Hæc ego quidem cùm diu consistendo essem contemplatus, admirabundus, hæsitans & indignans; Gallus quispiam qui tum fortè aderat, haud quidem ignarus rerum nostrarum, vt qui linguam Græcam exactè doctus esset, Philosophus, vt opinor, ex iis qui in Gallica sunt regione: Ego tibi, hospes, inquit, picturæ huius explicabo rationem: videris enim nonnihil hac in re conturbari. Nos itaque Galli sermonem & orationẽ, vt vos Græci, dicimus esse Mercurium, sed Herculi eam tribuimus, non quòd hic Mercurio longè robustior fuerit. Quòd autem senex fingatur, non est quod mirere. Solet enim eloquentia in senectute demum suum omnem vigorem † ostendere, si modò vera sunt quæ Poëtæ vestri dixerunt: Iuniorum mẽtes infabiles & volucres esse; senectutem autem doctius scire dicere, quàm iuuentus ipsa possit. Hinc certè ex Nestoris lingua fluere mel à vobis dicitur, & Troianorum Oratores & floridã quandã vocem emittunt, id est, lirioessam: nam liria, quantum commemini, vocantur flores. Proinde quòd auribus homines ad linguam vinctos trahit senex ille Hercules, id est sermo, non est quod mireris, cùm scias linguæ auriumque esse cognationem. Neque verò ad contumeliam illius hoc dicitur: memini enim, ait, iambos quosdã comicos è vestris didicisse: loquacibus extrema in parte omnibus lingua est pertusa. Cæterùm opinamur Herculem oratione omnia perfecisse, virum quidem sapientẽ, qui persuadendo facundia quamplurima subegerit: siquidẽ et cã

Gallus Hercules philosophus, linguæ Græcæ gnarus.

Hercules apud Gallos, orationis numẽ.

Senectus eloquentior.

al. exerere.

Homines vincti auribus.

Herculis eloquẽtia.

Ayuntamiento de Madrid

cautela ipsius acutos, certos, celeres, & animas sauciantes sermones interpretamur: hinc enim pennata verba vos etiã dictitatis. Et hæc Lucian. Nolim equidē trãsilire quod Seruius 6. Aeneid. annotat ad illud.

Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit.

Quo loco ait, Herculem à prudentioribus mente magis quàm corpore fortē habitum, adeò vt duodecim eius labores ad aliquod excellens virtutum opus referendi esse videantur. Huc pertinet, quod de Porphyrio eloquenti homine dixit Eunapius Sardianus libro De vita sapientum, quo loco sumit catenam Mercurij, pro facundi & diserti hominis lingua, his planè verbis: ὁ Πορφύριος ὥσπερ ἑρμαικήτις σειρὰ ηκε πρὸς ἀνθρώπους ἐπινοήσας διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ ἔυγνωστον ηκει καθαρὸν ἐξαγγελλειν. Porphyrius, vt catena quædam Mercurialis ad homines tracta, produxit omnia clarè pureque variæ doctrinæ arcana.

Arcum læua tenet, &c.] Idem omninò cultus eademque figura ac Herculis illius, quem Poëtæ Græci leonis exuuio, claua & aliis armis instructum faciunt.

Contegit & Nemees.] In insula Nemea leonem occidit Hercules, cuius pellem aiunt vice thoracis induisse, eo autem indumento eum fuisse vsum, & talem fingi, vt homines, antiqui cultus admonerentur, ait Festus lib. 14. Sed hæc parerga. Leo Nemeus ab Hercule occisus.

Non conuenit illud, &c.] Huius absurdi & ἀπρεμάτου caussam ex Luciano repete.

Tempora cana] Caput canum. effecta senij.

Cedunt arma togæ, &c.] Hemistichium Ciceronianum, quo se Orator ipse δημοτικὸς, pacis semper fuisse studiosum declarabat. Versus hic:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ,

A permultis obtrectatoribus reprehẽsus est, quo nomine Cicero laborauit inuidia. Sed apologia hæc fuit Oratoris ex oratione contra Pisonem: Non vlla tibi, inquit, Piso, nocuit inuidia, sed versus tui. Nimis magna pœna, te Consule, constituta est, siue malo Poëtæ, siue libero. Scripsisti enim versus, *Cedant arma togæ.* Quid tum? hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod, te Consule, in sepulchro Reipubl. incisum est, Velitis, iubeatis, vt, quòd M. Cicero versum fecerit; sed quòd vindicarit. Verumtamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed Poëtam Versus Ciceronis à multis reprehensus. Locus ex oratione in Pisonẽ.

Græco

Ayuntamiento de Madrid

Græco illo Poëta: probabit genus ipsum, & agnoscet, neque te nihil sapere mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, *Concedat laurea laudi.* Imò meherculè habeo tibi gratiam. Hærerē enim, nisi tu me expedisses. Nam cùm tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam è cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti, non modò amplissimæ, sed etiam minimæ laudi laurem concessisse. Atque ista ratione hoc tāmen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: vt, si versus mihi nocuerit, ab eo quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita. Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissem, multis sæpè orationibus scriptisque deceraſſem, hunc vno violare versu. Sic Cicero, Hic autem γύμνασις est, & ἐπιξήνησις τῆς προσωπογραφίας, nimirùm quòd Hercules hic noster (& Orator quisque insignis) non quidē viribus corporis, sed eloquentiæ laude auditores trahat quò velit. Ad Cicero locis quam plurimis confirmat. Nam & Orpheum aurea citharæ dulcisonæ modulo feras & saxa mouisse: quod est referendum ad vim eloquentiæ, quam Euripides reginam, & Ennius Hexanimam appellauit. Lege Valer. Max. 8. cap. 9. & 10.

Fac

Ayuntamiento de Madrid

Facundia difficilis.

EMBLEMA CLXXXI.

Antidotum Aeæa medicata in pocula Circes
Mercurium hoc Ithaco fama dediſſe fuit.
Moly vocant: id vix radice euellitur atra,
Purpureus ſed flos, lactis & inſtar habet.
Eloquij candor facundiaque allicit omnes:
Sed multi res eſt tanta laboris opus.

HOmerus Odyſſ. κ. moly herbam à mercurio Vlyſſi datam aiit, tanquam amuletum præſentiſſimum aduerſus omnia veneficia, plerique deflectunt παρὰ τὸ μολύνειν τὰς νόσους, à ſegnandis morbis, quod tradit Apuleius, libello De viribus herbarum, cap. 48. Herbam hanc nigræ radicis, ſed floris lactei, & inuentu difficillimam facit: cuius etiam mentio eſt apud Plin. lib. 25. cap. 5. Sic autem habet Homerus. Moly herba quid deſignet.

Ρ'ίζην

Ῥῖζαν μὲν μῶλυ ἶσκε, γάλακτι δ' εἶκελον ἄνθῳ,
Μῶλυ δὲ μὲν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν,
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δ' τὰ πάντα δύνανται.

Id figmentum non rarò intelligitur de virtute, omnique eruditione, ad quam primus aditus arduus est ac sudoris plenus, sed suauissimus omnium fructus. τὰ γὰ χαλεπὰ τὰ καλὰ, vt habet vetus adagium. Hic autem eloquentiam primò quidem abstrusam & difficilem, deinde multo labore & diligentia parram, iucundissimos adferre fructus, hominesque sui candore allicere intelligitur.

Antidotum] Remedium, ex, ἀντὶ καὶ δίδωμι. datur enim contra venenum.

Aeææ Circes.] Virgil. 3. Aeneid.

Infernique lacus, Aeæaeque insula Circes.

Sed multi res est tanta laboris opus.] Cicero 1. de Orat. Hoc nimirum & eloquentissimè docet. Quis non iure miretur, inquit, omni ætatum memoria, vt temporum, sic & ciuitatum tam magnum oratorum numerum inueniri? Sed nimirum magnum hoc quiddam, quàm homines opinantur, &c. Vult autem Tullius eloquentiam omnium difficillimam videri, quia constet rerum pulcherrimarum scientia; compositione aptarum; motuum cognitione; iocorum & facetiarum eruditione; subtilitate respondendi & lacessendi; vrbanitate; historia; prudentia iuris, actione, memoria. Eandem difficultatem eloquentiæ ipsemet aliis locis, sed in ea maximè pro Cælio: An vero causam esse vllam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ tam pauci sint semperque fuerint qui in hoc labore versentur? Omittendæ sunt omnes voluptates: relinquenda studia oblectationis; ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam penè omnis familiarum deserendus, quæ res in hoc genere hominem a labore studioque dicendi deterret.

Ayuntamiento de Madrid

Antiquiſſima quæque commenticia.

EMBLEMA CLXXXII.

PALLENÆE *ſenex cui forma eſt hiſtrica, Proteu,*
Qui modò membra viri fers, modò membra feri:
Dic age, quæ ſpecies ratio te vertit in omnes,
Nulla ſit vt vario certa figura tibi?
Signa vetuſtatis, primæui & præfero ſecli,
De quo quiſque ſuo ſomniat arbitrio.

COnuertit Protei πολυμορφίαν fabulam in ſcriptores quoſdam rhapſodos, & rerum antiquiſſimarum, quæque extra omnium memoriam poſitæ ſunt, narrationem è variis & ſæpè pugnantibus inter ſe petitam concinnantes: qui cùm ſibi nõ con- Scriptores rhapſodi taxantur.

Ayuntamiento de Madrid

ueniant,& pro arbitrio somnient de rebus à se remotissimis, ingenij humani captum excedentibus, pro germana natura que rerum veritate tenebras quasdam fabularum offundunt, portentosam historiæ formam è variis petitam, seu, vt dixer verius, indigestam quandam mistámque, nullâque penè parte cohærentem farraginem nobis obtrudunt, vt reuera Pro teum quendam in eiusmodi scriptionibus ostendant. Q

Arnobij locus.

antequàm doceam apertiùs, referam Arnobij verba ex lib. contra Gentes: Falsitatis, ait, arguitis res nostras: & nos vestr arguimus falsitatis. Sed antiquiora, inquitis, nostra sunt, ac p hoc fidei & veritatis plenissima: quasi verò errorum non ant quitas plenissima mater sit, & non ipsa peperrerit res eas, q turpissimas Dij notas ignominiosis concinnauerunt in fabu Ante millia enim annorum decem non potuerunt falsa & a diri, & credi? aut non simillimum veri est, fidem vicinis & fi timis, quàm spatiorum inesse longinquitate distantibus? Te bus enim hæc, illa opinionibus asseruntur: & prochiuius mu est, minus esse in recentibus fictionis, quàm in antiqua cō rirate submotis, &c. Gentes enim pleræque & nationes ig vetustatis, & veræ perpetuæque seriei temporum, fabu quasdam origines confinxerunt: vt Thessali, qui ex ortum suum repetebant: Arcades Luna se antiquiores esse bant: Athenienses αὐτόχθονας esse se cùm ostenderent, g bantur suum genus, Ionica gente, quæ originem habu pherh Noëi filio, vetustius, ideóque celebrius. Fuit is Ju marinus Deus, vaticinij peritissimus, in quamlibet form mirabiliter transmutans: nam fiebat

——*aper, modo saxum, & cùm vellet, arbor;*

inquit Horatius. Quin. & Virgil. 4. Georg.

——*fiet subitò sus horridus, atraq; tigris,*
Squamosus draco, & fulua ceruice leæna,
Aut arcem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Aristophanes de Empusa.

Talem descripsit Empusam Aristophan. in Ranis

Καὶ μὴν ὁρῶ νὴ τὸ διαθήκιον μέγα.
Ποῖον τί, δεινὸν πανταίδαπον γοῦν γίγνεται.
Τότε μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρνὺς, τότε δ' αὖγυιὰ
Ὡ ῥαιστάκη τὶς. ποῦ ἔστ', φέρ' ἴπ' αὐτὴν ἴω,
Ἀλλ' οὐκέτ' αὖγυιὰ γ' ἔτι, ἀλλ' ἤδη κόμη.
Atqui profectò maximam video feram.
Qualem? nouam, quæ in cuncta mutatur statim.

Ayuntamiento de Madrid

Nunc mula, nunc bos, sitq; rursum fœmina
Valde venusta, vbi est? ad eam me confero,
Sed rursus illa haud mulier, at tam fit canis.

Plato in Eurhydemo Proteum ait Ægyptiũ fuisse sophistã, qui præstigiis quibusdam incautos falleret. Diodor. Siculus, in 2. ait consuetudinem regibus Ægypti traditam, Græcis causam huiusmodi transmutationis præbuisse, nam regibus Ægyptiis mos erat leonis, tauri, vel draconis priorem partem ferre in capite, principatus insignia: quandoque verò arborẽ, aliquando ignẽ, nonnunquam redolentia supra caput vnguenta, & aquas: hæc enim spectabant adornatum, tum stuporem ac superstitionem: quandam inspicientibus iniiciebant. Alij sunt qui hanc transformationem conuertant ad variarum disciplinarum peritiam. Interpres Arati Proteum *φυσικῶς* aërem esse dicit, ideoq; apud Homerum, in ignem atque aquam conuerti. At Platonici exponentes illud Orphei de Proteo,

—— *πόντου κλῆδας ἔχοντα*: volunt Proteum eam esse mẽtem, à qua formæ defluant. Claues enim ponti, generationem rerum esse volunt. Certè Ponticus Heraclides sub Protei fabula informem rerum materiam à Poëtis *συμβολικῶς* significari ait: cuius verba huc referam vel obiter, *ἅδ' ἡ πολυπρόσωπος εἰς ἄπαντα ἁρμόττουσα βούλεται πρωτίως μιγαμέρφωσις ποιητικοὶ τὴν διάστασιν μῦθοι δοκοῦσιν, εἰ μήτις οὐρανὸν ψυχὴν τε καὶ ὅλυμπίους ἐμέρου τελετὰς ἱεροφαντήσαι, τὸν οὖν προμηθέα τῶν ὅλων ὑφίστασι γένεσιν, ἀφ' ἧς τὸ πάν ῥέῳδιν, εἰς ὃν νῦν βλέπομεν, ἦκει κατάστημα, παλαιοὶ γὰρ ἔσαν ποτὲ χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον ἦν τὸ ὑπόλιμνον ὕλη, οὐδέπω κεκριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τέλειον ἥκουσα μορφῆς, οὔτε γὰρ γῆ τῶν ὅλων ἑστία κέντρον ἐπέπηγει βεβαῖον, οὔτε οὐρανὸς περὶ τὸν ἀΐδιον φορὰν ἱδρυμένος ἐκυκλεῖτο, πάντα δ' ἦν ἀνάλογ ἠρεμία καὶ κατηφθαρσιγὴ, τὴν πλέον οὐδὲν δὴ ἦν κεκρυμμένης ὕλης ἄμορφος ἀργία, πρὶν ἡ δημιουργὸς ἀπάντων καὶ κοσμοδόκος ἀρχὴ σωτήριον ἐλπίσασα τῷ βίῳ τύπον, τὸν κόσμον ἀπέφηνε τῷ κόσμῳ, διεβιόγνυτο μὲν οὐρανὸν γῆς, ἐχώρισε δὲ τὸν ἄπειρον θαλάττης τέτ/αρα δὲ στοιχεῖα τῶν ὅλων ῥίζα κηγένα, ἐν τάξει τῶν ἰδίαν μορφὴν ἐκομίζετο, τάττων δὲ προμηθεὺς κιρναμένων ὁ θεὸς μαθημάτων οὐσης διακρίσεως περὶ τὴν ἄμορφον ὕλην, πρωτίως δὲ δυνάτην εἰδοποιὰ διακαὶ εἴδεσι ἑκάστου γενομένου διὰ. διὰ τέτομία τὸ πρὶν ὢν φύσις ὁ πρωτεύς, εἰς πολλὰς ἐμερίζετο μορφὰς ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλατ/ομένου.*

Ἦ τοι μὲν πρώτιστα λέων γένετ' ἠυγένειος,
Αὐτὰρ ἐπὴν τὰ δράκοντ, ἠὲ παρδαλις, ἠδὲ μέγας σὺς.
Γίνετο δ' ὑγρὴν ὕδωρ, ἠὲ δένδρεον ὑψιπετήλον.

Heraclidis locus.

Ayuntamiento de Madrid

Διὰ μὲν οὖν τῶ λέοντος ἐμπύρου ζώου, τὸν αἰθέρα δηλοῖ, ἀφ' οὗ
ὅσην ἡ γῆ, τὸ γὰ αὐτόχθων ἀυτῆ ἠκὶ γυγενὲς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τ
σημαίνει, διὰ θέρου γεμίων ἅπαν αὐξανόμενον, ἠκὶ τῶν ἀπογόνων
ταρσίκων ἀεὶ λαμβάνων, συμβολικῶς εἶπεν ἄειρα. τὸ μὲν γὰρ
ἀσφαλέστερον ὧν προλωίξατο δήλωσιν ἐκ τῶ φανερωτέρου παρίστα
πᾶν, γινητὸ δ' ὑγρὸν ὕδωρ, ὥστε σύλλογον τῶν μὴ ἄμορφον ὕλην προ
καλεῖσθαι, τῶν δ' εἰδωλοποιλατήσασαν ἑκάστα πρόνοιαν, εἰδοθέαν ἐ
φοιν δὲ πᾶν διαιρεῖν, ὡς τὰ σωιεχῆ ἠκὶ προστακτικὰ τῶν ἑλκυσμῶ
ναι, πιθανῶς δὲ ἠκὶ τῶν νῆσον, ἐν ἢ ταῦτα διέπλασιν, φάρον ἀνόμασ
ἐπειδήπερ ὅσ φέρσαι, τὸ γεννῆσαι, ἠ τῶν γῶν ἀφάρωτον, ἠ καλλιμ
εἶπε τῶν ἄγονον, ἀφάρωτ ὅσον γυνὴ, φυσικῶς οὖν τὸν ἀπάντων
τέρα χῶρον ἀνόμασε φάρον, ἐκ τῆς γονίμου προσηγορίας, μάλιστα δ
λετο συμένας, Pontici Heraclidis locũ ex interpretatione Gelen
ri apponam, ne ſtudioſos noſtra paraphraſi remoremur. Nam
tur multiformis, in quaſcunque res voluiſſet, Protei mutac
quę omnia Poëticæ & monſtroſæ fabulæ videntur, niſi quis
uina Homeri myſteria, veluti ſacra, mẽte cæleſti tractet. Enim
hac fabula primigeniam vniuerſi originem conſtituit, quæ
nes mundi partes confirmatæ, illam quam nunc videmus,
ciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cruc
nondum diſcretis rerum notis integritatem ſuæ formæ ad
ptus. Nam neque dum tellus centrum ſuum pro ſuæ
rerum omnium ſtabilierat, neque cœli perpetuus motus
ſede voluebatur; ſed omnia ſine ſolis vſu immota, tristiq
tio depreſſa languebãt: aliud extabat nihil, quàm informa
fuſæ materiæ ſegnities, antequàm principium illud, à quo
ducta & conſtituta ſunt omnia, ſalubrem vitæ modum re
mens, mundum mundo redderet, cœlúmque à terra, & pe
à continẽte diſtingueret: quo tempore primùm elemen
tuor, ex quibus ſeu radice ac generis principio nihil no
gnitur, ordinem ſuum & formam propriam acceperunt.
igitur cùm diuina prouidentia diſpoſita ſint, numen illud
informem priùs indiſcretámque materiam certis formi
gnauit, ab Homero Protei filia Eidothea nominatur, idque
ritò, vt quæ εἴδεις ἑκάστου θέκο, hoc eſt ideæ ſeu formæ cu
inſpectionem exhibuerit. Quocirca Proteus, qui vna prim
tura fuerat, in multas deinde ſpecies à prouidentia form
diuiditur.

Eidothea filia Protei.

Principio eſt viſus ſpeciem ſubiiſſe leonis,
Mox aper inde draco fieri ſera pardalis inde,

Ayuntamiento de Madrid

In latices etiam se vertat, & arbore formam
Mutaut priscam ramis ac frondibus alta.

Per leonem, animal igneum, ætherem indicat. Draco tellus est, vtpotè indigena & è terra natus. Arbor autem quæuis cùm augeatur, & à terra semper in sublime natiuo motu feratur, symbolum aëris est. Aquam verò vt clariùs ænigmatis vim demõstraret; suo nomine manifestò vocat, inquiens:

Leo quid.
Draco quid.
Arbor quid.
Aqua.

In latices etiam se vertit.

Proinde conuenit informem materiam Proteum appellari, Eidotheam verò prouidentiam, quæ singulis formam effigiemq; suam addidit, & vniuersam molem ab vtriusque discretã in continuas sibi & perficientes mundum partes diuisam esse. Probabiliter verò & insulam, in qua hæc facta sunt, Pharũ appellauit. Nam φίρσαι, generare significat: & Callimacus sterilem terram, ἀφάρωτον dixit, ἀφάρωτ' & οἶον γυνὴ, i. ceu mulier sterilis. Itaque naturaliter locum parentem rerum omnium, nuncupauit Pharum, per vocis etymologiam à fecunditate ductam, quid sibi vellet insinuans. Hæc Heracl. Ponticus. Clemẽs Alex. Pædagog. 3. c. 1. retulit Proteum ad cupiditatem animi humani in varias sese mutãtem formas, plus quàm olim Proteus, inquit, marinus dæmon, &c. Iulianus Epistola quadam ad Iamblichũ de sapiente quodam, qui suam eruditionem tegeret, intelligi maluit, πρωτέα μὲν δὴ τὸ αἰγύπτιον φασὶ ποικίλας μορφὰς ἑαυτοῦ ἐξαλλάττειν; ὥσπερ δεδιότα μὴ λάθῃ τοῖς δεομένοις, ὡς ἐν σοφὸς, ἐπιφήνας, ἐγὼ δὲ ἀπείρων οὐτ' & σοφὸς πρωτεὺς, οὐδὲ πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκων, ὡς ὁ μὲν & λέγω, τῆς μὲν ὧν ἰδέας φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δὲ οὐκ ἄγαμαι, διότι μὴ φιλανθρώπου τινὸς, ἀλλ' ἀπατεῶνος & ἔργον ἐποίᾳ, κρύπτων ἑαυτὸν, ἵνα μὴ χρήσιμος & ἀνθρώποις ᾖ. i. Aiunt Proteum illum Ægyptium se in varias formas commutasse, quasi qui vereretur ne per imprudentiam hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Si autem verum est eum fuisse sapientem, & vt qui multa animo perceperit (vt præter cæteros Homerus testatur) scientiæ quidem nomine laudari mihi potest, ob ingenium verò minimè. Nõ enim viri boni, & liberaliter instituti, sed impostoris improbi partes agebat, cùm ità se fingeret occultando, ne hominibus prodesse posset. Basilius Magnus oratione πρὸς νέους, ad inconstantię fugam conuertit, φευκτέον ἐῶν, inquit, τῷ σωφρονοῦντι τῷ πρὸς δόξαν ζῶν ἡ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα παρασκοπεῖν, καὶ μὴ τὴν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου, ὥστε πάν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντιλέγειν, πᾶν ἀδοξεῖν, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τοῦ καλοῦδέειν, μηδὲν ἀλλάσσεσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παρακινεῖν, ἢ μὴ οὕτως ἔχοντα τι τοῦ

Proteus, materia informis.

Clement. Alexand. locus.

Iamblichi locus.

Ayuntamiento de Madrid

Αἰγυπτίου σοφιστὴν φήσομεν ἀπολέσθαι, ὃς φυτὸν ἐγένετο, καὶ θηρίον τε βούλοιτο, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ πάντα σχήματα. Quorum verborum hic est sensus: Cauendum igitur sapienti homini ne ad opinionem viuat, & ad ea quæ populo placent, sed rectam rationẽ, ... rę ducem, referat. Si ergo se omnibus opponere, si malè audire, si periclitari oportuerit pro honesto, nec vlla vnquam ratione abducatur à vera sententia. Quod ni ita fecerit, quid ni dicetur eum similem esse sophistæ illi Ægyptio, qui modò in arborem, modò in feram, aliquando in ignem & alium quempiam ... tum sese transformabat? Sed iam satis; imò verò plus satis. ... ad alia referunt, vt Isacius Commentariis in Lycophronẽ. ... vt id postremò, quæ antiqua sunt, & extra hominũ memoriam ... aut certè coniecturam posita, quæ inquam παλαιὰ, non ... Proteum Pallænæum referunt: de quo varij varia φαπαλαι... ποικίλα referunt. Plerique vatem faciunt, alij Oratorem, vel ... phistam, quidam saltatorem: alij marinũ Deum: sunt & qui ... regem aut tyrannum fuisse velint. Sed hasce tam varias & ... digiosas opiniones recensere nihil hic aliud mihi videtur ... quam Proteum quendam hîc effingere. Si qui Proteum ... ad πρώτιλω ὕλλω reuocant, sentiunt cum Heraclide: si ... bilem historiam, cum Diodoro lib. 2. Quò pertinet ... Pallęnæa tunica: &, Proteo mutabilior.

Pallænæ senex.] Valer. Probus Proteum facit Ægyptium, ... propter insignem quandam crudelitatem Busirim nomi... ait; etsi Virgil. Pallænæũ faciat. Pallæne autem vrbs est Thes... Poëta sic:

Proteus Busiris.

Hic nunc Æmathiæ portus, patriámque reuisit,
Pallænen.

Ad eam enim reuersus fertur, ob scelera filiorum Telegoni Polygoni ab Hercule posteà occisorum.

Forma histrica.] Varia & multiplex, qualis histrionum, ... rei, quam fingunt, varietate varium cultum assumunt.

Ayuntamiento de Madrid

Insignia Poëtarum.

EMBLEMA CLXXXIII.

Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
Sunt quibus aut serpens, aut leo, signa ferunt:
Dira sed hæc vatum fugiant animalia ceras,
Doctaque sustineat stemmata pulcher olor.
Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:
Rex, olim, veteres seruat adhuc titulos.

Insignia varia qui in notent.

Confert insignia Poëtarum cum aliis stemmatis & symbolis gentilitiis, ceu κατ' ἐναντίωσιν καὶ ἀντίθεσιν. Sunt enim qui Aquilam circumferant, sunt qui Vulturē, alij Draconem, & alia eiusdem generis, quibus animorum diritas, immanitas, rapacitas apertè declaratur. At Poëtis olor est candidus,

Insignia Poëtarum cycnus.

Ayuntamiento de Madrid

Phœbo sacer, quíque Regi quondam nomen dedit, animi puritatem repræsentat, qualis in Poëta sacro debet esse, qui suos omnes labores ad Phœbum literarum Præsidem,& vt loquuntur Græci, μουσαγετην referre debet, vt cantus dulcedine puritatem sibi deuinciat, nec minus in admirationem rapiat, ac cycni paulò ante mortem cantio, de qua illud Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.

Locus Platonis de cycno ante mortem canente.

Nec minus hoc Socratis ex Platonis Phœdone: ὡς ἔοικα τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ἐμὸν ἔτι τῶν μαντικῶν. οἱ ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν ᾄδοντες, ἡδὲ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸν θάνατον ἐφοβοῦντο, τότε μάλιστα καὶ μάλιστα ᾄδουσιν γεγηθότες, ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες: hoc est, Vt apparet, ad diuinandum videor vobis esse cycnis deterior: Illi quidem quando se breui morituros agnoscunt, tum magis admodum,& quidem dulcius modulantur quàm antea consueuerint, & quòd ad Deum, cuius erant famuli, tunc sint migraturi congratulantur. Hic non me mouet, quòd Ælianus 1. περὶ ζῴων & Plin.capit.23.libr.10.negant cycnum canere:id enim disciplinæ non est nostri instituti, sed certè obiter adnotabo Ægyptios, cùm musicum senem significarent,cycnum pinxisse: quemadmodum Orus, senescens concentum edat suauissimum. Quam rem Pierius hac aui Poëtam, animi candorem, & Apollinem declarari scribit:quem lege li.23.Artemidorus,vt postremò illud adnotem,lib.2.de Somniis,Cycno virum ait musicum significari, atque adeò musicam ipsam: occulta is detegit, coloris tandem, &c.

Qui negent cycnum ante mortem canere.

Cycnus quid significet.

Gentiles clypeos,&c.] Videtur esse hypallage,pro,Alitem Iouis in clypeis, &c.

Ceras.] Imagines cera expressas.Iuuenal.Satyr.8.

Tota licet veteres exornes vndique cerâ
Atria,&c.

De maiorum imaginibus cereis memini me quædam scripsisse ad Orationem Syllanam M.Tullij:itaque hîc nihil repetam.

Cycnus Phœbo sacer.

Hic Phœbo sacer.] Id testatur his verbis Plato: ἀλλ' ἅτε οἶμαι ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί τε εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾅδου ἀγαθὰ, ᾄδουσι καὶ τέρπονται ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφερόντως, ἢ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ: Quia Phœbo sacri sunt, vt arbitror, diuinatione præditi præsagiunt alterius vitæ bona, adeóque eo tanto alacrius, gestiúntque ea die, quem superiori tempore Poëtæ μουσῶν ὄρνιθες dicuntur Theocrito: vt & Latini Poëtæ cycnos

Ayuntamiento de Madrid

cycnos pro poëtis accipere non rarò solent, vt in Eclogis Virg.

Cantantes sublima ferent ad sidera cycni.

Qua ratione Pindarum, Dircæum cycnum appellat Horatius, quo sensu lusciniam Musarum, ἀηδονὰ μουσῶν Palamedem Euripides dixit. sed hæc obiter. Non verebor Octauij Cleophili, qui ad Ouidianam venam proximè accessit, lepidos ea de re versus apponere, è lib. de Poëtarum cœtu:

Interea niueos liquidum prope flumen olores
Audio cœlestes edere voce sonos.
Hanc volucrem Phœbo fertur sacrasse vetustas,
Quòd referat cantus Delphice magne tuos.
Candida fama viget nullo violabilis æuo,
Nec mors huic nigras iniicit atra manus.
Tu famam vates candorem rere volucrum,
Atque ideò vates concinit inter auis.

Cycni regis historia.

Rex olim veteres, &c.] Cycnus Ligurum Rex, in Gallia transalpina, Musicæ laude clarus: qui cũ decessisset, ab Apolline in sui nominis auem mutatus creditur, ait Pausanias in Atticis. Aliam caussam 2. Metamorph. Ouid. adfert. Cycnúmque alterum Neptuni filium, in auem sui nominis mutatum facit, eius operis 12.

Ayuntamiento de Madrid

Musicam Diis curæ esse.

EMBLEMA CLXXXIIII.



LOCRENSIS posuit tibi Delphice Phœbe cicadam
Eunomius hanc, palmæ signa decora suæ.
Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,
Et percussa sonum pollice fila dabant.
Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo,
Legitimum harmonias & vitiare melos:
Tum citharæ argutans suauis sese intulit ales,
Quæ fractam impleret voce cicada fidem:
Quæq; allecta, soni ad legem descendit ab altis
Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.

Ayuntamiento de Madrid

Ergo tuæ vt firmus stet honos, ô sancte, cicadæ,
Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.

ID Strabo Geograph. 6. pertractat, cuius huc verba referam: Fons Emblematis. ἐδάκνυτο δ' αὐδρμὰς ἐν τοῖς λοκρῶις σύνομ τῦ κιθαρῳδοῦ, τίτλιγα ἐπὶ τῶ κιθάρᾳ κεκδύμενον ἔχων φυσὶ δὲ τίμαι & πυθίοις ποτὶ ἀγωνιζομένοις τῶτον τὸ κρὰ ἀρίστωνα ῥηγῖνον ἱρίσαι περὶ τῦ κλήρε τὸν μὴ δὲ ἀρίστωνα δῶναι τ δελφῶν ἑαυτῷ συμπράττειν. ἱερὸς γὰ ἄνωθεν τῦ θεοῦ τὸς προγόνος αὐτῦ, κρὰ τῶ ἀποικίαν ἐνδεδε ἐσάλθαι. τῦ δ' σύνομ φάσκοντ & ἀρχῶν μηδὲ μετέναι ἐκείνοις αὐτοῖς τῶν περὶ φυλῶν ἀγωνισμάτων, παρ' οἷς κρὰ οἱ τίτλιγες ἆσον ἄφωνοι, τὰ σύφθιγγοτατα τῶν ζώων, ὅμως σύδοκιμᾶν, μηδὲν ἧττον τὸν ἀρίστωνα κρὰ ἐν ἐλπίδι τῶ νίκης ἔχειν. νικῆσαι μὲν τοι τὸν σύνομον κρὰ ἀναχθῆναι τῶ λεχθῆσαν εἰκόνα ἐν τῇ πατρίδι, ἐπὰ κατὰ τὸν ἀγῶνα μιᾶς τ χορδῶν ῥαγεισῶν, ἐπισᾶς τίτλιξ ἐν πληρώσει τὸν φθίγγον. id est, Ostenditur apud Locros Eunomi citharœdi statua, quæ insidientem citharæ cicadam habet. Scribit autem Timæus, aliquando in Pythiorum certamine illum vnà cum Aristone Rhegino venisse in contentionem, vter præmium sortiretur. Aristonem fusis precibus Delphorum ciues rogasse, vt sibi adessent, maiores enim suos ipsi Deo Apollini consecratos, & à Delphis Rhegiũ missam coloniam norat. Eunomum autem dixisse illis, nũquam de musica ad eorum primordio certamina fuisse, cùm quidem apud eos cicadæ cunctorum animalium cantu suauissimæ omninò sonum non haberent. Nihilominus Aristonem spe victoriæ ad laudem assequendam strenuum: Eunomum tamen victorem declaratum, statuam, quam diximus, in patria collocasse. Cùm enim inter certandum chorda vna fracta defecisset, cicada superuolans adfuit, quæ supplementum vocis faceret. Hactenus Strabo. Certè hoc Epigramma Latio donatum, & aliquot versibus ab Alciato coërcitum, legere est in sectione quarta Græcorum Epigram. titulo ἀσκιδαρῳδοὺς, quod huc ascribam. Statua Eunomi.

Εὔνομον, ὦ πολλον, σὺ μὲν οἶδά μι πῶς ποτ' ἰνίκων
Σπάρτιμ ὁ λοκρὸς ἐγὼ, πσύδομβροις δ' ἱρίω.
Α'ίολον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἐκρικον ἐν δὲ μεσιύσα
ᾠδᾷ μοι, χορδᾶν πλᾶκτρον ἀπικρύμασον.
Καὶ μοι φθέγγομ ἑτοῖμον ὁπανίνα καιρὸς ἀπήτῃ,
Εἰς ἀκοὰς ῥυθμὸν τὸ τρικὶς ἀκίμινον.
Καὶ τις ἀπ' αὐτομάτω κιθάρας ἐπὶ πᾶχυ ἀνατὰς
Τίτλιξ ἐπλήρου τὰ τρικὶς ἁρμονίης.
Νῖκα γὰ ἐξέτινασαν ὅδ' ἑβδομάτας δι μιλσίμαν

Kkg

Ayuntamiento de Madrid

Κορδᾶς, πᾶν τοῦτο γῆρυν ἐκιχράμισθα.
Πρὸς γὰ ἐμὰν μιλέ των ὁ μισαμβρινὸς οὔρισιν ὠδὸς,
Τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μιθυρμίσατο.
Καὶ μὰν ὁ καφθιγγοιτο, σιὼ ἀψύχοις τόκα νικᾶις,
Τῷ μεταλλομένῳ συμμιτίπιπλε θεῷ.
Τοὔνικα συμφώνων μὰν ἐγὼ χάριν, δς δὲ τυπωθείς
Κάλκι☉, ἀμετέρας ἔβιδ' ὑπὲρ κιθάρας.

Muſicæ magna vis.

Miminit huius hiſtoriæ Clemẽs Alexandrinus initio ſtatim orationis, qua Gẽtes hortatur ad pietatem. Eius narrationis ὑφήγησιν continet ἐπιγραφὴ, nimirum Muſicam Diis eſſe curæ: quod & ſignificat Homerus Iliad. 1. cùm induxit Deos cithara vtentes poſt contentionem de Achille. quod & certè non modò paganorum ſcripta teſtantur, vt maximè libri ſacri continent, quanta fuerit lege diuina Muſicæ commẽdatio, 11. Reg. 16. & apud Regium Pſaltem variis in locis. Conſule & D. Auguſt. de Ciuit. Dei 17. cap. 14. Scripſit Plutarch. elegans de Muſica cõmentarium, cuius vires attingit poſteriore de fortuna & virtute Alexandri, & de cohibenda iracundia. Athen. item 11. cap. 4. & 14. cap. 11. Sed & Muſicæ pulcra laudatio eſt apud Heſiod. lib. Variar. 2. Epiſt. 40. Quantum autem ad hunc locum attinet, repete Prouerb. Achantia cicada: & Chordæ vicem fractam canere, in Chiliad. Eraſm. Sed ſi quis plura voleat, illuſtrationem huius Emblem. cõduxerit fortaſſe legere Plutarchi tractatum de Animæ procreatione, ad finem. Sed videre huc conciliare poſſis Strabonis illud ex lib. 10. οὐ μὴν γε ἀγνοητέον, ὅτι καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς, ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶσιν. ἄμεινον δ' οὐδὲν γοιτις, ὅταν εὐδαιμονῶσι. τοῖς τιν' ἢ τίκτειν, καὶ τὸ ἑορτάζειν, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν, καὶ μουσικὴν ἅπασαν: Locus Strabonis additus ex iniectura.

ctè quidem dictum eſt, mortales tum maximè Deos imitari, quando benefici ſunt: rectius verò quis dixerit, cùm beati ſunt. quod ipſum eſt gaudere, feſtos dies agere, & philoſophari, & muſicam attingere. Sed nimis fortaſſe verboſe hactenus. Ne otioſi omninò in hac explicatione ſimus, quatuor potiſſimùm ex hac hiſtoria certè nobili colligimus.

1. Primùm quidem apud veteres Muſicam in magna laude habitam fuiſſe, & eius vſum in magnis quibuſque conuentibus, conuiuiis, ſacrificiis proſecutum.

2. Deinde veteres illos, quãquam vera Dei cognitione deſtitutos, putaſſe tamen quædam eſſe numina, quorum opem in rebus aduerſis ſe ſperabant impetraturos. vtque hominũ mores variæque cõditiones eſſent, ſic peculiares eſſe Deos, credidiſſe

Ayuntamiento de Madrid

3. Tertiò, iis qui temeraria quadam proteruia contenderent, & ſuis æqualibus debitam omnem laudem eripere conarẽtur, ſæpenumero malè cedere: iis verò qui modeſtè de ſe ſentirent, Deum vltrò frequenter occurrere, adeò præter omnium ſpem de fortioribus victores euadant.

4. Quartò & poſtremò, prodigia quædam & quaſi arcanorum ſuorum receſſus, Deum in rebus penè omninò deſperatis oſtẽdere: vnde memoria ſempiterna tranſmeet ad poſteros.

Delphice Phœbe.] A Delphis Phocidis ciuitate Phœbus Delphicus dictus eſt, in qua nimirùm oraculũ fuit toto orbe celeberrimum. Phœbus Delphicus.

Plectro.] Inſtrumento, quo fides plectuntur & percutiuntur. Martialis:

Exornent docilem garrula plectra lyram.

In hoſtem Spartyn.] In aduerſarium Spartanum, id eſt, Ariſtonem Spartyn, Græcus accuſatiuus. Græcum epigramma, vt habẽt vulgati codices, ſecutus, Alciatus, in errorem potuit impingere. Quòd eo dico, quia vox, σπάρτιν videri ſuſpecta, non temerè poteſt, ſic legendum putat Nicolaus Gulonius, literarum Græcarum profeſſor Regius πατρίδ' ἰ λοκρὸς ἐγὼ, &c. pro eo quod diceremus, κατὰ τὴν πατρίδα τὸ λοκρόν. ſic enim recta erit carminis ſententia, Eunomus enim Locrenſis erat, non Spartanus, niſi fortè putet aliquis σπάρτιν, eſſe agnomen quoddã vel cognomen, quod neſcio an probare debeam.

Trita fides.] Rupta.

Stridere.] diſſonare.

Bombo.] Sono.

Argutans ſuauis ales.] Cicada ſuauiter canens.

Deſcendit ad legem ſoni.] Aptauit ſeſe ad inſtrumenti muſici concentum.

Ab altis ſaltibus.] A ſyluis, & relictis nemoribus, in quibus potiſſimùm frequentia eſt cicadarum.

O ſancte.] Phœbe.

Tuæ cicadæ.] Tibi ſacre, de quo ſuprà.

Pro cithara hic fidicen.] Ne tanti miraculi memoria temporis vetuſtate deleretur, citharam Apollini cum cicada ænea inſidẽte conſecrauit Eunomus. Ad finem huius Emblematis, Græci epigrammatis particulam poſtremam ita corrigit Gulonius meus, τἔνικα συμφώνων μὴν ἔχω χάριν. quæ lectio, vt facilior, mihi probatur.

Litera

Ayuntamiento de Madrid

Litera occidit, ſpiritus viuificat.

EMBLEMA CLXXXV.

Vipereos Cadmus dentes vt credidit aruis,
Seuit & Aonio ſemina dira ſolo:
Terrigenum clypeata cohors exorta virorum eſt,
Hoſtili inter ſe qui cecidere manu.
Euaſere quibus monitu Tritonidos armis
Abiectis data pax, dextraque iuncta fuit.
Primus Agenorides elementa, notaſque magiſtris
Tradidit, iis ſuauem iunxit & harmoniam.
Quorum diſcipulos contraria plurima vexant,
Non niſi Palladia qui dirimuntur ope.

Ayuntamiento de Madrid

EPimythion est elegantissimum, quo literatorum æmulationem, quæ sæpenumero rixarum plena esse solet, permultas vnà secum aduehere difficultates, & contentionum tricas arguit. Id quia non minus varium quàm ingeniosum sit, haud ego quidem possum vel paucis verbis soluere, vel vno, quod aiunt, fasce complecti. Quia enim multa simul occurrunt, auspicandum esse video à Cadmi fabula. Is Agenoris Phœnicum regis filius à patre missus in remotas terras Europam sororem quæsiturus, iussusque Phœniciam nō redire prius, quàm illam vnà secum reduceret, Apollinis oraculum dicitur adiisse, vt quid sibi esset agendum, certò nosset, eumque respōsum habuisse, vt indomitæ bouis ductum sequutus, ibi tandem sisteret, sedemque figeret, quo loco illa procumberet. Itaque oraculo paruit, Thebas Bœotias condidit, Harmoniam Martis ex Venere filiam diduxit vxorem. Draconem Castalij fontis custodem Marti sacrum interfecit, cuius dentibus (suasu Palladis) humo, vt fata quædam mandatis, armatorum militum legiones prodiere, quæ se mutuò confecerūt: demptis quinque reliquis, qui Palladis consilio fœdus & pacē inierunt: quibus ita tandem conciliatis, & quasi aliquo certo fœdere sociatis, auxilium Cadmo tulerunt in Thebis instaurandis. Ex quo factum, vt post aliquantū temporis in numerosum populum excreuerint, totamq; Græciam suo genere & præclarè gestis cōplerint. Sed de fabula plus satis. Historiam fusius 3. Transformationū Ouid. est persecutus. Sati dentes labore Cadmi, literæ sunt per totam Græciam primùm sparsæ, quas ille ingeniosus & industrius admodum artifex Græcis ipsis primus tradidit. Quod omninò vel de sermone literarum monumentis comprehenso, vel de contentionibus hominū literatorum est accipiendum. Draconem primùm παρὰ τὸ δέρκεσθαι, id est, acutissimè videre, nominatū aliàs admonuimus: quo sapientiam intelligimus, & disciplinarum circulum literarum contētum monumētis. Nemo enim est qui nesciat liberalem omnem doctrinam sermone vt plurimùm & scriptis quacunque lingua communicari. At ea liberalis cognitio sermone communicatur & scriptis. Sermonem quidem à serendis verbis esse dictum Grammatici nos admonēt, qui sermo qua parte literis continetur, sedecim primùm characterum notis constabat, tot enim Draconis esse dentes asseuerant, qui naturæ arcana inuestigarunt: & ij quidem characteres non modò parum inter se consentiunt, sed & seipsos mutuò quasi tollunt: id

Cadmi historia.

Sati dentes quid.

Draco vnde dictus, & quid significet.

Sermo vnde dicatur.

Ayuntamiento de Madrid

id est, coalescere, aut significare quicquam non possunt, quinque vocales adfuerint, quarum ope ac beneficio redeat in gratiam, id est, articulatam orationem faciunt. Armatorum hastas & gladios possumus transferre ad accētuum vel spiritus sedes siue notas: quæ non nisi Palladis, id est, intelligentiæ beneficio, bene inter se cōponi & conciliari queunt. Vel hæc armatorum copiæ ex iis dentibus ortæ, studiosorum quorundam actiones ostendunt, qui liuore quodam, & æmulatione grauiores moti, sibi mutuam inferunt internecionem, dum scriptis vicissim citroque editis, vel etiam verborum concertationibus, ἰδιολογομαχίαις rixantur, suorum σωφρόνων & eorum qui vere sapiunt in eodem circo laboribus detrahunt, eorumque doctrinam importunius vellicant. Vidit pius quàm satis est eiusmodi exempla nostra ætas, quæ vt politiorem concinnioremque non modò artium, sed totius philologiæ tradendę viā ac rationem summo Dei beneficio restitutā habuit: sic certè plura, & quæ nocentiora eò monstra parturiit, sic vt vero verius dictum sit: Vbi mel, ibi fel: & Vbi yber, ibi tuber succrescere. Porrò numerus perexiguus à Minerua sapientiæ Præside in gratiam redeat iussus, & qui tandem in infinitum numerum excreuerit, stultorum conditionem notat, qui cùm se mutuò iuuant, vberem doctrinæ prouentum referunt: sed quàm pauci sint animi candore & ingenuè id faciant, nō est meum hoc loco discere. Hanc fabulā ingeniosè & lepidè traducit Anulus in typographos Lugdunenses, refertque dentes serpentis ad sedecim literas, quę tot primùm fuerunt Cadmi tempore: ex quibus sonas sese interficere ait, quòd nihil virium habeant si singulas spectentur: quinque vocales, quæ per se vocem faciunt, quæ aliis soni vim communicant, referre quinque milites, qui mutuò in pacem conspirarunt, postremò typographum eiectorum, typos, quasi Cadmum serpentis dentes disseminare, quibus barbari ad vitæ cultum & humanitatem perueniant. Carmen Anuli hoc est:

Cui iaculum, iaculoque animus præstantior omni,
Atque leoninum vis erat exuuium:
Cadmus Agenorides præstans facundia, & armis,
Vt iaculum penetrans, vt leo magnanimus,
Venit in Europam literas Phœnicibus ortas,
In quibus humanæ circulus est Sophiæ:
Quarum quinque (aliis se collidentibus vltrò)

Hastæ, gladij quid.

Inuidia literarum.

Bartholomæus Anulus.

Ayuntamiento de Madrid

Plena vocales integritate manent.
Ac terrestribus has animis insevit, & artes:
Ciuiles homines fecit & ex rudibus.
Fictus ob hoc vigilis dentes sparsisse draconis,
Exq; satis natos dentibus esse viros:
Qui se occiderunt per mutua vulnera, tantùm
Post reliquos cæsos, quinque superstitibus.
Ex quibus est hominum post multiplicata propago,
Qui primi Thebas incoluere nouas.
Huius ad archetypum, literas qui spargit in vrbe,
Quæ nomen, vires, stemma leonis habet,
Quique libris homines sapientes perficit: an non
Iure pari possit dicere chalcographus?
Semino serpentis dentes in pelle leonis,
Hoc est Lugduni, qui Leo Gallicus est.

Vipereos dentes, &c.] Totam hanc narrationem Ouid. retulit 3. Metamorph. Lege Plin. lib. 7. c. 56. Solin. c. 13. Vipereos autem dentes dixit, pro serpentinis, συνεκδοχικῶς, speciei pro genere. Meminit Corn. Tacit. lib. vndecimo Annal. Allusit Plutarch. ad fabulam Cadmi qua dicitur serpentis dentes proseminasse, inio disputationis, Cur oracula dare Pythia desierit. Sed fortasse conduxerit studiosos euoluere Sympósiacon 9. eiusdem, quæst. 3. & 4. quo loco quærit cur A, literarum prima sit accepta. Alio flexit hanc fabulam Dio Chrysost. orat. 23. quem conferre, si vacat.

Credidit aruis.] Mandauit solo.

Aonio solo.] In Græcia. Aonia dicta Græcis, ab Aone Neptuni filio, rege Bœotiæ.

Monitu Tritonidos.] Suasu Palladis. Ouidius.

Et sua iecit humi monitu Tritonidos arma.

Agenoridis.] Cadmus Agenoris filius. Hinc fabulæ materiam sumpserunt Poëtæ, quòd Cadmus literas Græcas à Phœnicia acceptas in Græciam detulerit, vti iam à nobis dictum est.

Ayuntamiento de Madrid

Dicta septem sapientum.

EMBLEMA CLXXXVI.

HÆC *habeas, septem sapientum effingere dicta,*
Atque ea picturis qui celebrare velis.
Optimus in rebus modus est, Cleobulus vt inquit:
Hoc trutinæ examen, siue libella docet.
Noscere se Chilon Spartanus quemque iubebat:
Hoc speculum in manibus, vitraq; sumpta dabant.
Quod Periander ait, frena adde, Corinthius, iræ:
Pulegium admotum naribus efficiet.
Pittacus, at ne quid dixit, nimis, hæc eadem alium,
Contractu qui gith ore liquefaciunt.
Respexisse Solon finem iubet, vltimus agris
Terminus haud magno cesserit ipse Ioui.

Ayuntamiento de Madrid

Heu quàm vera Bias, Est copia magna malorum:
Musimoni insideat effice Sardus eques.
Ne præs esto, Thales dixit, sic illita visco
In laqueos sociam parra, meropsque trahit.

Septem Græciæ sapientes qui.

SEptem sapientum tanta fuit apud priscos auctoritas, vt propter vitæ integritatem & sententiarum quarundam paucis verbis comprehensarum pondus & grauitatem, soli omnium σοφοὶ dicerentur. Vitæ quidem instituto & moribus ab aliis differebant, & seriis quibusdam sentētiis & apophtegmatis aliorum mores informabant. D. Augustinus De ciuitate 8. & 18. eos ait claruisse post Poëtas Theologos, & vitæ genere laudabilia quędam hominibus præstitisse, nullumque monumentum, quod ad literas attinet, posteris reliquisse, nisi quòd Solon quasdam leges Athenien sibus dederit, Thales verò Physicus suorum dogmatum libros relinquerit. Horum apophthegmata permulti doctè copioseq; sermonibus illustrarunt. In Græcorum Epigrāmatōn collectaneis octostichon extat de septem horum sententiis insignioribus, & de cuiusque nomine & patria, quod hìc propter concinnitatem ascribere non grauabor. Adde quòd eadem ipsæ sint, quas Alciatus illustrat symbolis, vt Emblematis naturæ & decoro inseruiat:

Επτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἐπος πόλιν, ὄνομα, φωνλὼ.
Μέτρον μὲν, πλειστὸν δ' ὁ λίνδιος ἄπιν, ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ κορινθον ἔναι, κόλπ κρατέει, περίανδρος.
Πίτ]ακος δ' ἐδίν ἄγκυ, ὃς ἐλω γέν ἐκ μιτυλήνης.
Τερμα δ' ἐρᾶν βιότοιο, σόλων ἐκρᾶς ἐν ἀθήναις.
Τὸς πλόυτας κακίης δὲ βίας ἀπέρυκε πρίηνεύς.
Ἐγγύλῳ φαύγῳ δὲ θαλῆς μιλήσιος ὕυδα.
Nomina, dicta, vrbes septem canimus sapientum.
Optima mensura est, Cleobulus Lindius inquit.
Te cognosce ipsum, Lacedæmonis incola Chilon,
Quique Corinthius est, tyram rege, ait Periander:
Pittacus at, ne quid nimis, effatur Mitylenis.
Atticus hinc Solon, vitæ, inquit, respice finem.
Non spondere, Thales Milesius vtile censet.
Plena malorum cuncta, Bias canit vrbe Priene.

Apud Ausonium pleniùs eadem apophthegmata Græcè &

Ayuntamiento de Madrid

Latinè repetes, apud quem etiam ludum eorundem sapientum videre est. Cætera percurramus.

Cleobulus. *Cleobulus.*] Hic ex Pindo vrbe Rhodi insulæ, patre Euagora in Ægypto didicit. Dicebat, cauendas esse inimicorum insidias & amicorum inuidiam. Eius vitam lege apud Laert. lib. 1. Hui insigne dictum fuit ἄριστον μέτρον, Optima mensura; vel, Optimus modus. Ad quod συμβολικῶς designãdum, trutina siue lanx adhibetur: eâ enim quæque ponderantur. Idem habet Hesiodus ἔργων.

Chilon. *Chilon.*] Lacedæmonius fuit Ephorus, qui magistratus ad bunatu plebis Romani non multum differebat. Fuit pauc quus, in sermone concisus, quod ei fuit patrium. Hinc enim coniſmus. Elogio proditum est, septem aliorum fuisse sapien simum. Eius insigne apophthegma, γνῶθι σεαυτὸν, quod per culum intelligitur. Plura Laert. lib. 1. Plin. lib. 7. c. 32. & Era Adag. Nosce teipsum. Sentẽtiam hanc tribuit Æsopo Plut ad finem Symposij septem sapientum. Sed quid speculum sui cognitione? Inuenta sunt specula, inquit Seneca 1. quæ num naturalium, c. 17. vt homo se ipse nosceret. Multa co consecuta: primò, sui notitia, deinde & ad quædam consil formosus, vt vitaret infamiam; deformis, vt sciret redimen esse virtutibus quicquid corpori deesset: iuuenis, vt flore admoneretur, illiud tempus esse discendi, & fortia audendi nex, vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cog ret. At hoc rerum natura facultatem nobis dedit nosmet videndi. Hæc ille.

Periander. *Periander.*] Hunc aiunt tyrannum fuisse immodica qua iracundia, quique ciuitatem auro spoliarit, & incestus non minandos perpetrarit, vnde plerique negant hunc fuisse è septem sapientibus, sed alterum quendam nomine Pe drum Ambraciæ natum. Dictum celebre *Iram cohibendam* freno ori admoto intelligi datur apud quosdam scriptores hic pulegium adhibetur, quod per inferiores partes bilem gat, & admotum naribus medetur lipothymiæ. Vide Plin. 4. & lib. 26. c. 9.

Pittacus. *Pittacus.*] Hiradio patre Thrace natus, vir amans liber iustissimus & fortissimus. Huius egregium dictum, μέτρα & γνῶθι καιρὸν: quorum altero mediocritatem, altero te esse cognoscendum, id est, temporis habendam esse ratio admonebat. Symbolum autem prioris est gith, nigerri semen optimumque, excitatissimi odoris, quo minimo

Ayuntamiento de Madrid

pto in cibis dat saporis gratiam: largiùs autem, venenum exhibet. Plerique suspicantur esse minutulum piper, quod poyurecum nostri vocant; & pharmacopolæ Nigellam Romanam. Plin. lib. 20. cap. 17. Malanthion & melaspermon nominat, de cuius ibidem viribus satis, & lib. 19. cap. 8.

Solon.

Solon.] In Salamine insula natus, quæ iuris erat Atheniensium, parentibus nobilissimis ortus, leges Draconis sanguine, non atramento scriptas mitigauit, aliis promulgatis certè mitioribus toto orbe celebratis. Nullum ante mortem beatum dicendum, sed expectandum vitæ finem dicebat, quod Ouid. 3. Transformat. retulit his verbis:

——scilicet vltima semper
Expectanda dies hominì, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

Id Termini figura refert, cuius effigiei rationem suprà iam satis expressimus.

Bias.

Bias.] Hic Prienis vrbe Ioniæ natus, cuius insigne dictum à plurimis celebratum: *Omnia mea mecum porto:* & illud nostrum, *οἱ πλείους κακοί*, quo taxabat vitiorum inter homines omni parte scatentium multitudinem: quod figuratur per Sardum homi- Sardi.
nem musimoni insidentem. Musimones, asini, muli, aut equi Musimones.
breues, vt inquit Nonius. vnde Lucilius:

Pretium emit qui vendit equum musimonem.

Sardi autem deprauati & nefarij sunt habiti. Notatur itaque rerum malarum copia sub duobus hisce, quibus abundat Sardinia. Lege Plinium 8. cap. 49. De Biante Laer. Valer. Max. lib. 7. & Gell. lib. 5.

Thales.

Thales.] Nobilissima ortus familia Mileti, Geometriæ & Astrologiæ peritissimus. Inter eiusdem graues sententias est ea, qua monebat sponsionem non esse faciendam, *ἐγγύα πάρα δ' ἄτη*; qui enim se vadem statuit, sibi seruitutem, alteri libertatem parat. Clemens Alexandrinus 6. Stromatum, Sponsionem esse noxæ filiam dicit (ex Thalete) sponsionis verò mulctam: id est, *ἐγγύα ἄτας θυγάτηρ, ἐγγύης δὲ ζημία.* Symbolum est parra vel merops, quæ pedibus aut visco captæ consocias arcessahunt. Tales enim sunt debitores, qui vt sese explicent irretitos, alios quos possunt fideiussores aucupantur. Parra quidem auis inauspicata, quæ galerita vel alauda dicitur. Plinius 11. cap. 37. Merops, quòd apes comedat, apiastra, idem lib. 10.

Ayuntamiento de Madrid

Submouendam ignorantiam.

EMBLEMA CLXXXVII.

QVOD *monstrũ id? Sphinx est. Cur candida virgini*
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphica littera possit,
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namque vir ipse bipes que tripes que & quadrupes idem
Primaq; prudentis laurea, nosse virum.

Ayuntamiento de Madrid

VT minùs prouectis aliquantisper consulam, paulò altiùs repetam carminis huius argumentum ex sententia Diodori Siculi, Sophoclis & Strabonis. Oedipus Colonæus, inquiunt, Agenoris ex Labdaco nepos & Iocastæ filius: quē pater cum ex oraculo futurum cognouisset, vt à filio vita priuaretur, Oedipum recens natum pastori dedit interficiendum. Ille suspensum traiecta resti per vtrumque pedem reliquit in Cytherone. Sed Melibœus pastor regius, tū fortè misericordia motus, ad Regem suum Polybum deculit: qui cùm liberis careret, pro filio curauit educandum, & à tumore pedum Oedipum nominauit, ἀπὸ τῶν δ' τοῦ πόδων. Cùm adoleuisset iam corpore robustus & animo fortis, sui generis ignarus, Apollinis oraculum de patre consuluit: à quo responsum habuit se parricidam futurum, & suæ matris maritum. Itaque Corinthū repetere noluit, viamque ingressus qua Thebas proficisceretur, obuium parentem (à quo, quòd non cessisset, sceptro fuerat percussus) interfecit. Regio Thebana tunc temporis infestata erat cladibus, & latrociniis Sphingis. Monstrum id erat ore virgineo, quod captis & in præcipitium adductis ænigma solebat proponere, eósque qui id nescirent dissoluere, de saxis præcipites dabat. Hoc verò tale fuisse traditur ænigma: *Quod animal esset & quadrupes, & bipes, & tripes.* Quod Ausonius Eidyllio decimoquinto, vbi de ternario numero bellè complexus est his verbis?

Oedipi vita & fatum.

Qui bipes & quadrupes foret, & tripes, omnia solus,
Terruit Aoniæ volucris, leo, virgo triformis,
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Creon Thebanorum Imperator eam ob caussam edictum per vniuersam Græciam promulgari iussit, estque pollicitus, vt qui Sphingis ænigma dissolueret, suam illi sororem daret vxorem. qua fama excitatus Oedipus, ad montem Sphintium profectus, ænigma soluit, déque humanæ vitę partibus interpretatus est. Homo enim quadrupes in fans, propter corporis imbecillitatem: ætate ineunte, bipes: senex autem tripes, quòd sæpiùs vtendum baculo sit ea ætate, quæ aliquid vietum habet & caducum. Soluto ergo problemate Sphinx doloris impatiens se ex edito monte præcipitem dedit. Hanc fabulam variis modis à scriptoribus traditam reperi. Sphingis ortum habet Hesiod. in Theogonia: suntque qui asserant Sphingem esse ex genere simiarum, vt Diodorus. At Albertus Magnus 22. De animalibus & Solinus capit. 30. Polyhist. simias esse volunt. Alia Plin. scribit libro 8. capit. 21. & 11. cap. 72. & 35. cap. 14.

Ayuntamiento de Madrid

ex quibus locis petendam esse veram Sphingis descriptionem plerique censent. Sabellic. principio Ennead. 7. libro 1. cui Sphingis descriptio. Sphingē pernicioſum quendam hominem fuiſſe qui ſua calli-ditate multos peremerit. Sed hæc miſſa faciamus, & ad mythologicam tractationē veniamus. Sphinx triformis (vt poēte puellari forma ſit, plumis tecta vt auis, & leoninis pedibus ignorantiam arguit, in editiſſimo huius vitæ monte, & quasi theatro locatam, infinitam hominum multitudinem ſua ferme opprimere nō alia de cauſſa, niſi quòd ſeſe non agnoſcat. Virginis facies in Sphinge. eſt, ſe homines eſſe ignorent. Triplex autem monſtri forma refertur ad res primarias cauſſas efficientes ignorantiæ. Nam virginea facies voluptatem repræſentat, fœdámque libidinem quæ hominem ita excæcat & afficit, vt eum ab humanitate degenerem in belluinam fermè naturam cōmutet, quo fit vt omni vera diſciplina rectáque inſtitutione penitùs abhorreat. Pluma Sphingis. Plumæ volucres, quibus totum corpus occupatur, & qualibet detur, leuitatem & inconſtantiam animi ſatis apertè declarant, quæ quidem cùm rationis principatum, vel naturæ, vel conſuetudinis vitio prærripuit & occupauit, quid in homine ne-Leonini pedes. qui eſt, quod firmum aut conſtans eſſe vel videri poſſit? Cerùm pedes, quales ſunt leonis, indicant ſuperbiam arrogantiaque, quæ cùm falſam de rebus opinionem habeat, ſequeretur putet quod neſcit, non mirum eſt ſi turpiter impingat, & Ingenij leuitas. giſſimè abſit à perfecta rerum cognitione. Prima itaque ignorationis cauſſa eſt ingenij leuitas, vel temeritas, quæ quidem ximè ſe deceat, non videt. Altera eſt corporis voluptas, Voluptas corporis. quidem aſpectu blandiens, ſed aſperrima, triſtiſque, poſtquam guſtaueris: De qua ſic antè,

meretricius ardor
Egregiis iuuenes ſeuocat à ſtudiis.

Superbia. Tertia cauſſa omnium pernicioſiſſima, & ad nocendum impromis efficax, eſt animi elatio & arrogantis: de qua, quia ſuperioribus, verbum non amplius addam.

Sphinx, ignorationis ſymbolum. *Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia.*] Quia hîc Sphinx accipitur pro typo ignorationis, id certè primò videtur eſſe ex tabula Cebetis Thebani: cuius ipſiſſima verba huc tranſcribo ad maiorem fidem: ἔστιν ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς σφίγγι γράμματι, ὃ ἐκείνη προὐβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ τις, ἐσώζετο. εἰ δὲ μὴ σωίη, ἀπόλλυτο ὑπὸ τῆς σφιγγός. ἡ δὲ ἡμὲ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης. ἡ γὰ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ ἐστιν. αὐτίκα τί ἄν ἢ ἡμὲ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τίνων

Ayuntamiento de Madrid

Οὐχοῦν τε καὶ ὃ ἔφην ἐν τῷ βίῳ. τοῦτ' οὖν ἐὰν μή τις σωθῇ, ἀπόλυται ἀπ' αὐτῆς οὐκ ἐσάπαξ, ὥσπερ ἐκεῖνό τῆς σφιγγὸς καταλυθὲν ἀπωλώλεσκεν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐνοῦσα τῷ βίῳ καταφθείρεται, καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι αὖ ὅτε τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὴ ἄγνοια ἀπόλυται, αὐτὸ ἤδη σῴζεται, καὶ μακάριον καὶ εὐδαίμονα γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ, id est: Hæc expositio eius ænigmatis, quod à Sphinge proponebatur hominibus. Qui enim illud intellexerat, salutem quidem consequebatur, qui verò minimè, in exitium incidebat. Eo modo se habet ea explicatio. Sphinx enim ex hominibus insipientia. Hæc autem proponit quid bonum, quid malum, quid neque bonum, quid neque malum sit in vita. Quæ si quis minus intellexerit, ab eo interimitur: neque id semel, sicut is qui depastus à Sphinge moriebatur, sed per omnem vitam paulatim absumetur, vt qui perpetuis suppliciis addicti sunt: contrà verò si quis agnouerit, occisa tandem insipientia, salutem ipse consequitur, & beatus & felix per totum vitæ curriculum euadit. hæc ille. Cæterùm (quod nolim prætermissum Clemens Alexand. 5. Stromat. Sphingem retulit ob ingenij sollertiam, & robur corporis, ob humanam faciem & leoninum corpus. Attigit Ælian. de historia animal. lib. 2. cap. 7. Retulit ad iustitiam Dio Chrysostom. Orat. 10. sub finem & torquet ad sophistarum genus.

At quibus est notum &c.] Plato Carmide, & Plutarch. variis locis tradunt ascriptum fuisse pro foribus templi Apollinis Delphici, literis aureis, ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ, id est, NOSCE TEIPSVM, in quo omnis sapientiæ neruos esse sitos permulti auctores tradiderũt: quod Alcibiadi apud platonẽ Dialogo de Natura hominis, omnium difficilimum videtur, eiusque difficultatis rationem explicat Anton. Zimara lib. Problematõn. Hanc sententiam diuino beneficio in terram ad homines delapsam plerique existimarunt, vt Iuuen. Sat. 11. cuius quidem diuini præcepti vires, vt copiosè, sic & eruditè tractat M. Tullius de Legibus 1. Qui seipsum nouit, inquit, primum se aliquid habere sentiet diuinum, tantóque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet: & cùm seipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum natura fabricatus in vitam venerit, quantáque instrumenta habeat ad obtinendam, adipiscendámque sapientiam: quemadmodum principio rerum omnium, quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.

Nosse seipsum quam vim habet.

Ayuntamiento de Madrid

Nam cùm animus cognitis perceptisque virtutibus,à corpo
obsequio indulgentiaque discesserit, voluptatémque, sicut
bem aliquam dedecoris oppresserit, omnémque mortis do
risque timorem effugerit, societatémque carnis eiecerit,
omnibus se naturâ coniunctum duxerit,cultúmque Deorum
puram religionem susceperit, & exacuerit illam vt oculor
sic ingenij aciem ad bona eligenda,& reiicienda contraria
virtus ex prouidendo est appellata prudentia: quid eo dic
cogitari poterit beatius? Idémque cùm cælum, terras, ma
rerumque omnium naturam perspexerit, eâque vnde gen
ta,quò recurrant, quando,quomodo obitura, quid in his m
tale & caducum; quid diuinum æternúmque sit, viderit,ips
que ea moderantem & regentem penè prehenderit,seque
vnis circundatum mœnibus popularem alicuius definiri
sed ciuem totiùs mundi,quasi vrbis vnius agnouerit, in hac
magnificentia rerum,atque in hoc conspectu,&cognitione
turæ, Dij immortales, cùm se noscet (quod Apollo prae
Pythius) quàm contemnet, quàm despiciet,quàm pro nih
putabit ea quæ vulgò dicuntur amplissima! Atque hæc om
quasi sepimento aliquo vallabit, differendi ratione,veri &
iudicandi scientia,& arte quadam intelligendi, quid quam
rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. Idem Cice
Tuscul. Est illud vel maximum,ait,animo ipso animum vid
& nimirùm hanc habet vim præceptum Apollinis; quo mo
vt se quisque noscat: non enim, credo,id præcipit, vt me
nostra aut staturam, figúramve noscamus: neque nos cor
sumus: neque ego tibi hęc dicens, corpori tuo dico. Cum
tur, Nosce te, hoc dicit, Nosce animum tuum. Nam
pus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptacul
animo tuo quicquid agitur,id agitur à te. Hunc igitur nos
si diuinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi p
ptum,sic vt tributum Deo sit, hoc est seipsum posse cogn
re: & hæc hactenus Cicero. Apollo apud Ouidium 1. Ar
suo templo:

Est ibi diuersum fama celebrata per orbem
Littera, cognoscit quæ sibi quemque iubet.

Ausonius eidyllio 4.

Quanquam difficile est se noscere. γνῶθι σεαυτὸν,
Quàm properè legimus, tam cito negligimus.

Hanc porrò sententiam Thaletis esse vult Laërt.lib.1.Ch
verò Plinius lib.7.cap.32. Lege Platon.in Amatoribus, So

Ayuntamiento de Madrid

sermonem περὶ τὸ γνῶθι σεαυτὸν. Macrob. 1. Saturn. cap. 6. Adagium, Nosce te, multósque alios qui auream hanc cælestémque gnomen scriptis commendarunt, & quantum habeat in mortalium rebus momenti, explicuerunt.

Delphica littera.] Sententia Delphica perbellè declaratur à Xenophonte 4. Comment. sub persona Socratis. Platonis istuc mihi occurrit è Philæbo: τῆς πάσης πονηρίας ὅτι τοὐναντίον πάθος ἔχων, ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων. τὸ γνῶθι σεαυτὸν λέγει, ὦ Σώκρατες.

Præcipitis monstri.] Ignorantiæ, quæ est revera θηρίον ἀλλοκότου καὶ δυσπλάστου κακὸν, vt loquitur Sophocles περὶ ἀμαθίας. Præcipitis monstri, id est deiecti, deturbati, ruentis. Vel monstrum præceps, idem est atque periculosum, eo quòd in præcipitiis saxorum vel montium pericula maiora esse putentur.

Namque vir ipse bipsque, &c.] Tres hic notantur ætatis humanæ partes, infantia, virilis ætas, & senectus. Alij aliter distribuunt: sed non est instituti nostri cuncta persequi. Tres ætates.

Primáque prudentiæ laurea.] Primus sapientiæ gradus à veteribus celebratissimus, SE IPSVM NOSSE, vltimus NOSSE DEVM, vt rectè pieque monuerunt quidam Philosophi Christiani. Primus ad sapientiam gradus.

Laurea.] Victoria, gloria Martialis 7. lib. 4.

——*veniat laurea multa licet.*

Idem in secundo dixerat, initio ferè:

Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

Ausonius Eidyllio 9.

Hæc profligati venit modò laurea belli.

Nosse virum.] Oraculum id, γνῶθι σεαυτὸν, præter cæteros explicat Plutarch. libello De discrimine adulatoris & amici: quo loco ait, Deum sequi, & seipsum nosse, salutis esse summam. Et Clemens Alexandr. statim initio 3. lib. cui Pædagogo nomen indidit, pulcherrimam & maximam disciplinarum omnium ait esse, seipsum nosse: quia qui seipsum norit, Deum cognoscit, &c. vide reliqua. Nemo insipientium (inquit Dio Chrysost. 4. Orat. de regno) seipsum nouit. Neque enim id Apollo præcepisset in primis, nisi cuique difficillimum visum esset. Nonne putas inter morbos nullum magis pernicioſum insipientia? cumque qui sit insipiens, sibi ipsi nocentissimum? aut etiam plurimorum causam malorum aliis esse?

Men

Ayuntamiento de Madrid

Mentem, non formam, plus pollere.

EMBLEMA CLXXXVLII.

Ingreſſa vulpes in Choragi pergulam,
Fabre expolitum inuenit humanum caput,
Sic elegantèr fabricatum, vt ſpiritus
Solùm deeſſet, cæteris viuiſceret.
Id illa cùm ſumpſiſſet in manus, ait,
O quale caput eſt? ſed cerebrum non habet.

Forma nihil, ſi ſola forma eſt.

ID ex Aeſopi apologo de vulpe & capitis humani ſimulacro, quod cùm offenderet, artem quidem & vultus efficti laudauit elegãtiam, ſed nihil eſſe duxit, quia cerebro careret: quo torquetur πρὸς ἄνδρας μεγαλοπρεπεῖς μὴν τῷ σώματι, κενὰς ψυχὰς ἀλογίστους. vel in quoſdã formoſulos & elegantioſe

Ayuntamiento de Madrid

adoleſcẽtes, cætera verò prorſus obtuſos nulliuſque frugis qui certè nihil aliud circumferunt, quàm quod dici ſolet,In aurea vagina gladium plumbeum, vnde conqueſtus eſt neſcio quis Græcorum his quidem verbis:

Πολλοῖσι θνητῶν ἡ μὲν ὄψις εὐγενὴς,
ὁ νοῦς δ' ἐν αὐτῇ δυσγενὴς ἀνῳρίσκετο. id eſt,
Multis mortalium aſpectus liberalis:
Mens autem in ſe ignobilis deprehenditur.

Rectè admonuit Thales laborandum non eſſe in facie exornãda, ſed potiùs in actionibus & ſtudiis honeſtis pulchritudinem eſſe quærendam. Lubens apponerem exemplum Nirei ex Homero Iliad.γ.qui. κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον, eorum qui ad Ilium venerunt formoſiſſimus: ſed,vt ille ſubiicit, ἀλαπαδνότατος imbellis erat, & in cæteris inutilis: cuius ſemel dumtaxat Homerus meminit in nauium catalogo;vt perſpicuè oſtenderet eam corporis formam ad res excellentes, & quæ laude dignæ ſunt minimè idoneam. Eſt itaque operæ pretium, iuxta Socratis præclarum monitum, quemque virtutis& honeſti ſtudioſum τὸν ἑαυτοῦ μορφὸν ἐν κατόπτρῳ διασκέψασθαι, εἰ μὲν καλὸς ἐὼν τὴν ὄψιν ἀσκήσαι, τοιοῦτον εἶναι χρὴ τὴν ψυχὴν, ἄτοπον ἡ γυμνάσασθαι ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν, εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὸ σῶμα ἐὼν, τοσοῦδε μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς. id eſt:ſuam ipſius formam in ſpeculo debere conſpicere, vt ſi forma bona ſibi videatur,exerceat eam vnà cum animo,& faciat quæ forma digna ſunt:vt putet admodum abſurdum eſſe in pulchro corpore animum deformem continere:quòd ſi deformis ſit in iis quæ corporis ſunt,eo magis curandum ſibi nitendumque, vt pulchritudinem animi conſequatur. Cæterùm Philoſophi permulti animæ ſedem in cerebro, tanquam in arce ſumma poſuere: vnde vecordes & inſipidi vulgò dicuntur cerebro vacui.Iuuenal.Satyr.14.

Cùm facies petora ſenex,vacuumque cerebro
Lampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?

Prouerb.Caput vacuum cerebro. Apologum ita ſcitè redditum huc apponam:

Mimi ingreſſa domum vulpes dum ſingula rerum
Viſendi ſtudio,ſcenæ inſtrumenta reuoluit,
Formoſi laruam ſimulacrum repperit oris:
Inque manu ſumens,animoque & lumine luſtrans,
O quàm inſigne caput,ſpecie quàm, dixit,honeſta,
Sed rationis inops,caſſoque informe cerebro.

Nireus formoſiſſimus.

Socratis dictum ſapiens.

Ayuntamiento de Madrid

Sordet honos formæ, nisi cui sapientia iuncta est.

Fabrè.] Id est, affabrè, ingeniosè, artificio quodam singulari. δαιδαλέως.

O quale caput est, sed cerebrum non habet.] ὦ καλὴ κεφαλή, ἀλλὰ κέφαλον οὐκ ἔχει. Græcè lepidius.

Diues indoctus.

EMBLEMA CLXXXIX.

Tranant aquas residens pretioso in vellere Phryxi,
Et flauam impauidus per mare scandit ouem.
Et quid id est? vir sensu hebeti, sed diuite gaza,
Coniugis aut serui quem regit arbitrium.

Ayuntamiento de Madrid

HVc pertinet Diogenis apophtegma, cùm diceret indoctũ diuitem, arietem esse in aureo vellere, & Socratis, qui eius generis homines aurea mancipia, & equos argento circũtectos appellabat. Hic verò notãtur potissimum locupletes illi, qui cum sint hebeti & obtuso prorsus ingenio, dicuntur trahunturque pro vxorum arbitrio, vt eorum negotia è famulorũ ductu regulaque pendeant: nec secus ac infantes anniculi è nutricis amplexu, illi quid loquantur, quidque statuant, non habent quòd illos animus & rationis copia deficiat. In quos hoc Palladæ torqueri solet:

Aries in aureo vellere.

πλάττειν μὲν πάντοθεν ἔχεις, ψυχὴν δὲ πίνυτ' οὐ,
σὲ τοῖς πλουσίοις πλάσεις, σοὶ δὲ πένης.

Xenophontis locus 4. Comment. satis esse potest ad id Emblema illustrandum: nempè ὅτι αὐθρωποι δοῦλοι δὲ ἀγοραῖοι, κἂν πλούσιοι, quæ Socratis disputatio est cum Euthydemo. Vt autem Phryxi fabulã attingã, ille nouercæ insidias vnà cũ Helle sorore fugiens visus est per mare vehi ab ariete velleris aurei. Aiunt autem ei nauẽ fuisse paratam fugienti, cuius insigne aries erat.

Serui homines ob imperitiã.

Pretioso in vellere.] De aureo vellere Ouid. 7. Metamorph. & Iustinus in Trogum lib. 42. Sunt qui aurei velleris pellem interpretentur fuisse librum quendã veterum more in pelle cõscriptum, in quo auri conficiendi scientia traderetur: cuiusmodi libros cùm Diocletianus summa diligentia perquisiuisset apud Ægyptios (qui huius peritissimi censebantur) omnes flamma consumpsisse fertur, ne diuitiis ita cõparatis Aegyptij Romanis inferre bellum auderent, atque ex eo tẽpore artẽ hanc publico Cæsaris edicto semper habitã fuisse flagitiosam. Sed dum alios Plerosque auctores voluo, occurrit id quod de aureo vellere plurimi referunt, ex Suida potissimùm, explicantque, vti iam admonui de arte, quam χημείαν Græci appellant. Alij verò malunt hoc intelligi magnam auri vim, quæ apud Colchos esset, à principibus quibusdam viris cõgestam. At verò Colchica regio propter vicinitatem Caucasi montis, auro abundabat, vel teste Strabone, qui scribit multos fontes ex Caucaso manare, scaturientes arena aurea, tam tenui, vt oculorum aciem effugiat, eamque colligi ab incolis, pellibus quibusdam lanosis in aquã iniectis. Hinc enim suspicari possumus locum esse fabulæ datũ, pelles enim, subsidente in iis arena, speciem aurei velleris prę se ferunt. Locum Strabonis ex 10. lib. huc transferre non pigeat, παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν κατὰ φύσιν τὸν χειμάρρου, ὅταν χειμὼν ᾖ· αὐτὸν τὸν βαρβάρους φάτνας κατατιθεμένοις

Aureum vellus.

Ayuntamiento de Madrid

μίνας, καὶ μαλλωτὰς ἀνθρῶπους ἐφ' οὗ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. Meminit Corn. Tacit. 6. Annalium.

Sensu hebeti.] Qualis est ouis, animalis stolidi & insipientis prorsus, vnde illud, προβατίᾳ βίον ζῆν, & προβατονήθης, Plaut. lib. 10.

Coniugis aut serui quem regit arbitrium.] Is aptè dicitur ἀνὴρ γυναικωνητὸς καὶ δουλωνητὸς.

In fidem vxoriam.

EMBLEMATA CXC.

Ecce puella, viro quæ dextrâ iungitur: ecce
Vt sedet, vt catulus lusitat ante pedes.
Hæc fidei est species: Veneris quam si educat ardor,

Ayuntamiento de Madrid

Malorum in læua non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris sunt, sic Scheneïda vicit
Hippomenes, petijt sic Galatea virum.

DVo sunt quæ matrimonio iunctis maximè cõueniunt, idque stabiliunt, & communi vinculo ligant, nimirùm fides & amor. Huius quidem symbolum, canis fidissimum animal: illius autem pomus vel malus frugifera. Coniugium, siquidẽ copula, quæ fit mutua corporum coniunctione, fide constantiaq; touetur imprimis atque conseruatur. Porrò autem Veneri consecrata, cui nimirum aureum Hesperidum fuit adiudicatum: & earum beneficio Atalãtam vicit Hippomenes, & Galatea suum amasium malo petiit. Huc pertinet Epigramma Platonis ex Laërtio: Malum, Veneri sacrum.

Τῶ μήλῳ βάλλω σε, σὺ δ' εἰ μὴ ἔχσα φιλᾶς με; &c.
Malo ego te ferio; cape, si me diligis, illud.

Dextra iungitur.] Dextra, fidei symbolum, vti superiùs explicuimus.

Catulus.] Canis, catellus, qui etiam fidei notam repræsentat. Siquidem Socrates per canem iurat, cùm obsequium & fidem putat præstandam iis qui rerum habenas in ciuitatibus tenent. Et in C. Mamilij numo, qui aliquando S.C. præfectus est limitibus metandis, est canis allatrans, qui notat fidem esse præstandam ei qui eiusmodi operæ præficitur. Pierius in Cane, vel lib. 5. Canis, fidei nota.

In læua.] Parte sinistra.

Sic Scheneïda vicit Hippomenes.] Atalanta Schenei filia suis procis certamen cursus proponebat, ea lege vt eum qui vinceretur confoderet. Hippomenes, qui eam deperibat, Veneris arte, cursum cum puella instituit, & primò in præcurrentem, pomum vnum aureum, deinde alterum, & tandem tertium iecit: quare capta pomorum tam rara pulchritudine, anteuerit cursum Hippomenes, & puellam vicit. Ouid. 10. Metamorph. Hippomenes vicit Atalãtam.

Petijt sic Galatea virum.] Galatea Nympha marina Polyphemo adamata, de qua 13. Metamorph. Ouid. Sed hoc intelligerem potius de ea quam 3. Ecloga Maro celebrat: Galatea.

Malo me Galatea petit lasciua puella.

Lege Prouerb. Malis ferire.

Ayuntamiento de Madrid

Reuerentiam in matrimonio requiri.

EMBLEMA CXCI.

CVM furit in Venerem, pelagi se in littore sistit
Vipera, & ab stomacho dira venena vomit;
Murænamq́ ciens ingentia sibila tollit,
At simul amplexus appetit illa viri.
Maxima debetur thalamo reuerentia: coniux
Alternum debet coniugi & obsequium.

HAc innuit, quanta in matrimonio requiratur pudi[citia] rerentia. Si enim eam obseruent instinctu aliquo [bruta] anima[lia] a ratione carentia, pudeat homines in hoc esse [bru]tes. Basilius Magnus in Hexaëmeron Oratione 7. ita [lo]quitur anguis & murænæ congressu, quales coniugum mores [de]beant, ostendit. Vipera, infestissimũ animal eorum quæ [na]uigant, cum marina muræna cõgreditur, sibiloq; se adeu[nte]

Ayuntamiento de Madrid

Fons Emblematis.

ficans, ex profundo eam ad concubitum euocat: hæc autem morem gerit, & cum venenata bestia copulatur. Quorsum hæc spectat oratio? vt intelligamus, si duris & feris moribus sit vir, cum esse vxori ferendum, nec coniugium vlla ex caussa dirimendum. Obiurgator est, at vir: vinolentus, at naturæ lege coniunctus: durus & morosus, at iam membrum tuum est, atque omnium præstantissimum. Audiat etiam vir monitionem, quæ ad ipsum pertinet. Vipera virus euomit, reuerentia coniugij: tu animi inclementiam & inhumanitatem, coniugalem copulam reueritus, non depones? An aliam etiam nobis vtilitatem adfert viperæ exemplum, quòd adulterium quoddam est naturæ vipeream atque murænæ concubitus? Discant igitur ij qui in aliena coniugia inuadunt, cuiusmodi bestiæ sint similes. Hæc ferè Basil. Græca si quis malit, propter viri tanti auctoritatem huc placet adiicere, ἐχιδνα τὸ καλιπώτατον τῶν ἑρπετῶν πρὸς γάμον ἀπαντᾷ τῆς θαλασσίας μυραίνης, ἡ συριγμῷ τὸν παρουσίαν σημήνασα, ἐκκαλεῖται αὐτὸν ἐκ τῶν βυθῶν πρὸς γαμικὸν συμπλοκήν. ἡ δὲ τακαυδὴ ἡ ἐνοῦται τῷ ἰοβόλῳ· τί βούλεταί μοι ὁ λόγος, ὅτι καὶν τραχὺς ἦ καὶν ἄγριος τὸ ἦθος ὁ σύνοικος, ἀνάγκη φέρειν τὸν ὁμόζυγα, μὴ ἐκ μεθημάτος προφάσεως κατασχεδιάζειν τὸν ἕνωσιν διασπᾶν. πλήκτης; ἀλλ' ἀνὴρ πάροινος; ἀλλ' ἀνωμαλὸς κατὰ τὸν φύσιν. τραχὺς ἡ δυσάρεστος; ἀλλὰ μᾶλλον ἥδη σὺν, ἡ μᾶλλον τὸ τιμιώτατον, ἀκουέτω δὲ ἡ ὁ ἀνὴρ τῆς προκοπούσης αὐτῷ παραινέσεως, ἡ ἐχίδνα τὸν ἰὸν ἐξιεμένη ἀδυνατεῖ τὸν γάμον. σὺ τὸ τῆς ψυχῆς ἀπλοῦς ἡ ἀπαύθρωπον οὐκ ἀποτίθεσαι αἰδοῖ τῆς συνόσεως. ἢ τάχα τῆς ἐχίδνης ἀνεκδίηγμα ἡ ἑτέρως ἡμῖν χρησιμεύει, ὅτι μειλίκια τις ἔστι τῆς φύσεως ἡ τῆς ἐχίδνης ἡ μυραίνης ἄπληκτος; διεκωλύθησαν οὖν οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύοντες γάμοις, ποταπῷ ἀεὶ ἑρπετῷ παραπλήσιοι. De matrimonij cultu D. Paulus 1. Corinth. 7. & Lactant. 6. Diuin. institut. 23.

Cum furit in Venerem.] Dum coitum appetit.

Viperæ partus & fœtus qualis.

Vipera.] A vi pariendo dicta, vt Græcis Echidna, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὸν γονὸν ἄχρι θανάτου. Refert enim Herodotus in Thalia, quòd in concubitu mas in os fœminę caput inserit: at illa post rem peractam illud præcidit, mox paritura disrumpitur: nec nisi effractis lateribus erumpunt nati quos paritura est. Nã non oua, vt plerique serpentes, sed catulos fermè viginti parere dicitur. Ergo nõ nisi parentum cęde fœtus in lucem prodeunt. Ferũt autem ita cauisse naturam, ne tam noxij animalis species supra modum augesceret. Ait enim Solinus viperam insanabili esse morsu, eiusq; venenum, vt vult Albertus, apprimè calidum est, ideoque magis noxium. Lege Plin. lib. 10. c. 62.

Ayuntamiento de Madrid

Murænamq; ciẽs.] De Muræna Plinius lib.9.quo nomine La
petram intelligi pridem existimaram,secutus quorundam op
nionem:à qua me facilè reuocât Ioan. Frater vir exacti iudi
amicus meus:siquidem Lampetra, muræna fluuiatilis appe
tur, sed propter similitudinem quam habet cum Pliniana m
ræna,non quòd eadem specie dici debeat:nemo enim voqu
in dubium reuocauit quin mas esset in Lampetrarum gen
& cum fœminis non difficiliùs & rariùs capi. Is verò cap
nunquam visus est dentes habere extra os.Itaque id intelig
dum de murænis carniuoris,præsertim cùm Plinius cap.30.
eiusdem 9.tradat in murænis documentum sæuitiæ Vedii
lionem Romanum inuenisse,qui viuariis murænarum dam
ta mancipia immergeret, ac si ad id terrarum feræ non suffi
rent.Quod Lampetræ non potest accommodari. Cæterum
bulam hanc,seu historiam mauis, de murænæ & serpentis
cubitu,lepidè & copiosè retulit Oppianus 1.Halieuticôn,
lian. 1. de animalib.c.50.& 9. vlt. Verba hæc Pliniana è ja
Licinius Macer,murænas tantùm fœminei sexus esse tradu
concipere è serpentibus,ob id sibilo à piscatoribus tanqua
pentibus euocari & capi. Quam ipse sententiam refutara
lib.9.his verbis:Muræna quocunque tempore parit, cùm ce
ri pisces statо tempore pariant. In sicco littore elapsas va
coitu serpentium impleri putat, Aristoteles Myrinum mu
appellat qui generat: discrimen esse quòd Muræna varia
firma sit;Myrinus vnicolor & robustus, dentésque extra o
beat.

Maxima debetur thalamo reuerentia.] Imitatus est Iuuenal
è Satyr.14.

Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpè paras.———

Coniux Alternum debet,&c.] Idipsum est quod ait D.Pa
Vxori vir debitum reddat, & vxor viro. Mulier sui co
potestatem non habet, sed vir:itémque vir sui corporis p
statem non habet,sed vxor.

Ayuntamiento de Madrid

In fœcunditatem ſibiipſi damnoſam.

EMBLEMA CXCII.

LVDIBRIVM *pueris lapides iacientibus, hoc me*
Inuituio poſuit ruſtica cura nucem:
Quæ lacerisramis, perſtrictoq́, ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid ſterili poſſet contingere turpius? eheu,
Infelix, fructus in mea damna fero!

PRoſopopœia eſt nucis arboris, de pueris & viatoribus conquerentis, quòd vndique lapidibus obruatur, propter vbertem ſuarum nucum prouentum: vnde colligit noxæ & diſpendio ſibi fertilitatem eſſe. Quod certè transfertur in parentes, qui liberos habent vſque adeò perditos & profligatos, vt damnum atrociſſimũ & infamiam iis arceſſant, à quibus ſunt mo-

Ayuntamiento de Madrid

liter educati. Tales sunt quos vitæ improbitate, vel crimine ali-
quo insignes censura corripit, aut coërcet magistratus, non ti-
ne parentum dolore incredibili. Ea enim vox est sub persona
matris apud Ouidium:

Mollius educati liberi damnum parentibus arcessunt.

Nunc vterus vitio est, quæ vult formosa videri,
Raraq; in hoc ævo est quæ velit esse parens,
Certè ego si nunquam peperissem, tutior essem:
Ista Clytemnestra digna querela fuit.

Locus è Nuce Ouidiana.

Itémque:

Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem,
Quæq; fuit multis, hæc mihi præda malo.

Alciati Emblema tractum apparet è Græco Antipatri, aut, vi
volunt, Stratonis, ex quo etiam pulcherrima Ouidij Elegia
Nuce videtur sumpta, sic enim habet Græcus:

Typus Emblematis.

Εἰνοδίλιθε καρύη με παρεγχρωσθέντος ἐφύτευσαν
Παῖδες Λιθολάτου παίγνιον ὀδοιπόρης.
Πάντες δ' ἀκρέμονάς τε καὶ οὐδαλέας ὀρεδάμνους,
Κλᾶσμασι, πυκναῖς χερμάσι βαλλομένη,
Δένδρεσιν οὐκάρποις οὐδὲν πλέον ἦλθε γενέσθαι
Δυσδαίμων ἐκ ἐμεῖο ὕβριν ἀκαρποφόρου.

Præter Alciati versionem, hæc mihi quondam non pœnitenda occurrebat:

Quid me quisque petit, cur in me destinat ictum?
Hei mihi, quòd fuerim tam propè iuncta viæ!
Sunt mihi rami omnes, sunt & viridantia fracta
Germina, tam crebris obruta missilibus.
Quid mihi profuerit, quòd sim fœcunda, parénsque?
Me miseram! fructus in mea damna tuli.

Quædam huc commodè transferri possunt è Collectan. Soc. Sermon. 74.

Rustica cura.] Rusticus laboriosus, vt Horat. 2. Carm. dixit.

Iuuenumq; prodis publica cura,

Ardua.] Altissima, ingens.

Perstricto libro.] Rupto & scisso cortice. Librũ vsurpat in p
maria significatione. Vide Cassiodorum lib. vndecimo, epist.
Variarum.

Fundis.] Instrumentis ad lapides eiaculandos.

Petor.] Dilapidor.

Ayuntamiento de Madrid

Amor filiorum.

EMBLEMA CXCIII.

ANTE diem vernam boreali cana palumbes
Frigore nidificat, præcoqua & ova fouet:
Mollius & pulli vt iaceant, sibi vellicat alas,
Queis nuda hiberno deficit ipsa gena.
Ecquid Colchi putet, vel te Progne improba? mortem
Cùm volucris propriæ prolis amore subit?

HOc susceptum est in quasdam ferreas & abhorentes ab omni humanitate matres quæ fœtus enecant, aut etiam incuria perire sinunt: quas certè tanti flagitij vel eò magis pudere deceret cùm quæ rationis expertia sunt, id numquam admittant: certumque sit ex iis aliqua, &, vt verius dixerim, præter admodum pauca, ferè omnia, tanta cura paruulos educare

Matrum quarundam in fœtus impietas.

Ayuntamiento de Madrid

& tutari, vt se non foueant accuratiùs. Nemo est profectò qui neſciat tantam non esse belluarum feritatem, vt quorundam hominum, qui sua pignora relinquere non verentur, aut etiam perdere non exhorrent, quæ communis omnium parentis instinctus & pietas seruare iubet, iisdémque curare quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt. Quibus itaque verbis, aut quibus, quæso, diris deuouebimus eiusmodi flagitium, non dicam parentum, sed carnificum impiissimorum, qui naturæ ius etiam honesti repagulum præcipuum dissoluerunt, quibus animum cadere potuit tam infandum scelus, tantúmque flagitium, vt vitam innocentibus adimant, non dicam ignotis exteris, sed iis qui quasi sui corporis membra sint, imò tenerae expressissima, non muta aut adumbrata, vt sic dixerim, simulacra? Id fortè fit, vt famæ consulatur, & ne ob hanc labem ruborem pámque teterrimam apud eos, quibuscum viuunt, rubores contrahant. Sed tamen

Summum credo nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere causſas.

Etenim quæ hæc vita esse potest, quæ assiduò sibi malè conscia nocte diéque suum portet in pectore testem? Tantùm verò abest vt immanitas ea in belluis deprehendatur, quæ etiam pullos à matribus aut relictos, aut eiectos, vberibus interdum aluerint, & pro viribus immunes à damno fecerint, cuius rei testes habemus historias tum Græcorum, tum Romanorum. Palumbes autem exemplum proponit palumbis, quæ fœtus explumat. sæuiente frigore nidificans, & partum emittens, sibi plumas haud grauatim uellere, vt paruuli molliùs incubent: quo fit vt ipsa sæpè nuda gelu contabescat. Sulpicius Seuerus ait: lege diuina qui partum non deformatum mulieri excusserit, extremo supplicio puniendum. Quid igitur mulier, quæ audet partum elidere, quæ ipsius viscera (horrendum dictu factúque impium) euiscerat? Succurrit ad hanc rem grauissimum Tertulliani testimonium. Cùm nobis homicidium semel interdictum sit, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dilui uere non licet. Homicidij festinatio est, prohiberi nasci. Nec refert natam quis animam eripiat, an nascentium disturbet, homo est & qui est futurus: & fructus hominis iam in semine. Qua ratione mulier quædam Milesia quòd medicamento partum abegisset, damnata est capitis: quanquam enim ex eo qui nondum esset homo, expulisset, sustulerat tamen spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem

Sulpicij Seueri locus.

Tertulliani locus.

Ayuntamiento de Madrid

liæ, designatúmque ciuem Reipub. vt Cicero in Cluentiana. Ouidius alicubi detestatur facinus idem matrum, quæ in suos fœtus ita crudeles sunt, vt vel abortiuos, vel etiam recèns editos vita priuent. Sic enim ait:

Quæ prima instituit teneros auellere fœtus,
Militia fuerat digna perire sua.
Si mos antiquis placuisset matribus idem,
Gens hominum vitio deperitura fuit.
Quid plenam fraudas vitam crescentibus vuis,
Pomáque crudelis vellis acerba manu?
Sponte fluent matura sua: sine crescere nata:
Est pretium paruæ non lene vita moræ.
Vestra quid effoditis subiectis viscera talis,
Et nondum natis dira venena datis?
Colchida dispersam puerorum sanguine culpam,
Atque sua cæsum matre queruntur Itym.
Dicite quis Tereus, quis vos irritet Iason
Figere sollicita corpora vestra manu?
Hæc neque in Armenijs tigres fecêre latebris,
Perdere nec fœtus ausa leæna suos.

Præclarus Ouidij locus in matres consultò abortientes, aut fœtum enecantes.

Cæterùm ex Antipatri Græco translatum est Alciati hoc hexastichon:

Typus Emblematis.

Χειμερίαις ἐφάδιαι παλωσμένα τιθὰς ἔρυις,
Τέκνοις δυναίας ἀμφιχυθὲ πτέρυγας,
Μίσφα μιν οὐράνιον κρύσταλλον. ἢ γὰρ ἔμεινον
Αἰθὴρ οὐρανίων ἀντιπαλος νιφάων.
Πρίκνη καὶ μάδεια κατ' ἄϊδος αἰδέσθητε
Μητέρες, ὀρνίθων ἔργα διδασκόμεναι.

Cæterùm quanta sit, eáque naturalis in liberos στοργὴ paretum, doctè Xenophon disputat. 2. Commentar. in colloquio Socratis cum filio Lamprocleo, & Plutarch. περὶ φιλοστοργίας. Euripidis citatur illud.

Ἅπασιν ἀνθρώποισιν ἥδιστον τέκνα.
Cunctis hominibus liberi sunt, anima.

Philostratus sic: βόσκειν ἡ ψυχὴ τέκνα: animalibus liberi sunt, animæ instar. Is affectus à M. Tullio in epistolis ad Attic. nominatur ἡ στοργὴ φυσικὴ πρὸς τὰ τέκνα.

Ante diem vernam.] Palumbes post solstitium parere Plinius docet lib. 10. cap. 35.

Borcali frigore.] Sæuiente Aquilone, qui frigidissimus est.

Colchi.] Ἀποστροφὴ ad Medeam, quæ liberos, quos ex Ia-

Ayuntamiento de Madrid

sone susceperat, interfecit, vt priùs annotauimus.

Progne. Hęc Itym filium ex Tereo trucidauit, & patri con dendum apposuit. De vtraque Iuuenal. Sat. 6.

Credamus Tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur & Progne. ———

Pietas filiorum in parentes.

EMBLEMA CXCIIII.

PER medios hostеis patriæ cùm ferret ab igne
AEneas humeris dulce parentis onus:
Parcite, dicebat: vobis sene adorea rapto
Nulla erit, erepto sed patre summa mihi.

Ayuntamiento de Madrid

HOc etiam extuli è Græco auctoris innominati, quòd tale est: Typus Emblematis.

Ἐ'κ πυρὸς ἰλιακῆς, δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Ἀ'νέας, σῖον παῖδι βάρ & πατέρα.
Ἐ'κλαγε δ' ἀργείοις, μὴ ψαύετε, μισθὸν ἐς ἄρμα
Κάρδ & ὑπαλθ & τῷ δὲ φέροντι, μέγα.

Sic conatus sum aliquàndo reddere:

Sustulit Aeneas Graium per tela, per ignes
Inualidi sanctum quando parentis onus,
Parcite ei, dixit: nihil hoc è Marte lucelli,
At mihi, sublato gloria summa patre.

Epigrammata Sannazarij.

Cum quo Epigrammate non inuitus conferre velim lepidum Actij Sinceri, Itali Poëtæ reuera politi & elegãtis carmen, quod in gemmam scripsit è Sinuessæ ruinis erutam: qua in gemma sculptus Aeneas Anchisen partem & Ascanium humeris sustollens conspiciebatur. Id est eiusmodi:

Hæc mihi quæ roseos iussit sordere hyacinthos,
Et nitet articulis vnica gemma meis:
Cuius in exiguo ductor stat Troicus vrbe,
Anchisesque senex, Ascaniusque puer.
Quis credat? veteres inter neglecta ruinas,
Et vili latuit semisepulta solo.
Tu tamen obrueras, nec te Sinuessa pudebat
Hoc decus, heu, terris occuluisse tuis!
Scilicet Aeneam, natumque patremque gerentem,
Ignibus ereptos obruereque Deos?
Parcere debueras, cui iam pia flamma pepercit,
Nec te tam turpi dedecorare nota.
Et dubitem Belgasque feros, rigidosque Britannos
Hac comite ignotos & penetrare sinus?
Hæc est Iliacos pietas spectanda per ignes,
Cum verita est profugos lædere flamma Deos.

Aeneæ pietas.

Aeneas potissimùm commendatur ob summam in patrem Anchisen pietatem, Ilio enim expugnato, & iamiam conflagrante, ille cũctis aliis facilè neglectis, Deos penates abduxit, & patrẽ humeris è media flamma sustulit: quod hostes Græci cùm vidissent, moti pietate tam insigni, ei quod sibi dari postulabat, concessere, & abeundi quò vellet, facultatem non intercluserẽ, fatentes illi quidem hostilitatis remitti iura, & mansuetudinẽ esse adhibendã, aduersus eos potissimùm qui ita verecundè se in Deos & parentes gerant. Refert Ælian. ϛ. ποικίλ. ἱστορ. Hoc certè monemur, quãta obseruantia quantoq; amore debeamus

afficere

afficere parentes, à quibus secundùm Deum vsuram vitæ communis accepimus. Sunt enim parentes viuæ quædam veræque imagines communis omnium parentis Dei, ἀγάλματα τοῦ κοινοῦ πατρὸς Διός; teste Proclo: dixitque Hierocles τοὺς γονεῖς εἶναι τοὺς δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς θεούς, Stobæus retulit ser. 77. neque vllus est, qui Deum rectè colere & obseruare possit, qui in parentes fuerit impius. Platonis non malè quadrans oraculum hoc loco, sic enim 11. Leg. Cuius pater matérve, aut horum parentes senio confecti, quasi thesaurus aliquis, domi iacent, is putet numquam aliud sibi tale simulacrum magis efficax domi affuturū, si rectè, vt decet, ab eo colatur.

Locus Platonis, de pierate filiorum in parentes.

Id est, πατὴρ ἂν ὁ τῷ καὶ μήτηρ, ἢ τούτων πατέρες ἢ μητέρες ἐὰν κάμνωσι κἀμήλικες ἀπειρηκότες γήρᾳ, μηδεὶς διανοηθήτω ποτὲ ἄγαλμα αὐτῶν τοιοῦτον ἱκανὸν οἰκήμασι ἐν οἰκίᾳ ἔχων μᾶλλον κύριον εἶναι, ἐὰν δὴ κατὰ τρόπον γε ὀρθῶς αὐτὸ θεραπεύει ὁ κεκτημένος. Sed hæc etiam Senecæ addamus 3. De beneficiis, quòd ad rem argumentum faciant. Hoc agite, optimi iuuenes, proposita est vobis parentes ac liberos honesta contentio. Sumite modò animum qualem decet, & deficere nolite, vt vincatis optatis. Non desunt tam pulchro certamini duces, qui ad similia vos cohortentur, ac per vestigia sua ire ad victoriam sæpè iam patefactam parentibus iubeant. Vicit Æneas patrem ipse, cuius infantiæ grauem senio, per media hostiū agmina, & per cadentis circa se vrbis ruinas ferens, cùm complexa sacra ac penates Deos religiosus senex non simplici vadentem sarcina premeret; tulit illum per ignes: & quid non pietas potest? Lege Val. Max. 5. cap. 4.

Pulcher Senecæ locus.

Per medios hostes.] per medias Græcorum militum copias.

Patriæ.] Ilij.

Ab igne.] Incendio, prouerbium sapit, quo vsus Aristides Appelle genethliaco: ἐκ μέσου φασὶν πυρὸς τὸν ἀνδρα σῶσαι, incendio, quod dicitur, incendio seruare virum, pro eo quod est, maximo periculo liberare.

Dulce parentis onus.] Sic ferè Ouid. 2. Fast.

Deque viri collo dulce pependit onus.

De Lucretia loquitur Catullus ad Manlium:

Ingratum tremuli tolle parentis onus.

Adorea, quid.

Adorea.] Gloria, victoria bellica. Horat. 4. Carm. Ode 4.

Qui primus alma risit adorea.

Plinius cap. 3. lib. 18. Gloriam ipsam à farris honore adoreā appellauit.

Ayuntamiento de Madrid

appellabant, quia glorioſum eum putabant veteres, qui farris copia abundaret, vt tradit Feſt. Pompeius. Ammian. Marcell. 20 Laborum factorumque vehens adoreas celſas. Sidonius Apollinar. Epiſt. 7. Poſſet triumphalibus adoreis familiæ tuæ defatigari. Apuleius Aſini aurei 3. Iam & ipſe poſſum mihi primam iſtam virtutis adoream numerare. & 7. Vt, quod aiunt, domi foriſque fortibus factis adorea plenè gloriarer. Mamertinus Panegyrico: Cùm honorem meum adoreis militaribus cumularet. Claudian. de laudib. Stiliconis in fine:

Hæc omnes veterum reuocauit adorea laurus.

Rapto, erepto.]Obſerua diſcrimen ſignificationis inter ſimplex & compoſitum, vt illud eſt in ſuperioribus:

Viris rapimur, piſcibus eripimur.

Mulie

Ayuntamiento de Madrid

Mulieris famam, non formam, vulgatam esse oportere.

EMBLEMA CXCV.

Alma Venus, quænam hæc facies? quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumque referri
Fœmineum nostra iussit ab effigie:
Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Suppositi pedibus talia signa meis.

Fons emblematis.

PLutarchi hæc sunt ex eo quem De mulierum virtutibus bello scripsit: περὶ ἀρετῆς γυναικῶν, ὃ τίνι ἀντίκα τὸ κωδίδι γυάμιλλο ἐχομένη ὁ μὲν γὰρ, ὡς ἂν ἐλάχιστ᾽ ὃ πορ

ἐκεῖς ἥττω πίεμ ἢ ἐπαίνε λέγ☞, ἀρίστω ἀποφαίνεται. καθάπερ τὸ σῶμα ἡμῶ τέκνωμα τ ἀγαθῆς γυναικὸς οἰόμεθ☞ δεῖν κατάκλειστον εἶναι καὶ ἀνενδοξον. ἡμῖν δὲ κομψότερος μὲν ὁ Γοργίας φαίνεται, κλέος μὴ τὸ αὐτ☞, ἀλλὰ τίνω δέξαν εἶναι πολλοῖς γνώσιμον τῆς γυναικός. Longè aliter ego de mulierum virtute sentio quàm Thucydides. Is enim eam in primis laudandam esse mulierem vult, de qua vel minimus aut in bonam aut in malam partem rumor. Etenim censet optimè vt corpus, ita & famam sapientis fœminæ domi esse inclusam, neque in publicum exire debere. At mihi hac in parte concinnior videtur Gorgias, qui mulieris non formam, sed famam vult multis esse notam. Hæc Plutarch. Aristotel in Oeconomicis, nec vestium elegantiam nitoremque, nec auri pretium aut magnitudinem tantum habere momenti ad mulieris commendationem ait, quantum modestia valeat & probati mores. Hinc illud Propertij matronas veteres laudantis: Locus Aristotelis.

Non illis studium vulgò conquirere amantes:
Illis ampla satis forma, pudicitia.

Aegyptiis mulieribus calceis vti non fuit patrij moris, quo domi se continere quodammodò cogerentur. Et Valerius Maximus testis est quosdam suas vxores repudiasse, quòd cum aliis fuissent collocutæ. Itaque Phidias Elensibus Venerem finxit, quæ pedibus testudinem premeret: idque innuebat matrem familias à domesticis parietibus nusquam oportere discedere, vtpotè cuius omne munus intra domesticos parietes contineatur: eamque tacitam, vel certè pauciloquam esse debere. Quod rectè in Heraclidis admonuit Euripides:

γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον, ἔσω δ' ἤσυχον μίμνειν δόμων.

Id quidem & in connubialibus præceptis Plutarchus docuit, & alij permulti qui de œconomia & officio matris familiàs scripserunt. Sed illud Propertij subinde occurrit:

Felix Admeti coniux, & lecta Vlyssis,
Et quæcumque viri fœmina limen amat.

Sic Maro 2. Georg. *Casta pudicitiam seruat domus.* Olim putabant non satis dignum matris familiàs nomine, si in publico versaretur: quamobrem Constantinus l. Nemo, Cod. de off. diuer. iud. vetuit ne materfamilias in publicũ protraheretur, nẽpe ob verecundiã sexus, l. 2. §. 1. Cod. de his qui ven. ætat. imp. Sed & mulieres virorũ cœtibus immiscerí nõ cõuenit, ait Bonifacius. in c. mulieres, De iudiciis, in 6. Succurrit exemplũ nobile & graue imprimis

primis Sulpitij Galli, qui vxorem dimisit, quòd eam aperto capite foris versatam cognouerat. Lex enim, inquit, tibi meos tantum prefinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certior crede notitiæ. Vlterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus, in suspicione & crimine subhæreat necesse est. Val. Max. lib. 6. cap. De seueritate. Quantum autem attinet ad mulieris silētium, Epicharmus aiebat sermonis parcitatem in muliere probitatis esse argumentū: Nicostratus, castitatis pignus. Democritus, ornamentum pulcherrimum. Illudque Sophoclis prouerbiale celebratur à doctis,

Silentium mulierem decere.

γυναικὶ κόσμος ἡ σιγὴ φέρει.

Contrà verò, vt est apud Euripidem, quæ apud viros tacere non possunt, sese dedecore aspergunt. Silentium vxoris, ego neque suspectum habeo, neque timeo (ait declam. 280. Quintilian.) decet hoc matronalem pudorem: & si ducta fuerit ad magistratum, hoc illam maximè facturam arbitror, vt taceat. Hoc etiam agalma Phidię eodem penè modo Emblemate lepido expressit Hadrian. Iunius, rarissimum Galliæ Belgicæ decus:

Testudo premitur pede, clauem dextra retentat,
Vacat obstruendo dentium septo altera.
Nec vaga discurset coniux, neu futilis esto,
Ipsamque cura opum tuendarum addecet.

Idem annotauit Pierius 28. lib. Hieroglyph. Multa sunt apud Plutarch. libello De præceptis quibus coniuges instituuntur. Columellæ locus.

Interea tamen non transiliam id Columellæ è procemio 12. De re rustica: Cùm & operam & diligentiam ea quæ proposuimus desiderarent, nec exigua cura foris acquirerētur, quę domi custodiri oporteret, iure à natura cōparata est mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem fortiorem & extraneam. Itaque viro calores & frigora perpetienda: rura, itinera & labores, pacis ac belli, id est rusticationis & militiæ stipendiorum, distribuit. Mulieri deinceps, quòd omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ & diligentiæ affigmauerat, idcircò timidiorem reddidit quàm virilem. Nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi.

Testudo.

Testudo.] At tegendo, vel quòd testa tecta sit, ait Varro. Hanc φερίοικον, id est, domiportam appellat Hesiodus 2. ἔργων. Cicero 10. 2. De diuinatione, ex Pacuuio citat hoc ænigmaticum:

Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,

Quam

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite breui, cervice anguina, aspectu truci,
Euiscerata, inanima, cum animali sono.

Aenigma de testudine.

Et alius quispiam alludens ad nostrum Emblema:

Tardigrada, herbigrada, domiporta, & sanguine cassa,
Sub pedibus Veneris Cous quam pixit Apelles.

Phidias.] A Plinio nominatur artifex nũquam satis laudatus, excellens statuarius: cuius opera præstantissima repete ex Plin. cap. 8. lib. 34. & cap. 5. lib. 36. Phidias.

Sexumq; referri fœmineum.] Venus pro vxore, amica, & matre familias alicubi reperitur. Virgil. 3. Eclog.

Parta meæ Veneri sunt munera.

Venus, vocabulum polysemũ.

Macrob. etiam Satur. 1. pro generandi facultate accipit, vt apud Pompeium Festum, Cypris vel Cypria Venus, quia parientibus præsideat, quòd Græcè κύειν parere sit.

Ayuntamiento de Madrid

In Pudoris ſtatuam.

EMBLEMA CXCVI.

PENELOPE *deſponſa ſequi cupiebat Vlyſſem,*
Ni ſecus Icarius mallet habere pater.
Ille Ithacam, hic offert Sparten. manet anxia virgo,
Hinc pater, inde viri mutuus urget amor,
Ergo ſedens velat vultus, obnubit ocellos:
Iſta verecundi ſigna pudoris erant.
Queis ſibi prælatum Icarius cognouit Vlyſſem,
Hocq́, pudori aram ſchemate conſtituit.

Fons Emblematis.

ID ſumptum eſt ex Pauſaniæ 3. qui Laconica inſcribitur, agit de Pudoris ſimulacro, quod Icarij patris Penelopes num fuiſſe ferunt: Græciq́; hiſtoriam de hac re huiuſmodi ſcripſ

scripsere. Cùm Icarius ab Vlysse frustrà contẽdisset, vt Lacedæmone habitare mallet, id demùm filiæ persuadere conatus est. cúmq; acriùs instaret, ne se desereret, Vlysses iussit vt ea sponte sequeretur quem vellet, aut cum patre, si grauaretur, Lacedæmona rediret. Penelope obtecta facie, nihil quicquam respõdebat. Quare pater, intellecta filiæ sententia, eam dimisit, & in facti monumentum eo loco Pudoris simulacrum erexit, quod in Laconia spectabatur. Cuius meminit Gyraldus Syntagm. 1. historiæ Deorum. Id quidem arguit, mulierem debere magnam parentibus gratiam & pietatem, sed maritum præ cæteris sequi & obseruare: quod & sacræ literæ præcipiunt; siquidem homo relinquat patrẽ & matrem, & vxori adhæreat est necesse, sintq; duo in carne vna. Videtúrque huc referendum quadam ex parte, quod Ouidiana Penelope ad Vlyssem scribere fingitur his verbis:

Mulier parentibus virũ præferre debet.

Me pater Icarius viduo discedere lectò
Cogit, & immensas increpat vsque moras.
Increpet vsque licet, tua sim, tua dicar oportet:
Penelope coniux semper Vlyssis ero.
Ille tamen pietate mea, precibúsque pudicis
Frangitur, & vires temperat ipse suas.

Cui fortè dissimile non est quod scripsit Eustathius interpres Homeri: χήν γυναῖκα λόγεται ὁ ἀνὴρ, ἴσχεται δὲ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Sed huc maximè pertinent illa Quintil. declam. 259. Virgo ad patrem, nupta ad maritum pertinet. Eiusdem statuæ mentio est apud Lucianum in Imaginibus.

Ithacam.] Vlyssis patriam, insulam in mari Ionio, vnde ipse Ithacus & Ithacensis cognominatur à Poëtis. Ithaca.

Spartien.] Id est, Lacedæmonem, ex qua fuit Icarius pater Penelopes.

Virgo.] Penelope, quod vocabulum non ita strictè accipitur, vt somniant plerique. Lege Vallam lib. 6. & apud Iurisconsultos, virgo pro fœmina viri potẽte accipitur, vt l. Mulieris D. de verb. sign. Virgo pro muliere quauis.

Obnubit ocellos.] Hoc simpliciter referri posse videtur ad verecundiam pudicę mulieris, quæ recta viros non aspiciat, sed cùm loqui necesse habet, demittat: qualis apud poëtam Dido κατὰ τὸ πρέπον, lib. 1.

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Et in 3. de Andromache.

Deiecit vultum, & demissa voce locuta est.

Ayuntamiento de Madrid

Vnde dictum olim, pudorem in oculis esse, ait Arist. 1. De [illegible] dicendi. Sed coniicio nostrum hunc non temerè verbo obu[illegible] bit, vsum fuisse, vt alluderet ad veterem nuptiarum ritum. [illegible] enim nuptiæ sunt à nuptu, hoc est opertione; nubere est [illegible] tegere; mulier enim nupta, id est obuoluta, & tecta vela[illegible] ducebatur in viri domum. Sic Neptunus, ait Varro, dictus [illegible] quòd terras & mare obnubat, vt cœlum nubes. Id probant [illegible] Festum Pomp. Cælius & Ciutius, quòd nubẽtis caput flamm[illegible] obuolueretur.

Hoc schemate.] Hac figura, hoc cultu vel habitu, hac imagi[illegible] σχῆμα, παρὰ τὸ ἔχειν, τὸ σχημα. Schema, habitum, colorem, figur[illegible] Rhetoricam, & alia permulta significat.

Nupta contagioso.

EMBLEMA CXCVII.

DII *meliora pijs, Mezenti, cur age sic me*
Compellas? emptùs quod tibi dote gener,

Ayuntamiento de Madrid

Gallica quem scabies, dira & mentagra perurit:
Hoc est quidnam aliud, dic mihi saue pater,
Corpora corporibus quàm iungere mortua viuis,
Efferáque Etrusci facta nouare ducis?

CONqueritur hîc puella ingenua de patre perquàm difficili & inhumano, qui eam locauerat viro cuidam turpiter inquinato ac miserè fœtenti, mentagra, morbo Gallico & alia similis lue consumpto. Quod facinus illi simillimum esse dicit, quod fuit olim sollemne ac familiare μισανθρώπῳ Mezentio Tyrrhenorum Regi, Deorum & hominum contemptori: qui crudelitate omni & inaudita ferocitate solebat viua corpora mortuis colligare, vt fœtore & intolerabili tabe sensim animâ infeliciter exhalarent. Perinde sese habent crudeles illi patres, qui suas filias egregia forma, integras, & bona valetudine, matrimonio (à quo dissolui postea nefas) copulare non horrent hominibus lepra & podagrâ confectis, & sæpiùs Neapolitana scabie corruptis, iis quidem viuis cadaueribus, qui mortuis eo quique peiores, quòd eorum fœtor & cruciatus ad vitæ vsque, & interdum etiam diuturnæ finem maneat: illorum verò celeriùs animum debilitando enecet. Eiusmodi coniugium tam impar vt eruditè, ita & festiuè depinxit Erasmus in Dialogo, cui titulus est ἄγαμος γάμος: ex quo placet huc transferre quæ ad rem faciant. Sic autem primùm nobilem puellam describit. GA. Quid ego tibi depingam puellam non incognitam, quamquam plurimum gratiæ addidit ornatus natiuo decori? Mi Petroni, dixisses Deam quampiam esse: nihil illam non decebat. Interim nobis prodit beatus ille sponsus, truncho naso, alteram trahens tibiam, sed minus feliciter quàm Suiseri solent, manibus scabris, habitu graui, oculis languidis, capite obuincto: sanies & è naribus & ex auribus fluebat. Alij digitos habent anulatos, ille etiam in femore gestat anulos. PE. Quid parentibus accidit vt talem filiam tali portento committerent? GA. Nescio, nisi quòd hodie plerisque videtur adempta mens. PE. Fortasse prædiues est. GA. Est affatim, sed ære alieno. PE. Si puella veneno sustulisset ambos auos & auias, quod grauius supplicium de illa sumi poterat? Si minxisset in patrios cineres, satis pœnarum datura fuerat tali monstro vel osculum dare coacta. Mihi sanè factum hoc crudelius esse videtur, quàm si illam nudam obiecissent Vrsis, aut Leonibus, aut Crocodilis.

Puellæ querela de patre inhumano.

Erasmi locus è dialogo, cuius titulus, Cõiugium impar.

Ayuntamiento de Madrid

Nam aut feræ pepercissent tam insigni formæ, aut subita mors finisset cruciatum: mihi planè videtur hoc factum Mezentio dignum, qui *mortua*, vt inquit Maro,

8. Æneid. ——*iungebat corpora viuis,*
Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Quamquam nec Mezentius, ni fallor, tam immanis erat, vt amabilem puellam cadaueri iungeret. Nec vllum cadauer cui non iungi malis quàm tam putido cadaueri. Siquidem ipsum quod spirat, merum venenum est: quod loquitur, est stis: quod contingit, mors est, hæc ille. Huc refer etiam Prom bium, Malè coniugati.

Dij meliora pijs.] Optandi formula per apostopesin, sumpt id ex 3. Georg. Virgil.

Dij meliora pijs, erroremque hostibus illum,

Græci sic efferunt, ἐξω κακὸν, Malum foras: &, διὰ μὲ ἀγαθὸν

Dij melio ra. Lucianum. Cicero Antoniana 8. Dij meliora: id enim ipsa agimus, ne quis posthac eiusmodi quicquam possit pollic Ouid. Epist. Helenes:

Dij melius: similis non fuit ille tui.

Idem 15. Metamorph.

——*procul, ô procul omnia, dixit,*
Talia Dij pellant.

Et Epistola Laodameiæ Protesilao:

Dij, precor, à nobis omen remouete sinistrum.

Amorum 2. Eleg. 10. idem:

Hostibus eueniat vita seuera meis:
Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.

Et 3. eiusd. operis:

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Tibullus 3.

Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera.

Liuius lib. 9. Oratione Postumij (qui Consul sub iugum mi ad Caudinas furcas, dissuadebat fœdus à (e ictum cum Sam tibus) Quid tandem? si spopondissimus vrbem hanc relictur populum Roman. si incēsurum, si sub regibus futurum? Dij me liora. Quæ loquendi formula plena est affectus & energia, facilè apparet ex iis, quos modò citaui, locis.

Emptus quod tibi dote gener.] Emptus gener, vt apud Virgil Georg.

Teque sibi generum Thetys emat omnibus vndis:

In quo alluſum ad matrimonij ſpeciem, quæ veteribus co

Ayuntamiento de Madrid

prio dicebatur: de qua Cicero in Topic. & Seruius. Quintilian. declam. 257. Securus sis pater: petiti sumus: empti sumus.

Morbus Neapolitanus, & lues Hispanica.

Gallica quem scabies.] Morbus hic Neapoli allatus, nondum suum nomen vnicum est sortitus: nominatur interdum Indicus, quandoque Gallicus, quandoque Neapolitana aut Hispanica scabies: ea est superbissima, quæ nec lepræ, nec elephantiasi, nec lichenibus, nec podagræ, nec mentagræ cedat, si res veniat in certamen. Hanc luem ex Indis profectam tradunt auctores, cum qua in illa Hispaniensi India infantes nascuntur. Alij aliò referunt: sed certò constat in istas regiones inuectam non multo abhinc tempore; nimirum ignota fuit ante gloriosam, sed parum felicem expeditionem Neapolitanam sub Carolo 8. Gallorum Rege.

Mentagra.

Mentagra.] Morbus est à mento sic dictus. Nam à mento per faciem collum, pectus & manus, fœdo & insolito quodam furfure dilatatur. Plinius cap. 1. lib. 26. Grauissimum, inquit, ex his lichenas appellauere Græco nomine, Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primum lasciuia, vt est procax natura multorum in alienis miseriis, mox & vsurpato vocabulo, mentagram occupantem in multis totos vbique vultus, oculis tantum immunibus, descendentem verò in colla pectusque ac manus fœdo cutis furfure.

Etrusci Ducis.] Mezentij Regis Etruriæ, quæ regio est Italiæ iuxta Tyrrheno adiacens.

Ayuntamiento de Madrid

ARBORES.

Cupressus.

EMBLEMA CXCVIII.

INDICAT *effigies metæ, nomenque cupressi*
Tractandos paribi conditione suos.

Aliud.

FVNESTA *est arbor, procerum monumenta Cupressus*
Quale apium plebis, comere fronde solet.

Aliud.

PVLCRA *coma est, pulchro digestæque ordine fronde*
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Ayuntamiento de Madrid

Indicat.] Multi Cypariſſum vocatam aiunt διὰ τὸ κύειν καὶ φέρειν παρισους κλαδους τε καὶ καρπούς, à fructuum æqualitate, paritérque ramorum quos producit. Si quidem Cupreſſus ab radice ad ſummitatem recto ſtipite cõſurgit, ſuáque brachia omnia pari æqualitate in coni figuram ad faſtigium protẽdit. Hoc quidem admoneri poteſt Magiſtratus & Princeps, vt in Rep. & prouinciis ſibi ſubiectis æqualitatem ſeruẽt atque tueantur. Meminerit etiam optimus quiſque paterfamiliàs ſuorũ liberorum æquam habere procurationem, cùm ſint omnes æquè legitimi. quod tamen in pleriſque noſtræ Galliæ prouinciis iure patrio non obſeruari palàm eſt. Caſſius Dionyſ. lib. 11. c. 5. Cupreſſi duplex nomen habet: & Charites, hoc eſt Gratiæ appellantur ad delectationem: Cupreſſi verò, ſiue (vt Græci rectiùs appellant) Cypariſſi, quòd ferè pariles geſtent & producant tũ ramos, tum fructus. Ambroſius Serm. 4. in Pſal. 118. de Cupreſſo verba faciens: (quid enim me pudeat auctorem tam pium & doctum huc aduocare?) Genus hoc arboris, ait, numquam amittit viriditatem ſuam hyeme. Iuxta ver & æſtatem comã paſcit, nec diuerſo colore mutatur. Solam hanc arborem ventus ſuo numquam honore deſpoliat: ſola numquam vetere exuitur amictu, aut nouo flore veſcitur. Sic Apoſtolica quoque gratia neſcit defectum, ſed vetuſtate ſui floret. Cæterùm quòd hic ſcribit Alciatus de æqualitate, quæ patribus in liberos obſeruanda ſit, illuſtrari non minimum poſſunt his Ambroſij eiuſdem verbis in Hexaëm. lib. 5. c. 18. Quis docuit niſi homo, filios abdicare? quis reperit tam immitia patrum iura? quis inter naturæ fraternæ conſortia fratres impares fecit? Vnius diuitiis filij diuerſa ſorte ceduntur. Alius totius paternæ ſortis adeptione inundatur, alius opulẽtæ hæreditatis patriæ deplorat exhauſtã atq; inopem portionem. Nunquid natura diuiſit merita filiorum? Expari omnibus tribuit, quod ad naſcendi atque viuendi poſſint habere ſubſtantiam. Iſta vos docent non diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis cõmuniter eſſe quod nati ſunt, non debetur his, vt id communiter habeant, quod à natura ſubſtituti ſunt inuidere, &c.

Cupreſſus vnde nominatus, & eius natura.

Locus D. Ambroſij.

Metæ.] Meta ſtrues in acutum tendens, Græcis κῶν@. Virg. Metæ.

Hic viridem Æneas frondent ex ilice metam
Conſtituit.

Idem alibi, Aërias quercus, & coniferas cypariſſos appellat. Citat & iſtuc ex Ennio, Nonius:

Capitibus mutantes pinos, cectoſque Cupreſſos.

Ayuntamiento de Madrid

Cupressum autem à Cyparisso puero nomen habuisse, eo-
dem Telephi filio, ab Apolline adamato, & in arborem sui no-
minis commutato, fabulatur Ouidius in 10.

Cupressus adhibita funeribus.

Funesta est.] Cupressus Diti sacra, ideóque pro signo funebri ad domos posita. Plin. lib. 16. cap. 33. Hæc enim procerum mo-
gnatúmque, sicuti Apium plebeiorum, sepulcris imponebatur quòd putredinem auertere crederetur: quorum vtrumque si-
mili propemodum folio, colore, odore, facultate naturaque est. Sunt autem qui ramos cupressinos ante defunctorum ædes poni solitos velint, ne quis per imprudentiam ingressurus pol-
lueretur. In funeribus autem adhibebatur quòd semel exci-
sa nunquam renascatur: vel vt humanum corpus ab anima ita animo iam relictum diutiùs seruaretur, atque incorruptum ma-
maneret. Varro putat hunc morem inductum, ne cadauerum odor nares offenderet, interea dum vrerentur. Vide Cupressum Pierij, id est lib. 52.

Funesta.] Funeribus destinata, vel pro mortis signo adhibita. Ideò enim Horatius Cupressos appellat funebres O de 5. Epod. vt Virgil. in 6. ferales. sic enim ait:

——— cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos.

Idem 3. Æneid.

——— stant manibus aræ
Cæruleis mæstæ vittis, atráque cupressô;
Et non plebeios luctus testata cupressus.

Ouid. 3. Tristium, Elegia 13.

Funeris ara mihi feralis cincta cupressu Conuenit.

Claudian. 2. de Raptu Proserp.

Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupressus.

Comere.] Ornare. hinc comptum dicimus ornatum.

Comere fronde.] Hoc μεταφορικῶς. Propriè Plautus: Dum pa-
liuntur, dum comuntur, annus est. Claudian. in laude Serenæ

Non illo nitidos vnquam bellante capillos
Comere.

Leosthenis in Atheniences dictum.

Pulera coma, &c.] Huc refer dictum Phocionis in Leosthe-
nem Oratorem multis & magnificis promissis Athenienses ad bellum concitantem: eius enim orationem cupressis esse simi-
lem aiebat, quæ cùm pulchrę sint & proceræ, nullum tamen fru-
ctum referant. Dicitur autem in eos, qui cùm membris sint ela-
gantibus & apprimè comptis, nullius tamen frugis sunt, nec
suis alicui commodo esse possunt. Refer huc Adag. Cypri
fructus.

Ayuntamiento de Madrid

Quercus.

EMBLEMA CXCIX.

Grata Ioui est quercus, qui nos seruatque fouetque:
Seruanti ciuem querna corona datur.

Aliud.

GLANDE *aluit veteres, sola nunc proficit vmbra:*
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.

Grata Ioui, &c.] Quercus Ioui sacra, qui Deus habebatur Opt. Max. in ea enim reddebat oracula in Dodona sylua. Virgilius 2. Georgic. Quercus Ioui sacra.

memo

Ayuntamiento de Madrid

——*memorúmque Ioui quæ maxima frondet*
Esculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.

Claudian. de raptu.

Quercus amica Ioui.——

Huius autem glandibus prisci vescebantur ante frumẽti vsum: fiebat etiam è fronde querna ciuica corona quam ciuis ciui, à quo seruatus esset in prœlio, tanquam vitæ testem, salutisque perceptæ monimentum dabat. Fiebat etiam ex illice: quod genus superiori non admodum dissimile est. Gellius cap. 6. libr. & plin. cap. 4. 16.

Seruanti ciuem.] Lucian. in primo.

Seruati ciuis referentem præmia quercum.

Glande aluit veteres.] Veteribus quernæ glandes victum præbuere: nunc verò arbor ipsa sola vmbra prodest. quod conuenit potest ad veterem illam legem populo Iudaico à Mose propositam, qua æterni patris filius & seruator noster CHRISTVS expectabatur: cuius quidem spei fidem certissimam cùm nobis Christianis dederit, possumus atque prisci illi subinde reperire, ἄλις δρυὸς, reperta tandem, vel potius cuique nostrùm gratis concessa fruge omnium optima diuinissimáque, quam ab Euangelio decerpimus. In eam sententiam lusi aliquando Epigrammat.

Glandes, veterùm cibi.

Glande patres aluit quercus, fagúsque vetustos:
Sed modò non cibus est, proficit vmbra tamen.
Glandibus antiquis tantùm fuit vsa vetustas
Fructibus inuentis vtimur. at quid id est?
Tradidit in sacro quæcumque volumine Moses,
Glans erat, & veterum pabula prisca patrum.
At largitor opum fruges inuenit IESVS,
Et missa palea plurima grana dedit.
Vmbra licet nobis lex sit vetus atque Propheta:
Sed noua lex CHRISTI *verior esto cibus.*

Salin.

Ayuntamiento de Madrid

Salix.

EMBLEMA CC.

Quod frugiſperdam ſalicem vocitarit Homerus, Clitoriis homines moribus adſimilat.

HOmerus Odyſſ. κ. ſalicem ὠλεσίκαρπον, vt etiam Theophraſtus 3. De plantis, cap. 2. & 2. cap. 13. De cauſſis, ὠλεσικαρπογόν appellat, quòd ſemen ocyſſimè amittat, antequam omninò maturitatem ſentiat, vt enarrat Plin. 16. cap. 29. ideoque hydroporarum poteſt eſſe ſymbolum, quò referes illud: Aquam habens nihil boni parias. Sic autem Homerus, μακρὰς ἀίσσουσι νηὸς ἰτέας ὠλεσικάρποις. Retulit idem ex Homero Stobæus Serm. 100. ex Porphyrio, qui cum Plinio ſentit, ſalicis fructum cum vino propinatum, ſterilitatem inferre, genitale ſemen extinguere, ac libidinis impetum marcore afficere. Salix ſemē amittit. Horus Hieroglyph. 52. idem omninò, & alia quædam de ſalice notauit: vt Ælianus de hiſt. animal. 4. cap. 22.

Clitio

Clitorijs moribus.] Qui vino non vtuntur. Plin. enim 31. 2. Clitorium lacum Arcadiæ aquam tali virtute imbutam habere dicit, vt qui ex ea biberint, vinum aspernentur. Ouid. in Metamorph.

Clitorio quicunque sitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetque meri abstemius vndis.

Clitorius lacus abstemios reddit.

Itaque homines clitoriis moribus appellamus abstemios. Mineram quidem, κλειτοριάζειν, obscenum verbum, idem ac τὰ τῶν γυναικῶν αἰδοῖα ψηλαφίζεσθαι ἢ τούτων καθάπτεσθαι muliebria contrectare. nam κλιτορὶς, vt traditur ab Hesychio est τοῦ γυναικείου αἰδοίου ἡ ἐπιδερμίς (mendose ἐπιθυμία, vt legitur in vulgatis Hesychij exemplaribus) ἡ δὲ νύμφη, καὶ τὸ κλιτορὶς, caruncula quædam musculosa in media pudenda mulierum. Itaque qui immoderatius muliebria contrectant, dicuntur κλειτοριάζειν, nempe non tam ἀλιτεκταινεσθαι salaces, quàm τὸ ἀπερμα διαφθείροντες, qui Venere licentius vtuntur, prouideque ad generandum inepti fiunt. Quem germanum puto huius distichi sensum: nō vt accipit iactabundus nescio quis & impudens plagiarius, qui bonam partem huius meæ commentationis sibi ante annos aliquot audaciter impunè vindicaret. Is, vt sibi videretur ingeniosior, κλειτορίζειν verbum ad venerem masculam retulit, Erasmi auctoritate ductus: sed in eo tamen dubius est Erasmus, neque id pertinaciter asserit, vt qui dumtaxat suum coniectaneum afferat.

Ayuntamiento de Madrid

Abies.

EMBLEMA CC.

Apta fretis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima commoditas.

PLinius c.10.lib.16, In montibus editissimis nascitur abies, ceu maria fugerit, quod hic transfertur in eos, qui vt amplioremmercedem consequãtur, pericula subire non refugiũt. *Abies in montibus.* Sic Maro 7.Ecloga: Abies.

Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuiis, abies in montibus altis.

Idem 2.Æneid.

——*etiam ardua palma*
Nascitur, & casus abies visura marinos.

Et Claudianus:

Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

In aduersis. Locis contrariis: dum enim abiete fit nauis in aquis fluctuans, videtur locum habere sibi contrarium. Sic Plinius, Abies nauigiis experta, situs in excelso montium, ceu maria

maria fugerit, nec forma alia: materies verò præcipua trab[es] & plurimis vitæ operibus. Non piget Ambrosij ea de re [sententiam] è 3. Hexaëmeron cap. 11. adiicere: Abies, inquit, [contenta] terrenis radicibus atque aërio vertice, etiã calum [ritimos] tuto subitura remigio: nec solùm ventis, sed etiam [ctibus] certatura processit.

Picea.

EMBLEMA CCII.

At picea emittat nullos quòd stirpe stolones,
Illius est index, qui sine prole perit.

Picea. PIcea, quæ nullos emittit è sua stirpe stolones, hominem [imi]guit, qui sine liberis vitam agat. De hac arbore satis [dixit] Plin. lib. 16. cap. 10.

Stolo. *Stolones.*] Stolo, virgulta est ex arborum radicibus, aut [caudice] producta.

Ayuntamiento de Madrid

Cotonea.

EMBLEMA CCIII.

POMA *nouis tribui debere Cydonia nuptis,*
Dicitur antiquus constituisse Solon.
Grato ori & stomacho cum sint, vt & halitus illis
Sit suauis, blandus manet & ore lepos.

PLutarchus in γαμικοῖς παραγγέλμασιν ita scribit: ὁ Σόλων ἐκέλευε τὸν νύμφιον τῇ νύμφῃ συγκατακλίνεσθαι μῆλον κυδώνιον κατατραγοῦσαν, ἵνα τὴν ὁμιλίαν ὡς εὐοίκιον, ὅτι δεῖ τὸν ἀπὸ στόματος καὶ τῆς φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτιστον ἡγεῖσθαι: Solon iubebat ponsam cum sponso concubituram, priùs edere malum cotoneum: innuens ea re, primam quæ ore & voce initur, gratiam concinnam debere esse & suauem. Idem in Problematis ferè eadem. De Cotoneis Plin. 15. c. 11. & 17. de eorũ sapore & odore eiusdem lib. c. 28.

Cotonea cur nouis nuptis edebantur.

Ayuntamiento de Madrid

Hedera.

EMBLEMA CCIIII.

Haudquaquam arescens hederæ est arbuscula, Cisso
Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt:
Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius viridis, cætera pallor habet.
Hinc aptis vates cingunt sua tempora sertis:
Pallescunt studijs, laus diuturna viret.

Bacchо sacra hederа.

PIndarus in Olympiis, Bacchum κισσοφόρον, i. hedereum, hederaceum aut hederigeram appellat, quòd ei hedera sacrata sit. Tradunt autem nonnulli Cissum adolescentem Libethrijs patris histrionem saluatoremque fuisse: qui cum Deo per ludum Thyasos exerceret, in quendam terræ hiatum casu lapsus interiit. Tellus autem cùm gratificari Baccho vellet, florem protulit, auxit adolescenti cognomine. Legitur quidem primo Epigrammatôn;

Cissus, histrio Bacchi.

Κισσῳ μὲν διόνυσος ἀγάλλεται, αἰγίδι δὲ Ζεύς.
Bacchus amat hederas, & Iuppiter ægide gaudet.

Retulit autem in Atticis Pausanias κισσὸν διονύσιον Bacchum appellatum, quod in ea Atticæ regionis parte, i. Acharnis, primùm hedera visa sit: quo loco statuæ etiam sunt hedereæ. Sed & Homerus in hymnis κισσοκόμου διονύσου, i. hedericomam vocat. Probus Grammaticus ait, in Cytherone sacra Liberi patris arcana tertio quoque anno celebrari solita. Liber autem cum Musis & Apolline esse perhibebatur, idcircoque ex hederæ eius fronde Poëtas coronari. Porrò dicata est ei hedera, quod vt ea semper viret, sic ille semper iuuenis; vt diximus initio: quanquam plerique referant ad ea serta seu corollas, quas post expeditionem Indicam circumtulisse Bacchus dicitur, Plinio teste lib. 16. c. 4. vnde & Dionysiaca hedera dicta est, & Bacchica Ouid. Fastor. 6.

Bacche racemiferos hedera redimite capillos.

Idem alibi corymbiferũ eum nominat. Plutarchus tamen Sympos. 3. sectione 2. Hederam dicit à Baccho sumptam, non vt auxiliũ esset aduersus ebrietatem, aut vt vino aduersam, quippè qui Methymnæum, à methy, quod vinum sonat, sese appellari voluit: sed vt vinosi vino vero destituti, hordeaceo potu pro vino vtuntur, & è malis aut palmulis quædam sibi vina conficiunt: ita qui hieme desideraret coronam viteam, quòd tunc temporis vitem nudam vidit, & foliis carentem, ob similitudinem quandam, hederam est amplexus. Non possum conniuentibus oculis subticere quod didici ex Poëtis Græcis, & eorundem scholiastis, nempè vates appellari δαφνηφάγους, id est, lauriuoros, vel lauro vescentes, aut laurum edentes: quò respexit Iuuenalis quadam Satyra, quo loco dixit, Locus Plutarchi.

——*Laurumq; momordit.*

Poëtis autem hederas decretas esse, cum Pierio, & aliis quibusdam doctioribus crediderim, vt vnà cum lauro permiscerentur, non tam vt perpetuus vtriusque viror, qui diuturna eorũ scripta repræsentaret, in caussa fuit, quàm vt ostenderetur eos, qui digni hederis euasissent, laureamq; meruissent, & arte & ingenio excelluisse. Siquidem per laurum intelligebant insitam quãdam ingenij vim ac venæ fecunditatem, Apollinis radiis vberem atque locupletem: per hederam verò artem & industriam perugili labore partam. Huius quidem rei indicium est, quod hedera suapte natura sit tam imbecilla, vt semper repere necesse haberet, nisi vel muro, vel plantæ, aut saxis hæreret, & pertinax conatusese attolleret, vt tandem paulatum irrepens victrix eua- Poëtæ & vates δαφνηφάγοι. Digni hederis. Lauro, quid intelligebant veteres. Hedera quid.

Ayuntamiento de Madrid

dat. Est autem operæpretium, vtroque (arte scilicet & ingen
si quis velit aliis antecellere; quandoquidem mediocribus &
Poëtis, non homines, non dij, non concessere columnæ, vti
bet ille, Sed & istuc aduertendum,

——*Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os*
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Et, ——*Ego quod studium sine diuite vena*
Nec rude quid possit video ingenium, alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amicè.

Procax.] Donat. ad Hecyram Terent. procax petacem sign
cat, procari enim nihil aliud est quàm impudenter & impor
nè petere, ait Nonius. Hinc procacitas, seu procacia, vt in
traditio. C. de action. emp.

Hedera nigra.

Exterius viridis.] Intelligit hederam nigram quæ florem cr
ceum habet, pulla folia, Id est hederæ nigræ folia parte alt
viresc unt, altera pallescunt. Ne quid ad hæc requiras, consu
Plinium lib. 16. c. 34.

Hedera poëtis sacra.

Hinc aptis.] Horatius 1. Carminum:

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dis miscent superis.

Idem in Epistol.

Prima feres hederæ victricis præmia.—

Virgilius in Eclogis:

Pastores hedera crescentem ornate Poëtam.

Quod ridet in Satyrarum vestibulo Persius: ait enim,

Helicona si; pallidamq; Pirenen
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces.

Fama doctorum.

Pallescunt vndique.] Sicuti errabunda tenaxque hedera se
altum conscendit, exterius viresc ens, in cæteris pallida, & a
reos corymbos ex se producit: ita Poëta suis laboribus hon
pedetentim sese efferunt: & quamquam assiduo studio pal
sint, fama tamen ex scriptis & ingenio concitata semper v
quippè qui aureos eruditionis & doctrinæ fructus parturia

Ilex.

EMBLEMA CCV.

DVRITIE *nimiâ quòd sese rumperet Ilex, Symbola ciuilis seditionis habet.*

MVtuatus est huius distichi argumentum ex Aristot. Rhetoric. lib. 3. Pericles, inquit ille, Bœotios ilicibus esse similes dixit, vt enim ilices sese vicissim franguntita Bœotios inter se prœliari. Græcè ita: μὴ ἐς Βοιωτὸς, ὅτι ὁμοιοτάτοις πρὸς ἵππους, τούτοις γὰρ ἀγριώτατα ὑπ' ἀλλήλων κατακόπτεται, μὴ τὲς Βοιωτὸς πρὸς ἀλλήλους μαχομένους.

Seditiosi duræq; ceruicis homines, quos citiùs frangas quàm flectas aut corrigas, suo magno malo efficiunt quod ilex, cuius tanta durities est, vt nō nisi magna difficultate proscindi queat, nisi etiam per se fatiscat & diffindatur. Proterui enim, quibus seditio & turbatus Reipublicæ status cordi est, cùm nunquam possint cum aliis conuenire, sæpenumero à reliquo ciuitatis corpore quasi agmine facto, discedunt: & tandem cùm nonnihil dissentiunt à sua factione, facillimè corripiuntur, suorumq; flagitiorum pœnas luunt. Naturam huius arboris repete ex Plin. lib. 16. c. 8. Ilex, nota seditiosorum.

Ayuntamiento de Madrid

Malus Medica.

EMBLEMA CCVI.

AVREA sunt Veneris poma hæc: iucundus amaror
Indicat, est Græcis sic γλυκυπίκρος amor.

MEdica malus, quæ & Citrus, & apud nostros ob aliqu
cum auro similitudinem nomen reperit, non incon
amoris potest esse nota. Est enim coloris aurei, dulcis qu
& austeri nonnihil saporis habet, sed amari corticis: ita
voluptas primo blandiens aspectu, tota videtur aurea, sed
gustu dulce dedit, amarum ad satietatem vsque aggerit, q
γλυκυπικρου nomen indicat. Plato itaque, vt scribit Ma
in Symposium, amorem rem amaram vocat, nec certè in
quia moritur quisquis amat. Hunc & Orpheus γλυκυπ
id est, dulce amarum nominat, quippè cùm amor mors v
taria sit. Vt mors est, amara res est, vt voluntaria, dulcis, mo
autem quisquis amat. Hæc Marsi. Ficinus.

Citrus, Amoris symbolum.

Amor γλυκυπικρος.

Iucundus amaror.] Paronomasia elegans, quam lepidè
pauit aliquis è recentibus ita:

Ayuntamiento de Madrid

Non amor antiquo fuerat, sed amaror ab æuo
Dicendus, cùm sit semper amarus amor.

γλυκυπίκρῳ & *amor*] Sic Musæus:

Ἤδη καὶ γλυκυπίκρου ἐδέξατο κέντρον ἔρωτος.
Iam & dulcem amarum acceperat aculeum amorum.

Et apud Hephæstionem Sappho ait:

Ἔρως γλυκυπίκρον ἀμάχανον ὄρπετον,
Amor dulciamara auis inexpugnabilis.

Voluptas eadem ratione γλυκυθυμία dicitur. Huc Prouerbium, *Amaro dulce mistum*. De amore qui γλυκυπίκρος appellatur Plutarchus 5. Sympos. Prouerb. 7.

Buxus.

EMBLEMA CCVII.

PERPETVO *viridis, crispóque cacumine buxus,*
Vnde est disparibus fistula facta modis,

Ayuntamiento de Madrid

Deliciis apta est teneris & amantibus arbor:
Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Amantiũ conditio per buxũ repræsẽtata.

BVxus quorundam amantium vitam & conditionem re
Vt enim est fronde semper viridi & pallida, ex cuius
ligno fistulæ optimæ conficiuntur: ita interno quodam vig
& vernantis ętatis affectu viuunt quicumque se amori dedu
pallorem tamen cõtrahunt, huic affectui peculiarem, quòd
gulis penè momentis reformident, ne spe concepta cadant
turpem quam sibi fingunt, repulsam patiantur. At quidem
hilominus hilarem præ se, vultum ferunt, vt blandum & fe
uum sermonem, sempérque aliquid cantuum, aut legunt
ti, aut meditantur studio, vel etiam scribunt aut recitan
pellendos ex animo mærores, aut exprimenda ea quæ ipsi
cipiunt.

Crispóque cacumine buxus.] Huic proximum illud Claud
2. de Raptu:

——— hîc denso crispata cacumine buxus.

Disparibus fistula.] Virg. 2. Ecloga:

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.——

Ouid. 8. Metamorph.

——— sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

Idem loco alio de tibia buxea:

Longáque multifori delectat tibia buxi.

Delicijs teneris.] Amoribus blandis, & aliquando turpibus luptatibus. Ouidius se tenerorum lusorem amorum vocat.

Pallor inest illi.] Martial. 12. lib. 32.

Et non recenti pallidus magis buxo.

Amantes pallidicur.

Pallet & omnis amans.] Cur amantes palleant, rationem rit Ficin. Commenta. in Platonis Conuiuium. In Priapeis

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior, nouáque cera.

Ouid. 2. Metamorph.

——— cui protinus intima frigus
Ossa receperunt, buxóque similimus ora
Pallor obit. Et 4. Metamorph.
------ oráque buxo
Pallidiora gerens exhorruit.

Idem in amatoriis:

Ayuntamiento de Madrid

Palleat omnis amans: color hic est aptus amanti.

Catullus de amasio quodam:

—— maurata pallidior statua.

Horat. 3. Carm. 10.

Nec tinctus viola pallor amantium.

D. Ambrosius lib. 3. in Hexaëmeron cap. 13. hæc de Buxo: Buxus elementorum apicibus vtilis exprimendis: leui materia vsum manus puerilis informat. vnde ait Scriptura: Scribe in buxo, simul vt admoneat te ipsa materia quæ semper viret, nec vnquã foliis exuitur suis; ne vnquam spei tuæ dissimulatione nudæris, sed semper tibi per fidem germinet spes salutis. Apuleius 1. De Asino aur. Eúmque auidè esitantem aspiciens, aliquanto inferiore macie atque pallore buxeo deficientem video. Idem lib. 8. At ille modicum commoratus, refert sese buxantíque pallore trepidus, mira super conseruo suo renuntiat. Claudiani illud non est alienum à pallore amantum, qui de nuptiis Honorij & Margratus amantum pallor. Et Naso 4. Metamorph. Locus D. Ambrosij.

----- *Palles: facit hunc amor ipse colorem.*

EMBLEMA CCVIII.

CVR properans foliis præmittis Amygdale flores?
Odi papillos præcocis ingenij.

FLoret prima omnium Amygdala mense Ianuario, Martis verò pomum maturat. Plin. 25. cap. 16. quod torquetur in illud ingeniorum velut præcox genus, quod non temerè vnquam peruenit ad frugem, ait Fab. lib. 1. cap. 3. Sunt enim pueri, qui statim primóque omnia discant, memoritérque teneant, qui tamen quanto ætate fiunt prouectiores, tanto minus complectuntur, ita vt ad solidam eruditionem vix aliquando perueniant. Eam ob rem vulgò penè apud omnes creditum, eos, quibus sit ingenium tam præcox & præmaturum, aut insanos fore, aut non diu victuros. Proinde Actius apud Gell. lib. 13. cap. 2. ait, in iuuenibus ingeniis itidem sibi placere, vt in pomis immaturis acerbitas ipsa placet; ea enim demũ matureſcere (maturitas enim tempestiuam adfert suauitatem) reliqua ante tẽpus putrescere. Id quidem obseruatum maximè fuisse in Hermogene tradunt, cui vix dum pubescenti tam admirabilem ingenij & memoriæ vim fuisse dicunt, vt annos natus octodecim artem Rhetoricam conscripserit, quæ ab omnibus admodum Pueri præcoci ingenio. De Hermogene Rhetore mirum.

Ayuntamiento de Madrid

commendatur: quem etiam declamantem aliquando Musonius Philosophus grauissimus audire non refugit; quemadmodum nec Imperator. At cùm annum quartũ & vicesimum attigisset, mente lapsus dicitur, omniumque penè rerũ oblitus nulla euidenti causſa. Præclara Lysiæ vox oratoris, cũ diceret se nolle cõscribere quæ festinatio præcipitasset; ἐξεύλομαι ἐγωγε συντάττων ἰσπινμλῖνα, quod tortum apparet in eos qui nimium præcipitante stylo edunt, seu potiùs euomunt quæ nondum bellè concoxerunt. Non minùs lepidè Synesius cùm diceret eos qui sibi in stylo indulgerent, cæca & subuentanea parere: nec enim incubando fouere orationem eos quibus necesse est vomere: ficeri namque stylum euanidum & ἐξίτηλον: qui non congrua temporis mora dictionem elimat: nam quod in fœtu immaturo solet accidere, abortit; eoque fieri solet, vt abortus eiusmodi nihil pariat quod si vitale, integrum, diuturnum. Philostratus tradit in Sophistis, cùm M. Antoninus fama excitus Aristidis Smyrnæi, audire ipsum differentem vellet, dixisse: Hodie proponito, & cras audito; neque enim sumus è numero vomentium, sed exacta cura elaborantium. id est, τὴν μιξον πρόβαλε, καὶ αὔριον ἀκροῶ, οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐσμεντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων. Huc spectant adagia, Ante barbam doces senes: &, Odi puerulos præcoci sapientia. cuius postremi meminit Apul. 2. orat. pro se, sed aliò torquet.

Cur properans.] Properare aliud est quàm festinare, ait Nonius: qui enim vnum quodque maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Sic omnino Cato, oratione De suis virtutibus, & apud Gell. legimus, lib. 16. cap. 14.

Præcocis.] De huius vocabuli inflexione Gell. 10. cap. 11.

Amy

Ayuntamiento de Madrid

Amygdalus.

Morus

Ayuntamiento de Madrid

Morus.

EMBLEMA CCIX.

SENIOR at morus nunquam nisi frigore lapso
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.

Morus vnde dicta sit.

MOrus quasi μῶρος quibusdam dicitur, quòd nigra sit: alij à morâ, id est, tarditate deriuant, quòd arborum postrema floreat. Nonnulli κατ' ἀντίφρασιν, Morum quasi μῶρον appellatam existimant, id est, stultam, cùm præ cæteris prudentissima esse videatur. Sic enim Plin. lib. 16. ca. 25. Nouissima, inquit, vrbanarum germinat, nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum: sed cùm cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam cum strepitu. Hæc Plinius. Ea itaque prudentiæ gerit symbolum, ait Pierius lib. 1. quòd ne aëris iniuria lædatur, tempestiuam & commodam occasionem præstolari videatur. Nam vbi primùm leniores & mitiores aliquantùm auræ spirauere, erumpunt germina, & flores exsinuant magna interdum strage ob temporis inconstantiam. Ne autem pruina lædi possit, quem hostem sibi perniciosum agnoscit, non antè germinat quàm frigus penitus lapsum fu-

Prudentiæ symbolis, morus.

Ayuntamiento de Madrid

sit,atque ad amœnissima adulti veris tempora peruentum omnino sit. Ita vir prudens grauiora negotia, & consilia omnia consultò prorogat:neque ante tempus sese effert,sed maturam occasionem citra noxam & periculum expectat.Huc facit prouerbium.Maturior moro.

Laurus.

EMBLEMA. CCX.

PRAESCIA *venturæ laurus fert signa salutis:*
Subdita puluillo somnia vera facit.

APhthonius Rhetor Laurum vaticinij symbolum esse prodidit:iccircò veteres μαντικὸν φυτὸν Laurum dixere, & Apollini diuinationis Deo sacrã putarunt. Si enim strepitu quodam in igne crepuisset,felicitatem portendebat. Adhæc puluillo suppolita dormientium,somniorum veritatem cõciliare putatur,vt libris magicis proditum accepimus.Et quidem olim in maleficiis amatoris incendi laurus,&aliqua religione in ignem coniici solebat,tanquam amantium querimonias repræsentãs. Adag. Laurus, vaticinij nota.

Ayuntamiento de Madrid

Adag. Clamosior lauro ardente : quod videtur significasse hi
verbis Tibullus, *Laurus vbi bona signa dedit, gaudete colon*i. si vero
tacita conflagrasset, habebatur inauspicatissimũ, vt ipsemet ait:

Et tacet extincto laurus adusta foco.

δάφνη vnde dicta. Plerique hinc δάφνη dictam putant, à δα intensiua particula, & φωνῶ, quod est cano & voco: quòd in igne sonitum & crepitum edat : vt latini à la, particula, quam etiam dicunt habere vim intendendi, & vro, vt significatione conueniat, non voce. Huc pertinet ex Lucilio illud à Macrobio citatum libro sexto Saturn. cap. 4.

Nec res vlla magis quàm Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Præscia venturæ.] Sic videtur legendum potius,

Præscia venturi laurus, fert signa salutis

Vt apud Claudian. 2. de raptu Proserp.

— Venturi præscia laurus.

Fluctuat. ——

Aliud.

Debetur Carlo superatis laurea Pœnis:
Victrices ornent talia serta comas.

CArolo V. victoriam Thunis referenti laurea corona debetur, quam triumphantes antiquitùs gestabant. Plin. 15. cap. vlt. idemque miras lauri virtutes lib. 23. cap. 8. Vrbem ab imperatore Carolo expugnatam anno 1535. ereptam Barbarossæ, suoque regi tandem restitutam à patribus non indudum accepimus, qua de victoria libri editi circumferuntur.

Pœnis.] Pœni fuere Carthaginienses : quo nomine Thunes Pœni. intelligit, vel Thunenses, qui eam regionem incolunt, in qua Thuni. olim Carthago fuit, vt scriptores quidam tradunt, quorum in numero est Pacchimerius: qui tamen erroris cõuincitur ab aliis quibusdam studiosis antiquitatum. Ea enim vrbs Ptolemæo et τύνητον: Straboni τύνις, vt Tunicense oppidum Plinio.

Pop

Populus alba.

EMBLEMA CCXIII.

HERCVLEOS *crines bicolor quòd populus ornet,*
Temporis alternat noxque dieſque vices.

POpulum albam Herculi ſacram Plinius tradit c.1.lib.12.& lib.16.cap.23.Hæc quòd ſit folio ſemper tremulo,ſupernè candicanti,& inferiori parte viridi,temporis motum continuũ in diem clarum, & obſcuram noctem diſtributum repreſentat. Sic autem Plinius:Populus alia alba, alia nigra, alia quæ Libyca appellatur,minima folio,ac nigerrima,fungiſque enaſcentibus laudatiſſima.Alba folio bicolor,ſupernè cãdicans,inferiori parte viridi,Hãc albam populum Herculi indigeni ſacram, idẽ Plin. ſcribit, & Virgil.Ecloga 7.

Populus alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.

Populus alba. Herculi ſacra.

Adhæc Lilius Gyraldus Syntagm.17. hiſt. Deorum,hos Virgiliana auctoritate reprehendit, qui tradunt eos ſola lauro coronari

Ayuntamiento de Madrid

nari solitos, qui ad aram maximam Herculi sacra facerent. Sic enim Virgil. in 8.

----- Herculea bicolor cùm populus vmbra
Velauitque comas, foliisque inuexa pependit.

Et paulò pòst.

Populeis adsunt euincti tempora ramis.

Populus arbor, temporis symbolum.

Hoc quidem vidit diligentissimè Pierius lib. 52. qui populo arbore tempus significari ait, quòd sit bicoloribus foliis, quippe quæ diem ac noctem referre videatur. Quinetiam hæc habet populus commune cum tempore, quòd eius folia post solstitia circumaguntur, nec vllo argumento certiùs intelligitur sidus confectum. Sunt quidem pleræque arbores, quæ duorum colorum folia habeant, vt sunt oleæ, salices, citri: in illis tamen color penè idem, licet ab vna parte dilutior, altera densior atque coloratior habeatur. In populo verò alba præsertim, cãdor vna ex parte penè niueus ac cerussatus, ex altera porracei folij inflat viridissimus. Eius arboris coronam gestasse Herculem narrant, cùm ad inferos descendit, eamque partem quæ foris esset conspicua, fuligine tetri chaûs obscuratam, quæ condebatur interiùs, sudore ablutam cãdidiorem euasisse. Secus habet Pausanias. Sed omnes hasce opiniones sigillatim recensere vt non est animus, sic non video quàm sit necesse.

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

NOTÆ

POSTERIORES

AD ALCIATI EMBLEMATA.

PER CLAVDIVM MINOEM.

Δευτέραι φροντίδες.

Editio vltima.

LVGDVNI,

APVD HÆREDES GVLIELMI ROVILLII.

M. D. C.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

IN PRÆFATIONEM AD PEVTINGERVM.

Emblemata cudimus.] Elegans à fabris ἀλληγορία, significatque se horis genialibus hæc lepida carmina conscripsisse. Sunt autem ἐμβλήματα (id enim placet addere) ornamenta exemptilia quæ ad placitum vasis argenteis aureisque tolli, & reponi possunt, qualia sunt sigilla, rerúmque & flosculorum simulacra affabrè colata vel depicta. Sic itaque accipitur id nominis à M. Cicerone primùm, deinde Vlpiano. Ex libris enim Iurisconsultorum didicimus nihil aliud emblema esse, in l. cùm aurum 19. §. Idem Celsus: & l. Pediculis argenteis §. 1. Dig. de auro, argento, mundo, legatis. Ea vox cùm peregrina esset, & Romanis auribus non satis nota, Tiberio Cæsari minimè placuit, vt principi qui linguam patriam externæ præferret. Quamquam enim, ait Suetonius, Græco sermone promptus esset, non est tamen nisi opportunè vsus, abstinuit enim, sed in Senatu maximè, adeò quidem vt monopolium nominaturus, veniam priùs postularit, quòd sibi verbo peregrino vtendum esset; atque etiam in quodam decreto Patrum, cùm ἐμβλήματα recitaretur, vocem commutandam censuerit, & pro peregrina Romanam requirendam, aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enunciandam. † Sed retinemus Emblematis vocabulum, vt vsu iam receptum, dignúmque Romana ciuitate; est enim venustum & elegans, imò significantissimum, & ad hanc inuentionis materiam appositissimum.

Emblema quid.

* Idem Dion in epitome, fol. 80.

Ipse dabo vati carthacea munera vates.

Velim hæc addi ad postremum præfationis scholion, in quo de muneribus, quæ commodè & decenter viris dignis offerri debeant: non enim cuilibet rectè & opportunè datur quidlibet. Sic Martialis in septimo:

Diuitibus poteris Musas, elegósque sonantes
Mittere: pauperibus munera pexa dato.

Itémque illud ex septimo,

Muneribus cupiat si quis contendere tecum,

Ayuntamiento de Madrid

Audeat hic etiam, Castrice carminibus.

Et id quidem mihi reuocat in mentem distichon Latinum Lascaris, doctissimi hominis, ad Iouianum Pontanum:

Versiculos Pontane, tibi: sic munera Baccho,
Libamus Bacchi: sic Cereris Cereri.

AD EMBLEMA I.

DE anguis augurio Cornelius Tacitus libro vndecimo, sic: Sedente Claudio Circensibus ludis, cùm pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, intérque eos Britannicus, Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentum Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est: vulgabatúrque assuisse infanti eius dracones in modum custodum, fabulosa & externis miraculis assimulata, nam ipse haudquaquam sui detractor, vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Virgilius non temerè scripsit anguem exisse è tumulo Anchisis: veteres enim, vt est apud Plutarchum in Cleomene, serpentes tribuerùt heroibus: cuius rei rationem nō vnam multi afferunt. Sic enim poëta lib. 5. quo loco Æneas pātri iusta facit:

Salue sancte parens, iterum saluete recepti
Ne quicquam cineres, &c. Et deinde.
Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis,
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum. Vide reliqua.

Pallas de capite orta Iouis.] Nolim mihi fore molestum lectorem si Isacij Tzetzis rationes adiunxero: cuius hæc fermè sententiæ ex iis commentariis quos studiosè conscripsit in Cassandram Lycophronis: Tritonia Pallas dicta quod in Trito Lybiæ fluuio nata creditur; vel quod tertio mensis die orta: ideò enim tertia dies Mineruæ sacra est Athenis: vel quod ἐκ τῆς τριτόης id est, Iouis capite progenita τρίτων enim Bæotum lingua, caput nominatur, vel quod eadem cum Luna sit, quæ apparet tertio quoque à coitu die vel quod eadem sit cum anima, quæ tres partes habet: πεδυμίαν, θύμον, νῦ λογισμόν: vel quod eadem cum prudentia sit: aut ex Democriti sententia, quod hæc tria præstentur ab anima, bene consulere, rectè iudicare, iustè agere, id est, εὐβουλιάν, εὐνομίαν, καὶ ἐμπράτλειν.

Pallas Tritonia.

AD

Ayuntamiento de Madrid

Ad emblema 2.

Nam vetus hoc Gallica lingua sonat.] Hic de lingua vetere Gallica lubens aliquid disquirerem, si aut eruditorum hominum non satis inter sese consentientium opiniones aliquid haberent firmamenti: aut nisi vetera certáque monimẽta nos in hac rerum caligine & ignoratione deficerẽt. Nihil enim ea de re certi possumus pronunciare, nisi primum constiterit non modò quæ lingua vetus, sed etiam qui veteres, & quo seculo maximè sint intelligendi. Alij enim fuere qui vixerũt antè tempora Iulij Cæsaris, qui primus de re Gallica scriptis aliquid mandauit; quique veterum Druidarum ætatibus & posteà floruerunt: alij veteres Galli qui sub Imperatoribus Romanis seruile aliquod passi iugum, alij qui sub prioribus regibus, vt vetustiores prætermittam, Clodouæo primo, Carolo Magno & aliis: quibus temporibus credibile est non eandem fuisse Gallorum linguam vernaculam, qualis hodie celebratur. Qua in re perquirenda, mihi quidẽ certè videntur ociosæ disputationes quorũdam, qui vetustos Gallos lingua Græca vsos esse, vt penè familiari & domestica, contendere ausint. Alij sunt in ea hæresi vt putent linguam veterum Gallorum eandem fuisse quæ est hodie Sũitensium seu Heluetiorum: plerique etiam à Germanis volunt Francos oriundum, & linguam veterum Francorum eandem atque Germanorum quæ est hodie in vsu existimant populare fuisse. At qui volunt ingeniosiores videri Celtas illos veteres eodem modò loquutos asserunt, atque nunc Armoricos Britones: alij etiam, vt sua cuiusque est opinio, coniiciunt eam linguam, quæ nunc à Gallis Prouincialibus, vsurpatur, veterem extitisse. Sed nescio quo modo, si sit standum ab vna ex his opinionibus quæ putatur similior vero, nos commodè possimus extricare. Quis enim hac de re certi aliquid pronunciarit in tanta præsertim rerum omnium confusione, populorum ac gentium migratione, multitudine coloniarum, principalium, rerúmque publicarum mutatione? Quis nescit centum, aut eò minus annorum spatio linguas non secus quàm res alias, vt variè traducuntur, aut vsurpantur, omninò vel non minima parte commutari? De lingua Latina exemplum insigne proferrem in medium, nisi putarẽ satis esse notum iis qui veteres libros euoluerunt, lõgè puriorem & delicatiorem fuisse seculo Varronis, Ciceronis, Augusti, quàm fuerit ætate Catonis superioris, & tẽ-

De vetere Gallica lingua opiniones variæ.

Ayuntamiento de Madrid

poribus primi belli Punici. Sed dico linguam Gallicam quæ erat in vsu temporibus Caroli Magni nobis hactenus inauditam planeque incognitam : desunt enim vti iam dixi vetera monumenta quibus id probemus, etiamque adiicio eam quæ vulgaris erat aureo D. Lodoici principatu vsque adeo horridam & incultam fuisse, vt si cum nostra hodierna conferatur nihilo plus vna altera differat quam hodie differt vulgaris Parisinorum sermo à Britonum oratione populari. De Galloni quidem vetere lingua corrupta constat, sed vbinam Gallorum sermo seruatus, & apud quos fuerit, nondum liquet. nam Galli sermonem Gallicum dedidicerunt, cum non solùm Romanæ leges, sed & legiones in Gallia constitutæ Gallos Romana vi lingua cogerent. vt facilè sit intelligere à Romano foro ipsaque Romana militia Gallicam linguã à maioribus illis vsurpatam penè omninò fuisse abolitam. Sed vt vetera prætermittam, cui potest esse dubium, quin priscum Gallorum idioma aut non parum fuerit immutatum, aut etiam adeo corruptum, vt primam sui faciem amiserit quo tempore Franci à Germania irrumpentes in Gallias transitum fecerunt, & à quibus non impetrabant sedes, Gallos partim expulisse, partim etiam sibi subiecisse? At nostra lingua, vt se hodie habet, quanquam locuples & abundans, habet tamen permultas voces quæ à Græcis deflexæ, non temerè videri possint, habet etiam non paucas Germanicas, & Latinas, ex quo tamen non sequitur maiores nostros promiscuè vel Græcè vel Germanicè aut Latinè scisse. Quid igitur hac in re statuam nondum video, vt promptum mihi sit quid habeam refellere, quid autem certius adducere debeam nondum habeam. Vide quid apud Senec. consol. ad Album cap. 8.

AD EMBLEMA. 4.

GAnymedei raptus figmentum non Iouis habere flagitium docui, sed historiam à qua possint ad Dei cultum homines inflammari. Laudaui meos auctores, certè ἀξιωπίστους, Xenophontem nempe & Eustathium Homericum interpretem. Sanè nostri non temerè hieroglyphicum aquilæ D. Ioanni tribuere, vt eius in diuinis rebus acumen longè perspicax & oculatum, vt ita dicam, ostenderent. Vt enim aquila quasi acula-

D. Ioanni aquilæ hieroglyphicum cur tributum.

Ayuntamiento de Madrid

ab acumine dicta est 3. & Homero teste, ὀξύτης ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν: sic Diuus ille oculorum acie in altissimæ diuinitatis recessum directa præ aliis omnibus θεανθρώπων arcana vidit, qua Ebionitarum nefandam hæresim pessundedit, & præpetibus pennis euolauit, déque ipso rerum diuinarum nido pellucidas illas gemmas est mutuatus, quæ postea oculis hominum caligantibus, veram certámque claritatem afferant. Sed hîc me cohibeo, quod id esse videam Theologorum pensum. Historia Ganymedis recensetur à Suida: sed nihil ad nostrum propositum ea narratio.

AD EMBLEMA. 5.

SErpens inter significationes alias turpium voluptatum, & mollium illecebrarum notam esse dicimus aliunde. Interea, quandoquidem Alciatus noster in mōstro tam informi effigiando primùm hæserit, vti rem nouam & insolentem, planéque stupendam expressurus, nescio an huc cōferre ausim Lybicam illam fabulam, quam Chrysostomus Dion retulit oratione 5. sed cùm nihil sit in narrando pericli, non patiar studiosos ea defraudari. Ait igitur esse in Lybia ferarū genus, ex promiscuo belluarum diuersi generis coitu, sæuum admodum & ferox circa Syrtes imprimis versari. Monstri faciem esse muliebri corpore certè formoso, papillis tumentibus, toto pectore ac ceruice pulcherrima, cutis colore admodum nitido, reliquis partibus corporis horridis, & squammarum scabritie asperis, infernè demum in longum anguem desinentibus. Feras esse omnium velocissimas ait, vt nemo sit adeò alacer, qui earum insultus effugerit. Animalia cætera quotquot nactæ fuerint, per vim assequuntur, tandémque opprimunt vnum hominem modò blanditiis adoriri, & præstigiis implicare. Cætera Dion. At quia superiore commentario conatus sum inuentionem carminis Alciatini expiscari, sicuti feci passim, ex quodam auctore vetere, addo & hoc, apud Ælianum lib. 9. de Var. hist. antiquissimum quendam virum in Ausonia fuisse olim, nomine Marem, cuius anterior facies hominis esset, posterior equi: Græcis est ὑπομιγὴς: causam autem naturæ duplices in id confert, quòd primus equum ascenderit.

Loc⁹ Chrysostomi Dionis de monstro quodam Lybiæ.

Sic olim Cecrops.] Tzezes in Cassandram Lycophronis, Ce-

Cecropa biformis.

Ayuntamiento de Madrid

cropem ait biformem nominatum, quòd ex draconis dentibus egressus sit: vel quod duorum hominum magnitudinis esset: vel duarum linguarum peritus, Ægyptiacæ nimirum & Græcæ: aut, vt est in fabulis, quod superiores hominis partes, inferiores autem draconis habuerit: quod quidem ἀλληγορικῶς Demosthenes interpretatus dixit, illum robore similem draconi fuisse, homini mente. Existimat tamen idem Tzetzes eum optimum regem extitisse, quippe qui hominum ferocitatem omnem de medio sustulerit: vel quòd primus mulieres, quæ more ferarum coibant promiscuè, ad certa coniugia reuocarit, sicque nefandos concubitus & belluinos aboleuit.

Pedit, eructauit.] Duo verba posita κατ' ἀντίθεσιν: atqui anguem pedit homo, nouè & insolenter dictum, ob monstri quod proponit insolentiam: ita hominem eructauit anguis, vt rem prodigiosam quoquo modo effingeret. Eructare, nihil aliud est quàm efferre & egerere: quo sensu, dixit Catullus:

Eructare.

In pede stans fixo carmina ructat hians.

Et Lucilius apud Horatium, ducentos versus stans pede in vno ructabat.

Gigantes terra mater protulit.] Virgil. in Opusculo de Ætna:

His natura sua est aluo tenus, ima per orbes
Squammeus in tortos sinuat vestigia serpens.

Gigantes anguipedes.

Multa de Gigantum ortu & pugnis Diodorus libr. 4. & 5. Anguinei & anguipedes vocantur à Poëtis: quod mihi reuocat in memoriam veteres statuas, quibus Gigantum formæ obtortis cruribus conspiciebantur: quósque Lampridius retulit in commodo: eum nempe quos obtortis cruribus esset vbicunque nactus, sagittis ex libidine solitum configere, eósque draconteos appellitare.

AD EMBLEMA 8.

Emblematis fons.

HVius Emblematis character mihi videtur penè sumptus à Suida, ex quo didicimus Hermas esse Mercurij quasdam statuas: quo loco adducit Meneclem quendam, siue Callistratem in opere de Athenien sibus, à varia porticu adúsque regiam statuas esse, quæ Hermæ dicuntur: vnde locum id accepisse nominis ait, quia multæ ibi & à priuatis & à magistratibus dicatæ essent, ex quibus quidam Hermæ Hipparchei, ab

Hermæ statuæ.

Hip

Hipparcho Pisistrati dicebantur: fuisséque Hermas saxeas in medium vestibulis & in fanis. Addit deinde ἑρμαῖον, primitias esse ad statuas Mercuriales, quæ in viis collocabantur à viatoribus: itémque aceruos lapidum Mercurio sacros in obscuris viis, quæque non ita cogniti essent peregrè euntibus. Interpres Homeri ἑρμαῖον vocat, lapidum congeriem ad Odyss. ρ. vt λιθινὸν σωρὸν Epigrammatarius: & ἑρμαῖον λόφον Hesychius. Is honos congeriei siue cumuli lapidum, virorum fortium tumulis solitus fuisse conferri, testis est Pausannias. Strabo: παρὰ δὲ τὸν δὴ ὁδὸν ἐν ἑκατέροδεν πολλαχοῦ ὥσπερ ἑρμαῖα πέτρου ἠλίβατον στρογγύλον. Reperio & huiusmodi Hermas imponi solitas fuisse tumulis, ad propagandam defunctorum memoriam. M. Tullius 6. ad Atticum, Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus scripsisti, iam nunc admodum delectant. Sed gymnasiis solitas fuisse consecrari Hermathenas, id est statuas Mercurij & Mineruæ iunctas, idem alibi significat Cicero: Quod ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerua singulare insigne eius gymnasij. Hermathenæ.

AD EMBLEMA II.

— Digitóque silentia signet,

Et sese Pharium vertat in Harpocratem.] Satis iam multa nos hactenus ea de re, sed nondum tamen satis, si studiosorum desiderio volumus obsecundare. Addamus itaque nonnulla licet Harpocratis figillum in annulis solitum gestari à quibusdam ex veteribus, testes sunt longè multi, suumque auctorem laudant Plinium: in causa autem fuisse putant, vti silentij fides indicaretur. Qua ratione Alexandrum Magnum existimo cùm epistolam quandam matris Olympiadis, conuitiis plenam aduersus Antipatri nomen, vnà cum Hephestione legeret, tractum è digito annulum, ori illius appressit tacitè quidem & amicè, sed reipsa tamen silentium imperans. Quòd mihi vltrò reuocat in memoriam Titi Liuij imaginem à Patauinis supra Prætorij fores positam; habet enim ori appressum digitum: cuius gestus causas multi multas afferunt, sed qui ex Harpocratis figillus in annulis. T. Liuij imago.

Ayuntamiento de Madrid

aliis doctiores videri possunt, coniiciunt id ea confictum ratione, quòd is scribendo adeò multa sit complexus, vt scriptoribus aliis silentium videatur indixisse. Sed id ego quidem malim ad singularem hominis tum sapientiam, tum modestiam conuertere, vt qui multa scribendo, longè plura in hominum animos cogitanda infuderit, déque Romana origine ea non minus prudenter, quàm scitè & verecundè tradiderit, quæ sine fabularum permistione dici nequaquam poterant: vel quæ si litterarum monimentis credita extitissent, non parum de dignitate & admiratione huius imperij, déque nomine populi rerum Domini detraxissent. Attigimus nonnulla

Angerona. de Angerona, cuius effigies ore fuit obsignato apud Romanos, vt silendum innueret, cuius tutela vrbs esset, quódque illi proprium nomen: ea nimirum superstitione capti, ne Dij tutelares sacris quibusdam auocarentur. Et ea certè causa necatum Valerium Soranum legimus, quòd arcanum istud fuisse propalare ausus. Nullus enim est in litteris adeò mediocriter versatus, quin sciat ex veterũ scriptis, Romanæ vrbis duo fuisse nomina, vnum apertum & vulgare Roma, à ῥώμῃ, puella Troiana, vel à fortitudine, aut etiam à Romo, quem Romulum postea dixerunt: alterum verò ignotum, sacris abditum, vel paucissimis cognitum, id nomen fuisse Anthusam dicit Plinius, sic libro 3. capite 5. Cuius nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habebatur. Iam verò quia Romani essent silentij tenacissimi, vtebantur prima huius verbi litera S, quæ tricliniorum foribus superponi erat solita, nimirum vt conuiuis silentium indiceretur, & ne fidos inter amicos esset, qui dicta foràs eliminaret, vt Flaccus ad Torquatum cauet. Sed hæc hactenus.

Romæ vrbis nomina duo, immo verò tria Politian. 1. Epist. 2. de origine ciuit. Florentinæ.

AD EMBLEMA 12.

Cõsilium, res sacra.

EX Platonis Theage citaui illud, Consilium, rem esse sacram, id est, σύμβολον, ἱερὸν ἄνευ χρῆμα; cui conuenit quod affertur è Menandri γνώμαις: ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ εὐβουλία. Reperitur & in Xenophonte, ἡ λεγομένη ἱερὰ εὐβουλή.

Ad locupletandum verò pulcherrimum thema de vulgatis

Ayuntamiento de Madrid

dis principum arcanis succurrunt ex Cornelio Tacito loci duo insignes: primus est initio ferè Annalium, vbi de nouo Tiberij principatu agit, cuius tacito iussu cæsus est Posthumius Agrippa centurionis cuiusdam ministerio. Nuncianti enim centurioni, vt mos militiæ, factum esse quod imperasset, neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud senatum respõdit. Quod postquam Sallustius Chrispus particeps secretorum comperit, metuens ne reus subderetur, iuxta periculoso, ficta seu vera promeret, monuit Liuiam, ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur, neue Tiberius vim principatus resolueret, cuncta ad senatum vocando: eam conditionem esse imperandi, vt non aliter ratio constet, quàm si vni reddantur. Sed & lib. 2. vb. de fictitio. Agrippa (is erat Agrippæ seruus, Clemens nomine, qui Augusti audita morte, sese pro domino gessit, varioque apud multos rumore Iparso, Agrippæ nomen mentitus) is vinctus ad Tyberium dolo trahitur: & percontanti Imperatori, commodo Agrippa factus esset? fertur respondisse: quomodo tu Cæsar. vt ederet socios, subigi non potuit: nec Tiberius de eo supplicium sumere palam ausus, in secreta palatij parte iussit interfici, corpusque clam auferri.

Arcana domus Imperatorij non detegẽda.

Tiberij cautus animus.

AD EMBLEMA 13.

SVeton. in Caligula: Quo magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinę octingẽta donauit, quod excruciata grauissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in capitolium ferrent, Senatu prosequente, nobilibúsque pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtutum eius canentibus. Apud Ammianũ Marcellin. lib. 14. non tã nobilis, quàm cruenta narratur quæstio de iis crudelissimè agitata, qui in Constantium nouas res moliri accusabantur. Inter cæteros emicuit Eusebius quidam nobilis, qui ita euisceratus est, vt cruciatibus membra deessent, implorans cælo iustitiam, torum renidens fundato pectore, mansit immobilis: nec se incusare, nec quenquam alium passus: & tandem nec confessus, nec confutatus, cum abiecto consorte pœnali est morte multatus, ducebatur intre

Honos tributus liber tinæ in tormẽtis fidę.

Eusebij cuiusdam constans animus in tormentis.

Ayuntamiento de Madrid

intrepidus temporum iniquitati insultans, imitatus Zenonem illum veterem Stoicum, qui vt mentiretur quædam, laceratus diutiùs, auulsam sedibus linguam suam cum cruento sputamine in oculos interrogantis Cyprij regis impegit, hęc Ammiã. Cornelius verò tacitus lib. 15. Annal. quo loci de tormentis eorum agit, qui in Neronem putabantur coniurasse, de mulie-re quadam imperterriti & infracti animi sic: Interim Nero re-cordatus Volusij Proculi iudicio Epicharim attineri, ratusque muliebre corpus impar dolori, tormentis dilacerati iubet. At illam non verba, non ignes, non ira eò acriùs torquentium ne à femina spernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. Postero die cùm ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine sellæ, nam dissolutis membris nequibat insistere, vinclo fasciæ quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ re-stricto, indidit ceruicem, & corporis pondere connisa, tenuem iam spiritum expressit. Clariore exemplo Libertina mulier in tanta necessitate alienos ac propè ignotos protegendo, cùm ingenui & viri & equites Rom. senatoresque intacti tormenta cariſſima quæque suorum pignorum proderent.

Mulier infracti animi in tormentis.

AD EMBLEMA 14.

SAtis de Chimęra hucusque, nisi me Lycophronis interpres vt aliquid adderẽ reuocaret. Ille itaque Pegasum pro equo fabuloso agnoscit, totiusque fabulæ seriem tractat eodem pene quo cœteri modò, sed subdit ἀλληγορικὸν τῶν φυσικῶν γνω-σεως, quæ ad nostrum hoc propositum nihil attinet. Adde eũ nunquam fuisse Pegasum equum: quia nullus se vnquam vi-disse alatum equum sit testatus, at quia vir egregius Pegasus nauim conscendit, cuius alæ vela essent, locum factum esse fa-bulæ. Ad hæc Chimæram pro muliere ponit filiam Amisodari Lyciæ pręsidis, cuius fratres duo. Leo & Draco, qui cum Lycij ingressus occupassent, viatores, alios que multos trucidassent. Quod autem concordes essent, & vnã in aliorum pernicie conspirantes, tricipitem belluam illos plerique nominarunt: vt quia periti bello essent & insigni corporis præditi robore ignem expirantem dixerunt. Hos Bellerophon vicit, iniectis faucibus plumbo, id est seruitutis freno. In priori parte Leo pugnabat, Draco in posteriore, at in medio Chimæra, eo quod esset infirmior: Alij ad hunc pene modum: Chimæram (vti co-

Pegasus equo alato nec[q] quid

Bellerophon Chimeram vicit.

ligitur

ligitur ex Homero) gentem fuisse bellicosam, quam Leoni esse similem dicebant. Hæ fuerunt Amazones, quæ à facie pugnabant valdè strenuè & generosè, quas poëta cum Chimæra hoc est capra confert, quia per præcipitia incederent caprarum in modum, & in præruptis locis habitarent.

AD EMBLEMA 15.

Leonis imago in valuis templorum.

T*Emplorum idcirco ponitur ante fores*) Eruditè nõ minus quàm diligenter in suo copiæ cornu Pierius, leonis faciem illam quæ prima visa est Ezechieli, initiandorum sacrorum admonitionem nobis oblatam fuisse tradit: eamque à primis visam, quod à vita principum soleat totius populi consensus legem sibi statuere. Ponuntur itaque ad valuas templorum, vel postibus sustinendis, vel Hyperthyris, aliquando etiam pronaïs locorum, vt Deum venerari primò meminerimus. Addit etiam in pronao Taruisinę cathedralis draconem alatum vnguibus leonum duorum comprimi: draconem retorto collo leonis pectus remordere: cuius emblematis eam esse sententiam docet: prauam quidem cogitationem cor incessere: fortem animum eam protinus elidere: à læua leonem suo pectori subiicere apprehensum leũculum: generosum quippe animũ seipsum vincere.

AD EMBLEMA 16.

Constantius credulus.

INter legendum sese obtulerunt exempla quædam illustria de credulitate, ex Ammiano Marcellino, primum quidem lib. 14. de Constantio sic habet. Arelate hyemem agens Constantius post theatrales ludos atque Circenses ambitioso editos apparatu, ad diem v 1. Id. Octob. qui imperij eius annum tricesimum terminabat, insolentia pondera grauius librans, si quid dubium deferebatur aut falsum, pro liquido accipiens & comperto, inter alia excarnificatum Geruntium Magnentianę comitem partis exulari mærore multauit. Vtque ægrum corpus quassari etiam leuibus solet offensis, ita animus eius angustus & tener, quicquid increpuisset, ad salutis suæ dispendiũ existimans factum aut cogitatum, insontium cędibus fecit victoriam

Ayuntamiento de Madrid

Para rex Armenius à Valente oppressus.

ctoriam luctuosam,& cæt.Idem libro 30.vbi narrat quibus dolis interceptus & oppressus est Para rex Armeniorum Valentis iussu:qui quod accepisset eum sibi infestum, malisque artibus quibus facere & moliri, agenti in Armenia Traiano, remque militarem curanti arcanis litteris mandauit vt regem eum quoquò modo de medio tolleret. Itaque illecebrosis regem Param insidiis primùm ambiit, ei Valentis litteras egregiæ in eum voluntatis testes ostendit, modò sese conuiuã ei præbuit, ad vltimum composita fraude ad prandium verecundius inuitauit.Qui nihil metuens mali,venit,concessoque loco honoratiore discubuit. Cumque apponerẽtur exquisitæ cupediæ, & ædes pulsu neruorum, & articulato flatilique sonitu resultarẽt, iam vino incalescente, ipso conuiuij domino, per simulationem naturalis cuiusdam vrgentis egresso, gladium districtum intrans, toruo lumine ferociens quidam immittitur barbarus asper, ex his quos Supras appellant, confossurus iuuenem, ne exilire posset etiam tum præpeditum. Quo viso regulus forte prominens vltra torum,expedito dolo assurgens,vt vitã omni ratione defenderet, perforato pectore deformis procubuit victima,ictibus multiplicatis fędè concisa.Hocque figmento non fariè decepta crudelitate inter epulas quæ reuerendæ sunt ne in Euxino ponto,hospitali numine cõtuente, peregrinus cruor in ambitiosa toralia sparsus, & spumas satietati superfuit,conuiuarum horrore maximo dispersorum.Libro verò vltimo,qui est 31. de Valente. Illud ferri non poterat, quod cum legibus lites omnes quæstiones committere veteres vellet, destinatisque velut lectis iudicibus negocia spectanda mandabat, nihil agi contra libidinem suam patiebatur. iniuriosus alias & incundus, & criminantibus sine differentia veri vel falsi facilimè patens, que vitiorum labes etiam in his priuatis quotidianisque rationibus impendio est formidanda. Seneca epistola 3.non minus esse vitiosum credere omnibus, quàm nemini deputat, eodem cum Hesiodi carmine sensu, πίστις μὲν ἀνήρ ἐσθλὸν ἄνδρα. Si aliquem amicum putas esse, cui non tantum habeas fidei, quàm tibi, vehementer erras, & veræ amicitiæ vim nondum tenes. Tu,omnia cum amico delibera,sed de ipso priùs. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cùm fieri placuerit, toto illum admitte pectore: tamque audenter cum illo loquere,ac tecum.Quid est cur me coram illo non putem solum?Quidam quæ tantum amicis committenda sunt obuia

Valentis nimia credulitas.

Senecæ locus de credulitate.

Ayuntamiento de Madrid

buiis narratur,& in quaslibet aures quicquid illos vrit, exonerant:quidam etiam rursus charissimorum conscientiam reformidant,& si possent,nec sibi quidem crediturí,interiùs premunt omne secretum,neutrum faciendum est.Vtrumque enim vitium est,& omnibus credere & nulli. Citatur de credulitate hoc Menandri

Ὁ πρόνοια ταχιγνώκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρὸς ἐστὶ, πιστεύσας κακῶς.
Quicunque damnat,remque non planè audìt,
Est improbus vir,ideò quòd credit malè.

Item illud:

μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.
Credenda cunctis esse cuncta ne putes.

AD EMBLEMA 17.

NEscio an commodè huc conferam verba Senecæ,quę mihi quidem certè videntur non aliena à Pythagoreis, de quibus in commentatione nostra hactenus. Magnam vitæ partem elabi nihil agentibus : maiorem male agentibus : totam, aliud agentibus.Certè Annianus dissertationum Epicteti libro, scitè est interpretatus his pene verbis, πῦ παρελθω, vbi omisi adulationem?Quid reprehendi?num vt ingenuus ? num vt generosus? Si quid autem eiusmodi deprehenderit, se ipsum increpat & obiurgat. Quid tua interfuit ista loqui?An mentiri non licebat?Philosophi enim asserunt, nihil prohibere quominus mendacium efferatur.Tu itaque si nihil cures aliud, nisi vt recte de rebus iudices,vbi manè surrexeris, ita tecum loquere: Quid mihi deest ad tollendas animi perturbationes, quid ad tranquilitatem animi obtinendam?

Quod didicisse gruum volitantum.] Quod de anseribus,Marcellinus scribit,rostra sua lapillis occludere, Taurum mõtem aquilis abundantem, quas maximè timent, de gruibus malunt alij nostrum non est de hac lite pronunciare, vt qui anseres nunquam ad pastionem duxerimus, neque gruum ordines ita curiosè inspexerimus.

AD

Ayuntamiento de Madrid

AD EMBLEMA 19.

HVius Emblematis character ductus videtur ex mimis aliquot vetustis, in quibus est Mineruæ simulachrum cum ingenti vmbone sub qua est Noctua. Sunt & alij, quidam mimi, in quibus expressum est Palladis galeatum caput, à cuius altera parte noctua innititur prostrato carchesio: iuxtà quadrigæ cum Victoria, laurea circunducta cum baccis.

Garrula quo cornix.] Reiecta est cornix à Pallade, sicuti à Græcis accepimus, quod meditationum sit infesta peruigilio, & mentis agitationem interpellet sua garrulitate, cuius ipsa signum gerit. Sic enim Græci κράξαν dicunt de garrulis, vt cornicari Persius in Satyris. Sed & reperio cornicem in Palladis manu apud Peloponnesios vsitatum Hieroglyphicum, longe secus quàm Athenis, vbi cornices ad arcem Palladis, non aduolabant: cuius rei causam non à fabulis, sed ab ipsa natura repetit Lucretius.

AD EMBLEMA 20.

Telum, pro signo velocitatis.

TElum seu sagittam pro signo velocitatis poni, non est recens itaque Armenij sagittam tigrim vocant per quandam verbi translationem, nam velocissimum animal tigris, & fluuius rapidissimus nominis eiusdem, qui ex Armenia defluit in Mesopotamiam.

Maturare.

De verbo, maturandi, quædam adduximus quantum quidem ad nostras notas videbantur conducere. Obiter istuc ex dialogo de Oratoribus, qui tribuitur Tacito: Maturare huius libri editionem festino, vt dimissa priore cura nouæ cogitationi totus incumbam pectore. quo ex loco constat, verbum maturare non semper ita stricte sumi, vt à Gellio, Macrobio, aliis. Sed de verbo satis, nunc exempla à nobis prætermissa, resumamus. Tacitus in 2. historiar. vbi de Muciano agit, quem penè imperij socium habuit Vespasianus, maturitatem perbellè describit, &

Maturitas Muciani.

„ quidem paucis: Mucianus cum expedita manu, non lento itinere, ne contari videretur, neque tamen properans, gliscente „ famam ipso spatio sinebat, gnarus modicas vires sibi, & ma-

ioca

iora credi de absentibus. Idem historicus lib. 4. eiusdem operis in duobus principibus confert cum maturitate, vel tardatione potius, celeritatem nimiam & præcipitem ad hunc modū: Domitianus, Mucianusque accingebātur dispari animo: ille spe ac iuuenta properus: hic moras nectens, queis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis, & prauis impulsoribus si exercitum inuasisset, paci bellóque malè consuleret.

Cunctationis pulcer est apud Ammianum locus initio 16. vbi de Constantio: hinc & deinde nec itinera, nec flumina transire, posse sine insidiis putans, erat prouidus & cunctator; quod prę- cipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus & salutem. Sic idem lib. 29. de Theodosia sollerti duce sub Valente Imp. Diutius agens, vt antiquus ille cunctator, pro negocio consultabat, commentis potiùs & prudentia, quàm periculosis congressibus, hostem pugnacem & impenetrabilem iactu telorum, si fors copiam dedisset, oppressurus. Non mihi tempero quin exemplum nobile adiungam ex eodem historico, de duobus qui sub Gratiano Cæsare ducibus meruerint, quos lubens ego confero cum Fabio Maximo, & Minutio, sic itaque Ammian. 31. lib. Nannieno negocium dedit virtutis sobriæ duci. Ei Mallobandem iunxit pari potestate collegam domesticorum comitem, regémq; Francorum, virum bellicosum & fortem. Nannieno igitur secum reputante fortunę casus versatiles, ideóque cunctandum esse censente, Mallobandes autem pugnandi cupiditate raptatus, vt consueuerat ire in hostem, differendi impatiens angebatur. Cunctatio.

Ad emblema 22.

Typus Emblematis huius mihi ductus videtur ex Atticis Pausaniæ lib. 1. vbi memorat simulachrum Mineruæ fuisse olim Athenis talari veste, cuius pectus obtegeret Medusę caput eburneum, cum victoria cubitorum quatuor, & hasta in manu: ad pedes fuisse clypeum appositum: iuxtáque hastam obuolutum draconem. Emblematis typus.

Innuptas opus asseruare puellas.] Non est arx, neque possessio vlla quæ tam difficulter asseruetur, quam fœmina, ait Alexis Comicus. Difficilis fœminæ custodia.

Οὐκ ἔστιν ἔστι τεῖχος, οὔτε χρήματα,
Οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

Ayuntamiento de Madrid

Tibullus eleganter huius custodiæ difficultatem expressit.

Hæc fecere malas, hinc clauem ianua sensit,
Et cœpit custos liminis esse canis:
Sed precium si grande feras, custodia victa est,
Nec prohibent claues, & canis ipse tacet.

Quod mihi reuocat in memoriam Apollodori lepidos senarios quibus ait occludi fores prægnagulis, sed nequaquam fabrum ianuam adeò clausam ac munitam reddidisse, quin ad eam pateat aditus seli & adultero. Eius poëtæ hæc verba:

Καὶ κλεῖθ' ἡ θύρα μοχλοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἂς
Τεκτων ἐχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν,
Δι' ἧς γαλῆ μὴ μιχὸς οὐκ εἰσέρχεται.

AD EMBLEMA 23.

De diis σωωναῖς id est, eodem templo cultis.

His quæ dixi de Diis σωωναῖς, velim adiungi argutam sanè & eruditam non minùs Ciceronis optationem ex 12. ad Attic. De Cæsare vicino scripseram ad te, quia cognoueram ex tuis litteris: eum σώωναν Quirino mâlo, quàm Saluti. Tulliana hæc verba teneo, quibusuis non facilia intellectu: sententiâ verò ænigmaticam interpretor. Optat itaque Cæsarem Iulium (qui extincto Pompeio Reip. veterem faciem immutarat) Quirini σώωναν, non tam vt eodem templo, iisdémque aris colatur Cæsar, atque Quirinus, quàm vt similiter pereat, déque medio tollatur Cæsar, quemadmodum olim Romulus ad capræ paludem aduocata concione. Virgilius Deos communes appellat eodem sensu, in vndecimo Æneidos:

In medios; focos, & Dijs communibus aras.

Exempla quædam attuli in superioribus, quibus adiungo quod nunc mihi occurrit, apud Ægyrenses Amorem atque fortunam eodem in delubro coli solitos, nempe ad eorum significandam mutabilitatem. Scribit Hesiodus in Helicone idem fuisse templum Musarum & Cupidinis, quod iis scilicet Amor comparetur. Et Phornutus ait Mercurium ducem Gratiarum cúmque iis adiungi, quod ratione quadam gratificari oportet, non temerè, & in primis merentibus & dignis, nam qui est indignus, ad retributionem pigrior est & negligens.

Olea Mineruæ sacra.

Huic vsus oliui debitus.] Palladi oleam esse dicatam ex veterum commentariis didici: eandem castitati sacram, quæque humanis vsibus non pollueretur, imò quæ Deorum templis non accenderetur nisi consultò. Inter Græcos auctores plerique asse-

ueratt

Ayuntamiento de Madrid

uerant oliuam ab impudicis consitam aut nō crescere, aut fructum non ferre, qua opinione imbuti, à castis tantùm & virginibus inseri debere putant.

AD EMBLEMA 25.

Nostro quòd abusus munere.] Vini effecta quædam mala quidem adduximus, cum superiore commentatione adiūgo. Menandri celebratur illud: ὁ πολὺς ἄκρατος μικρ' ἀναγκάζει φρονεῖν. Immoderatum metum nos parum sapere cogit. Plato 2. legum, censet optimum fore, si quemadmodum Carthaginenses olim, miles in castris nunquam vinum gustet, sed toto expeditionis tempore aquam bibat: seruis nunquam permittatur: magistratus abstemij fiant, quandiu munere publico funguntur: iudices, iisque qui rebus præsunt publicis, vinum omninò non attingant, quo tempore causis & negotiis vacant. Ex Eripho Comico citantur hæc, Quibus vinum prohibitum.

Λόγος γὰρ ἐστ' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔχων.
Οἶνον λέγουσι τοῖς γέρουτας, ὦ πάτερ,
Παίδειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

Innuit, iuxta vetus verbum, certè verum, tantam esse vini vim vt senes vel nolentes saltare faciat.

Sumit cornua.] Cur Bacchus cornutus, déque primo vsu poculorum, qui è cornibus erant, quædam attigimus. Certè apud Xenophontem legimus Græcos non nisi corneis vsos poculis, & Nicandri interpretes non ignorarunt, cùm nondum apud gentes vasa excogitata essent. Noster hic suo more, ad mores & philosophiam referre, quàm ad historiam maluit. Sumere verò cornua, pro insolenter se gerere & arrogantem se præbere, præter alios Ammian. Marcellinus vsurpauit initio lib. 20. vbi de Lupicino, quem Iulianus miserat ad Britannos tumultuantes: supercilia erigentem, vt cornua, inquit, &c. Corneis vsi poculis veteres. Sumere cornua.

Hinc sapit hinc.] Apud Euripidem Bacchi verba sunt interitum minitantis Pentheo, à quo se contemni senserat: Agnosce Dionysum filium Iouis, qui si eius auctoritatem spectes, Deus est vehementissimus: idémque hominibus mitissimus: id est, γνῶσεται δὲ τὸν Διὸς Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἐν θεοῖς θεὸς δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἥπιώτατος. quod dictum est pro moribus vtentium: qui enim sapiunt, eo moderatè vtuntur: qui secus, furorem Bacchi suo non leui malo experiuntur. Et id Modus vini, ciúsque

Ayuntamiento de Madrid

explicant duo verba, χάρμα ἠ ἄχθος, ex versu Theocriti à nobis adducto: quorum prioris à Marone vis explicatur ad finem 1. Æneid. vbi dicitur, Lætitiæ Bacchus dator, vt Hesiod. 2. Operũ, δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος: Horatius. Ode 14. 2.

——— *mero*
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

Tristi autem homini & mæsto Plautus bibendum monet, vt bilem diluat, & M. Tullius 3. disputatione Tusc. calicem mulsi impigendum esse dicit nescio cui, vt plorare desinat. Hæc quidem de altero verbo, χάρμα: alterum verò ἄχθος nempe dicitur de anxietate animi déque mœstitia, est enim compertũ eos qui meraco vtuntur, fieri melancholicos, & obliuiosos, atque interdum furiosos. Virgilius:

Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes
Centauros leto domuit, Rhœcúmque, Pholúmque
Et magno Hyleum Lapythis cratere minantem.

Mercurio non vino, sed lacte sacrificabatur.

Cæterum quod vinum linguam impediat, balbutiémque inducat, Romæ olim Mercurio non vino, sed lacte sacrificabatur, quo volebant intelligere ipsam facundiã quasi lacteam dulcedinem miniméque impeditam: quod ipsum vbiuis, sed in vico quem sobrium nuncupabant fieri solemne fuit.

Qui vino abstinuerunt.

Sed nunc me doceas.] Permulti è veteribus vino in totum abstinuerunt, sed in primis Ægyptij sacerdotes, qui iidem reges fuere. Reperio tamen vsos fuisse vino in deorum cæremoniis vt tradit Hecatæus, non rem quidem gratam Diis cœlestibus oblaturi, sed gigantum cruorem, qui in Deos pugnassent propinaturi, sibi enim persuaserant vitem ex fuso in terram gigantum sanguine primùm pullulasse, vnde & amentiam & furorẽ inesse vino credebant. Primus Psammetichus Rex Ægyptius mensis vinum adhibuit, sed certa mensura. Quo pertinet illud Hesiodi, τρὶς ὕδατος πρόχεειν, τέτρατον δ' ἐμὲν οἶνον.

Tres miscebis aquæ partes, sit quarta Lyæi.

Tigrides cur Bacchi currui iunctæ.

Hac ego putem ratione Tigrides Bacchi currui iunctas à veteribus, vt indicarent moderatum vini vsum ferocientis animi sæuitiam cohibere. Sic enim Zeno Cittieus hilarior in conuiuio factus, quàm vt eius natura ferret, seuera illa quidem & philosophica, eius rei causam quærentibus dixit, Lupinum quàquam amarum, aqua tamen maceratum dulcescere. Sed placet Eubuli comici legem conuiualem huc apponere: hic loquitur Bacchus vt συμποσιάρχης:

Τρὶς

Τρῆς γὺ μόνοις κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὖ φρονοῦσι τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα
Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι, τὸν δὲ δεύτερον,
Ἐρωτος, ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ' ὕπνου.
Ὃν ἐσπόντες οἱ σόφοι κύκλῳ μόλυν
Οἴκαδε βαδίξουσι· δὲ τέτρατος οὐκέτι
Ἡμετέρος ἐστ' ἀλλ' ὕβρεως, ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς.
Ἕκτος δὲ μανίας ὥστε κῆ βάλλειν ποιεῖν.
Πολὺς γὺ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.
Tres solum ego calices viris sapientibus
Propino: sanitatis vnum quem ebibunt
Primum: est amoris & voluptatis deinc:
At tertium somni, quem vt hauserint viri
Nomen qui habent prudentum, in ædes illico
Suas redibunt: non enim quartus calix
Noster, sed est proteruis, clamoris est
Quintus: furoris sextus & pugnas ciet.
In paruum enim vas quando largum infunditur
Supplantat ipsum sæpe potorem merum.

Vltra alacer, sed mox ebrius, inde furit.] Historiarum monimẽtis proditum accepimus Cleomenem Spartanum apud Scythas vino in insaniam versum, quòd cùm eis voluisset contendere largiore vini potione. Huc referrem prouerbium, Nemo cãtat sobrius, nisi esset omnium in ore, vinique eius tenerẽt vel mediocriter eruditi. Certè vt quæ supra sunt à me adnotata hoc qualicunque auctario locupletem, reperio Thracibus in more positum fuisse in conuiuiis præliari, séque inuicem vulneribus deformare, teste Marcellino Ammiano. Quæ vero adduximus de Thrace Lycurgo lumen capient ab epigrammatario Græco anonymo: cuius hoc carmen, ex lib. 1. ἀνθολογίας.

Thracum mos barbarus.

Thrax Lycurgus vites secuit.

Τίς ποτ' ἀκηδίστως οἰνοτρόφων ὄμφακα βάκχου
Ἀνὴρ ἀμπελίνου κλήματος ἐξέταμεν.
Χείλια δὲ τυφθεὶς χαμάδις βάλεν, ὡς ἀὼ ἐδίταις
Εἰν ὑποσμιλύοις ἡμιδαὴς σκύβαλον.
Εἰνοὶ Διόνυσος ἀνάρσιος οἷα Λυκοῦργος
Οὔπω μιν αὐξομένου ἔσβεσεν σὺν θρασύνας.
Τοῦ δὲ γὺ αὖ τάχα τις δια πωμάτος ἢ πρὸς ἀείδας
Ἠνύσιν, ἢ γοῦρου κύδεϊ ἴσχε λύσιν.

Quærit poëta qua ratione quis adeò inconsideratè vnam vim altricem immaturam Bacchi ex vitis palmite abscíderit: labia

Ayuntamiento de Madrid

autem constrictus (sic enim quæ sunt immatura , sunt eadem acerba proindeq; labra hebetant,& constringunt) humi proiecit,adeò vt esset viatoribus semicomestum putamen. Imprecatur itaq; illi Dionysum hostem,sicuti olim fuit Lycurgo , quod ipsam crescentem extinxerit lætitiam : (is est Lycurgus Thrax, qui quod vites abscindi curasset, dicitur à Baccho hostili odio persecutus,vt est apud Higinum:) Nam hunc fortè per polum, aut ad cantum venisset, aut curæ luctuosæ solutionem habuisset.Si quis carmine idem malit,huc appono:

Quis temerè hanc vnam tenero de corpore matris
Ausus væsana est dissecuisse manu:
Semesámque via media proiecit,acerbus
Quod tristi sensu strinxerint ora sapor?
Infestus sit Bacchus ei,velut antè Lycurgo,
Vt qui nascentem sustulit Emphrosynem.
Hanc qui libasset quondam,vel ludere versu,
Vel poterat cura soluere corda graui.

Cui poëtæ non bene sano respondit vir multiscius Pierius Valerianus,hoc limato hexastichon:

Κᾶν & ἀρισύσας κ' οἰνοτρόφον ἔμφανα μισῶν,
Ὡς βάλε ἢ σκύβαλον ἡμιδαὶς Χαμάδις.
Χλήματα τ' ἐξετάμιν ἠδ' ὅλοις βλασοὶς ἀπὸ ῥίζης,
Ὅς τὴν αὐξομένην ἔσβεσιν ἀφροσύνην,
Τοῦδε τὶς οἰνοκάρης διὰ πῶμα τ& ,ἢ πρὸς ἄρκα
Ἤλυθ' αὖ ἢ γ' αὐτῦ τάχα λείπεται πρίπων.
Macte animis quisquis vinum hoc immite perosus,
Abiecit putri vile putamen humo,
Ramósque & plantam totam ab radice recidit,
Atque ita glisscentem sustulit Aphrosynem.
Namque aliquis poto hoc vino grauis isset ad arma,
Aut decoris poterat non meminisse sui.

Huc pertinet historia quam Hyginus retulit de Icario à pastoribus interfecto , qui vinum sibi à Baccho datum cùm iisdem dedisset , eóque facti ebrij concidissent , & sibi venenum propinatum fuisse putassent , eum fustibus interfecerunt. Reperio apud Tranquillum in Domitiano , edixisse Imperatorem ne quis in Italia nouellaret: quod enim summam quandam vini vbertatem, frumenti verò inopiam videret,existimans nimio vinearum studio arua negligi,cohibuit nimiam hominum circa vites vel curam,vel libidinem. Iussit etiam vineta in prouinciis succidi , relicta ibi plurimum parte dimidia.Et hæc fere ille.

Ayuntamiento de Madrid

ille. Sed Philostratus in Appollonij vita, causam eam diserte tradit quam supra posui, nimium eduli causam eã fuisse quod in Asia præcipue homines vino nimium indulgentes seditiones excitarent.

AD EMBLEMA 26.

DE Glauco quædam commentatus est ad Cassandram Lycophronis Isacius Grammaticus, iis omnino similia quæ supra sunt à nobis allata. Quia verò ad finem huius Emblematis ingenuè sum fassus hærere me in verbo Polydes, nescio an mihi videor nactus huius scrupuli tollendi rationem, perlecto Isaci commentario, quo loco ait Glauco vitam restitutam à Polyido vate (in cuius vocis locum, suffecit Polybidem Alcia-tus nisi me coniectura fallit). Glaucus, inquit ille, murem persequens, cùm cecidisset in cadum melle plenum, exanimatus est. Huic vitam restitutam ferunt à vate quodam Polyido, Cerami filio, qui eum casum antè prædixerat. Nam cùm Minos filium quæreret, accepit oraculum, id intellecturum se, & ei vitam ademptam restitutum iri ab eo qui diceret, cui similis esset vacca Minois, quæ in agris pascebatur. Dixit Polyidus illam similem esse rubi fructui. Quo dato responso, Minois vatẽ detinuit, & vbinam Glaucus esset coëgit dicere: ille vaticinandi arte dixit in cado suffocatum. Hoc itaque reperto mortuo, inclusus est Polyidus vnà cum Glauco, vt ei vitam restitueret. Cæterùm viso dracone ad cadauer Glauci accedente, vitæ tædio Polyidus in eum irruit, vt ab eo interfici se pateretur, sed contrà euenit, nam casu illum percutiens exanimauit. Sed statim draco alius accessit, & herbam quandam admouit draconi mortuo, cuius herbæ vi, illum excitauit. Id diligenter Polyidus obseruauit, herbáque eadem arrepta & mortuo Glauco admota, illum viuis restituit. Idem narratur à Clearcho Solensi Vitarum septimo libro.

Glauco vita restituta à Polyido vate.

AD EMBLEMA 27.

Continet & cubitum.] Cubitus hîc ingeniosè accipi non in significatione primaria, pro cubito manus, sed pro vlna, sex

Cubitus pro mensura.

Ayuntamiento de Madrid

palmorum mẽsura,tum primùm animaduerti, cùm aliud agens incidi in Iulium Pollucem qui pro eodem accipi πῆχυν καὶ γνώμονα,i. cubitum & vlnam. Non patiar hic de differentiis vlnarum,& cubitorum apud auctores controuersis aliquid commiscri,sed ad rem dico πῆχυ à similitudine cubiti, cum ad rectos angulos brachium flectitur,accipi pro instrumẽto Architectorum,quòd ex regulis duabus ad angulum rectũ coagmentatis,conficitur, γνώμονα Græci nominant, vt Latini normam. Quam esse verissimam carminis Græci(ἡ νεμεσις πῆχυν κατιχει γνώμων. & huius nostri Emblematis sententiam philologi omnes facilè indicabunt. Cæterùm qui cubitum duobus constare palmis dicunt,digitos omninò quatuor & viginti commemorant dicunt enim cubiti spatium id esse quod ab extremis vnguibus in medium brachij angulum portensum est, illud quidem squipedale. Pictores cubitum quartam corporis humani partem volunt esse. Didici etiam ab Architectis regium cubitum (id mensuræ nomen) maiorem communi tribus digitis.

Ne malè quid facias.]Huc Menander facit,

Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πάρτε, μηδὲ μανθάνειν. Idem

Ἐργων πονηρῶν χεῖρ' ἀπολύεσθαι ἔχει.

Ait nihil faciendum,nempe discendum quod turpe siet : nec occupandum manum in factis improbis.

AD EMBLEMA 28.

HIstoriam de armis Achillis lubens è Quinto Calabro, qui paralipomena scripsit ad Homericam Iliada, mutuatus essem,nisi me aliò properantem breuitas reuocata esset. Sententiam verò Alciatini carminis cum hoc Menandri monostycho comparo.

Omnia tẽpus aperit. Ἄγει δὲ πρὸς φῶς πλὴν ἀληθείαν χρόνος. *Tempus in lucem tandem veritatem trahit.*

Sed occurrit interea Senecæ cordatus sermo ex Epist. 80. Viri excellentes nullo in honore quandiu vixerunt, habiti. de virtute, quæ suos honores suumque pretium non obtinet nisi apud posteros disputat:Quandiu, inquit, videbatur, fuerit Democritus: vix recepit Socratem fama? Quandiu Catonem ciuitas ignorauit, resipuit,nec intellexerit, nisi cùm perdidit. Rutilij innocentia ac virtus lateret,nisi accepisset iniuriã:detorta violatur,effulsit.Numquid non sorti suæ gratias agit, & exi-

Ayuntamiento de Madrid

lium ſuum complexus eſt? De his loquor, quos illuſtrauit fortuna, dum vexat. Quàm multorum profectus in notitiam euaſere poſt ipſos? quam multos fama non excepit, ſed eruit? Nulla virtus latet, & latuiſſe non ipſius eſt damnum. veniet qui conditam & ſeculi ſui malignitate compreſſam dies publicet, paucis natus eſt qui populum ætatis ſuæ cogitat. Multa annorum millia, multa populorum ſuperuenient. Ad illa reſpice, etiam ſi omnibus tecum viuentibus ſilentium liuor indixerit, venient qui ſine offenſa, ſine gratia iudicent. Et hæc quidem Senecæ verba de veritate iniuria vel ignauia hominum quodam occluſa tempore, ſed tandem tamen ſuum decus obtinente. De iuſtitia verò numinis certiſſima initio lib. 1. in Rufinum Claudianus, quo loco prouidentiam diuinam fatetur ex eo quod tandem Rufinus ſceleris pœnas digniſſimas tuliſſet: Cic. pro Sextio: hunc ego nedum repudiarem? qui ita florens fuit, vt verear, ne quis me ſtudio gloriæ putet idcirco exiſſe, vt ita rediſſem, Vid. comment. Manutij fol. 139.b.

Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Abſolutque Deos, iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum
Vt lapſu grauiore ruant.

AD EMBLEMA 29.

EPigraphen huius Emblematis, etiam ferociſſimos domari, videtur mutuatus Alciatus è primo Annalium Cornelij Taciti, vbi facta Auguſti præclara paucis complectitur, déque mutatione Reipub. Rom. agit: poſito Trium-viri nomine, Conſulem ſe ferens: vbi militem donis, populum annona, cunctos ocij dulcedine pellexit: inſurgere paulatim, munia ſenatus, magiſtratuum legum in ſe trahere, nullo aduerſante: cùm ferociſſimi per acies, aut proſcriptione cecidiſſent. Typus Emblematis.

Iunxitque Leones.] Præter ea quæ de iunctis Leonibus adducta ſunt à nobis ſuperiore commentario, legimus apud Plutarchum hanc pompam non fuiſſe tum primùm ab Antonio vſurpatam: conſtat enim iam olim Annoni Duci Carthaginenſium malè ceſſiſſe, quod Leone pro iumento vſus fuerit ad ferendas ſarcinas, pulſumque in exilium eo nomine, quia id tyrannidem portendere videretur. Quod obiter mihi reuocat in me- Annon Leone vſus pro iumento.

Ayuntamiento de Madrid

moriã hieroglyphicum EMOLLITAE FEROCIAE vbi Bacchus

Bacchi currus tractus à tigridum pari: cuius animalis effigies indomitam & efferatam læuitiam arguit; sed ad rem. In Antiochi mimo videre est Leonem ferè humi procumbentem, & superuolantem noctuam: quo significatur vires cedere sapientiæ. Leo enim roboris habet hieroglyphicum: noctua verò Minervæ. Referrem & Leones subiici magnæ Deæ vehiculo fuisse solitos, eósque solis trahere currum, sed hæc non sunt huius classis. Certè in Faustinæ vetere mimo Cybele turrita sellæ Leoninæ insidet, quæ orbem intra manum & genu teneat, cum inscriptione, MATRI MAGNAE. Reperio apud Herodianũ in vita Seueri, Iulianum Elephantos quos habebat ad pompam instítutos, conatum assuefacere vt sessorem paterentur: quod ab aliis tentatum non rarò accepimus. Sed de Antonij Leonibus iam satis, si tamen admonuero id ostentũ à Cicerone ipsomet præuisum, Epistolis ad Attic. Tu Antonij Leones pertimescas, caue: nihil est illo homine iucundius, &c.

Leones magnæ Deæ currum vehentes.

AD EMBLEMA 30.

NOscopulus περὶ σχιδῶν: πέλαργος, ἰῶδιν, ἀφ' οὗ ἀντιπελάργωσις, ἐπὶ τῶν ἐπιτιμώντων χάριν, ἐφ' ὧν οὐ πάσχουσιν, καὶ ἀντιδίδοντων, διὰ τὸ τῶν πελαργῶν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας, ὅτι γηροτροφοῦσι, καὶ δημοσίαν καὶ ἀντιδιδοῦσιν τῆς γεννήσεως αὐτῶν καὶ ἀνατροφῆς

AD EMBLEMA 31.

Ignis & aqua in thuribulo & phiala.

APud Ægyptios per ignem, & aquam, vt quæ continerentur turibulo & phiala, maculas, labésue detersas elutásque optimè didicimus significari. Apud quasdam gẽtes suffitio erat in vsu, qua qui prosequebantur funus, quia polluti haberentur, aqua sparsi solebant ignem supergredi, vt qui sibi persuaderent purgationem ita fieri. In aqua puritatem hanc intellexit Catullus, cum ait:

Aut quilibet qui puriter lauit dentes.

Puras atque habuisse manus,] Verba Iustiniani quæ integra reperiuntur in primo Codicis, titulo de mandatis principum, hus

Ayuntamiento de Madrid

adscribam, digna quidem illa quæ litteris aureis passim consignentur: Δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν, καὶ καθαρὰν διοικεῖσθαι χωρίς, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν χεῖρας. διὸ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους, μήτε μείζονος, μήτε ἐλάττονος, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς παρὰ τῶν δημοσίων σοι χορηγουμένοις. ἢ γὰρ διά τι σαυτὸν διά τι τῶν περὶ σε καθαρὸν αὐτοῖς πανταχόθεν φυλάττειν τὸ δίκαιον. Oportet igitur te purè susципientem hoc administrationis minus, procul ab omni largitione, præ aliis omnibus mundas seruare Deo nobisque & legi manus, nullúmque lucrum contingere, neque maius neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negociando, sed contentum esse solis à fisco tibi ministratis, & tam per te, quàm per eos qui circa te sunt, purum eis vndique seruare ius, Suetonius in Tito ait, Pontificatum maximum ideò se professus accipere, vt puras seruaret manus, fidem præstitit.

AD EMBLEMA 32.

Bene nummati.] Horatius 1. epist.

At bene nummatum decorat suadela, Venusque.

Cicero 2. in Rullum: non minus bene nummatus, quàm egregiè capillatus. Ammian. Marcellin. lib. 14. Si ad aliquem bene nummatum, tumentémque loculis honestus aduena salutatum introiris.

AD EMBLEMA 33.

ANtipatri extat epigramma certè nobile in Platonis, diuini hominis tumulum, cuius animam ad sepulchrum è cœlo allapsam in speciem aquilæ dicit:

Αἰητέ, τίπτε βιήνδε ἵπτερ τάφον, ἢ τινὸς, εἰπὲ
Ἀστρόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπιᾷς,
Ἦ ψυχὴν ἐμὶ Πλάτωνος, ἀπὸ πλαμύδος ἐς ὄλυμπον
Εἰκών, σῶμα λιγὴ γαῖα δὲ τῆς ἔχει.

Cur aquila ad tumulum hunc volitas dic: nunquid ab astris
Hîc habitare Deum fortè aliquem intuita es?

Imò

Ayuntamiento de Madrid

Imò anima extincti fum diua Platonis, Olympum
Quæ colo, sed corpus terrigenum Attica habet.

AD EMBLEMA 34.

ET *nimium fœlix sæpe timenda fuit.*] Alexidis hoc laudatur:

Καὶ δυτυχὴς γὰς εἶναι, προσδοκᾶν
Α' εἴ τι δεῖ, καὶ μή τι πιστεύειν τύχῃ.
Fortuna quamuis sit tibi prosperrima
Semper aliquid timeto, diffidens ei.

Illicitis absque tenere manus] Anacharsis Scytha eo gestu repertus est apud Solonem dormiens, vt altera manu pudenda, altera os obsignaret, continentiæ & silentij signa exprimens. Duæ enim sunt in homine membra, quę non nisi admodum difficulter edomari possunt, lingua nempe & genitalia. Itaque quod Anacharsis toto ætatis suæ tempore bellum voluptatibus indixerit, statuis eius inscriptum fuisse legimus, γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ αἰδοίων κράτειν. Quare cum sacerdotes Ægyptij frænum libidinibus imponendum esse suaderent, viri genitale manu cohibitum & repressum pingebant. Referrem quæ de Alexandro Macedonis continentia ab historicis memorantur, qui nuptam mulierem attingere, neque Darij filias captiuas videre sustinuit, sed hæc sunt in ore omnium.

Continentiæ gestus.

Α'τιμαγελῆ.

Sic se continet à grandis.] Huc pertinet egregium Aristotelis verbum ἀτιμαγελῆ de tauro dictum, qui seorsum à vaccarum consortio & grege pascitur, id est, abarmentatur. Quæ laudatur hic continentia, fuit in Druso, qui se vxori seruauit integrum, quandiu versatus est in expeditione Germanica. Et Pescenius Niger ignarus rei Venereæ fuisse dicitur, nisi quàtum liberis procreandis impenderetur. Claudian. 2. de laudibus Stiliconis quo loci laudat pudicitiam Theodosij:

Hinc fuit vt primos in coniuge diſceret ignes,
Ordiríque virum non luxuriante iuuenta,
Sed cum lege thori casto cum fœdere vellet.

AD EMBLEMA 35.

FLauius Vopiscus in Saturnino de Gallia nescio quid tale scripsit; Saturninus, ait ille, oriundus fuit Gallis ex gente omnium

omnium inquietissimis & auida semper vel faciendi principis vel auxilij.

Obtrudere palpum] Grauissimam offensam tulit Vespasianus, quod Neroni cantanti aut discederet aut obdormisceret, vt est apud Sueton. in Vespasiano.

Regia quam morem.] Tacitus lib. 1. Historiarum, in oratione Galbæ Pisonem Licinianum adoptantis : Irrumpet adulatio blanditiæ pessimum veri affectus venenum. Suadere principi quod oportet, multi laboris. Hæc ille. Marcellinus verò Ammianus passim de assentatoribus Constantij Imperatoris, Iuliani virtuti laudique detrahentibus, sed maximè ad finem lib. 16. ita scribit: His tot ac talibus prospero peractis euentu, in patio Constantij quidam Iulianum culpantes, vt princeps ipse delectaretur, Victorium siue Victorinum ideò nominabant, quod verecundè referens quoties imperaret, superatos iudicabat sæpe Germanos. Interque exaggerationem inanium laudum, ostentationemque apertè luculentium, inflabant ex vsu Imperatorem suopte ingenio nimium, quicquid per omnem terræ ambitum agebatur, felicibus auspiciis eius assignantes. Quocirca magniloquentia elatus adulatorum, tunc & deinde edictis propositis, arroganter satis multa mentiebatur, se solum cum gestis non affuisse, & dimicasse & vicisse, & supplices reges gentium erexisse aliquoties scribens: & si, verbi gratia, eo agente tunc in Italia dux quidam egisset fortiter contra Persas, & cæt.

Adulatio in aulis principum

Adulatores Constantij.

AD EMBLEMA 36.

HVius Emblematis primarius typus mihi videtur, nisi coniectura fallor, petitus è Quintio auctore Græco, qui editum quendam locum & admodum asperum, difficilémque assensu tradit, cuius in summitate palma consurgat, illicque virtus insideat, nimirum ex montis asperitate varios & difficiles labores: ex palma verò temporis diuturnitatem intelligens. Nullus enim est qui virtutem aliquam possit assequi nisi multis laboribus diuque perpessis. At temporis diuturnitas nullo signo figurari melius potest, quàm id quod anni & mensis habetur symbolum. Huc facit illud Quintiliani: Desinit in aduersa niti qui peruenit ad summum, scandenti circa ima, labor est.

Emblematis prototypus.

Mentis

Ayuntamiento de Madrid

Patientiæ constantiæque præmium.

Mentis qui constantis erit.] Seneca 2. de ira: Mille sunt in quibus pertinacia omne impedimentum transcendat, ostenditque nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam indixerit. Et deinde: Nos non aduocabimus patientiam, quas tantùm præmium expectat?

AD EMBLEMA 37.

COrnelius Tacitus extremo de moribus Germanorum Fennos ita describit, Fennis mera feritas, fœda paupertas: non arma, non equi, non penates. Victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Idémque venatus viros pariter ac fœminas alit. Passim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quàm vt in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt iuuenes, hoc senum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, suas alienásque fortunas spemetuque versare. Securi aduersus homines, securi aduersus Deos. Hæc Tacit. Quibus ex verbis facilè colligo ab Alciato sumptum emblematis exemplar. Eadem penè descriptio erat accolarum ad Nilum apud Ammian. Marcell. lib. 14. non longè à principio.

Typus Emblematis.

Vstus perpetuo gelu.] Locus Pompeij Festi, vbi pruinam derivat a perurendo, quia virgulta & fruges perurat, suppeditauit etiam mihi, curæ, verbum, quod à cor vrendo deflectunt, & illud Ennianum:

Vrere, verbum.

——*Curamue leuassо,*
Quæ nunc te coquit.——

Ammianus Marcellinus initio ferè libri 17. accipit vt hic noster: Et quoniam aëris vrente sæuitia, cùm discriminibus victimis laborabatur. At μεταφορικῶς sæpe reperias, vt apud poëtam, aliósque non rarò: qualia sunt hæc.

——*Vritur infelix Dido, totaque vagatur*
Vrbe furens.——&, *Vrit atrox Iuno.*

Suetonius in Tiberio: Vrebant insuper anxiam mentem varia vndique conuicia. Seneca epist. 3. Quidam obuiis narrans, & in quaslibet aures, quicquid illos vrit, exonerant. Marcellinus libro 20. perfugæ vrebant Iuliani virtutes, quas per

Ayuntamiento de Madrid

per ora gentium diuersarum fama celebrior effundebat. Idem ad finem eiusdem libri Super his vrebat eius anxiam mentem quod velut patefacta ianua diuitis domus, irritus propositi reuerteretur, loquitur de Constantio ab expeditione Persica incassum reuertente. Lib. 22. vbi de Iuliano bellum in Persas meditante: vrebatur bellandi gemino desiderio.

AD EMBLEMA 39.

Dextræ iũctæ pro cõcordia.

CVm iis quæ adduxi è Cornelio Tacito locis velim addi hæc ex eodem lib. 2. histor. Cẽturionem Sisenem, dextras concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, variis artibus aggressus est. Dextras hîc pro quodam vsitato fidei symbolo depicto in auro, argentóue aut alio quouis metallo accipi non repugno, quo sensu hîc locus alius Taciti sumitur libro historiarum primo, vbi de initio principatus Vitellij: Miserat (ait) ciuitas Lingonum vetere instituto dona legionibus, dextras hospitij insigne. In permultis veteribus numis duæ manus iunctę ostenduntur, additis inscriptiones, FIDES EXERCITVVM: nonnumquam etiam, FIDES ROMANORVM.

Fortasse huc pertinet illud Pythagoræ, Ne cuiuis dextram porrexeris, ne scilicet quempiam temere in interiorem nostri amicitiam admittamus. Et verò poëta nullius antiquitatis ignarus, Ex dextra fidésque, ait nimirum fœdus concordiam per dextram significari. Viderat hoc longè antè Xenophon lib. 5. de institutione Cyri. πρὸς Υ'ρκανίους, οἷς τοὺς ὅρκους πρὸς τὰς δεξιὰς ἔδωκα, ἐμπεδώσω. Scholiastes Aristophanis hunc morem attigit, ἔθος ἦν πίστεως χάριν δεξιὰς δεξιᾶς διδόναι ἀλλήλοις. Mos ille solemnis olim fuit apud Parthos, vt qui dextris complexis, tamquam diis præsentibus & arbitris, pacta sanciret. Idem Medi obseruerunt & Persæ, qui dextræ fideique pignore confirmabant, si quid ratum esse vellent. Id vno verbo Græci eleganter dicunt, δεξιοῦσθαι.

AD

Ayuntamiento de Madrid

AD EMBLEMA 41.

Imperatoris & militis munera.

DE consilio deque viribus ad res maximas vnà gerendas coniunctis, adduxi nonnulla, sed addo isthæc ex declamatione Quintiliani 317. Inter præcipuas vires est, Imperatorem non pugnare aliquando. Sic extrahitur hostis: sic impetus subitos partis aduersæ mora frangit: sic intercluſos commeatibus, in deditionē venire, fame cogimus. Itaque herclè legimus militem robustum, legimus iuuenem: Imperatorem facimus senem. In illis enim vis corporum, & manus sola spectatur: in his, consilium, & ratio, quæ bona procedentis ætatis, in locum virium subeunt. Ipsum præterea nomen Imperatoris satis significat, non exigere, manum ipsius. Imperator enim debet præcipere.

AD EMBLEMA 42.

Mare pro tumultu.

O *Ceanus quamuis.*] Obseruaui non rarò apud auctores literatos, vitæ huius nostræ perturbationes, tumultus, clades, marinis fluctibus comparari, vt apud Græcos & Latinos sæpe, in sacris verò libris sæpissimè. Sic poëta,

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti.

Idem nubem belli dixit alio quodam loco. Si quis autem causam requirat cur aqua pro vehementioribus ærumnis accipiatur, prompta ratio est, quia pericula, casusque reliqui corpora soleant ex una parte aliqua labefactare: sed aqua vniuersa ita tim circunfusa corpori, ipsum obruit, eique sese tuendi consilium omne adimit.

AD EMBLEMA 43.

DE eo regum cōuentu quem attigi supra, existit epigramma Iani Lascaris quod sese mihi alia atque alia lectitanti vltrò se obtulit.

Ayuntamiento de Madrid

Num Martis castra, an Veneris tentoria fulgent
Argento atque auro? aſt ære micant proceres.
Et Marti grata & Veneri, Venus aurea: ferrum
Mors amat: in precio eſt tempore quóque ſuo.
Littora ad Oceani ſummi cum coniuge vterque
Conuenunt Reges, Regia tecta vides:
Conueniant alacres ad publica commoda: Tures
Europæ excedent finibus atque Aſiæ.
Eximij Heroum, Ledæa vt ſydera nautæ,
Vos ſeruatores terra fretúmque colit.

AD EMBLEMA 44.

BOnus Euentus.] Legi de veteri numiſmate Imperatoris Titi, vbi quoddam ſimulachrũ fuit, BONI EVENTVS AVGVSTI, dextra paterã, ſiniſtra papauera tenens, vt apud Plin. Et in Seueri numo eadem boni Euentus ſpectatur effigies, figura ſtolata, ſtante, dextra pateram cum frugibus, ſiniſtra ſpicam & papauer tenente. Boni Euẽtus imago.

Quid manibus mortis tela refracta geris?] Ammian. Marcell. libr. 31. quo loci de bello planè cruento & miſero aduerſus Germanos agit: Et cùm omnia cæſorum corporibus opplerentur, iacebant inter eos quidam ſemianimes ſpem vitæ inaniter vſurpando. Ita planè Tibullus: Spes etiam in moribundis.

Iam mala finiſſem letho, ſed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore ſemper ait.

Apollodorus Comicus huc reſpexit, cùm ait non oportere animum abiicere eum cui aliquid aduerſi ceciderit, ſed ſemper exſpectandum eſſe melius.

Οὐδέποτ' ἀθυμεῖν τὸν καιρῷ πράσσοντα δεῖ,
Ἄνδρες, τὰ βελτίω δ' ἀεὶ προσδοκᾶν χρεών.

AD EMBLEMA 45.

IN varij Caſſiodori formulis multa ſunt quibus hic locus cõmodè poteſt exornari. Alacrirer, ait, incumbendum eſt inchoatis, cùm iam exſpectatur aliquid quo nos perfeciſſe gaudeamus, ſpes enim efficiendi laboris tædium adimit: magnúmque illicitum & incitamentum, ſi nobis perſuadeamus id per- Inceptа cõſtanter perficienda.

Ayuntamiento de Madrid

fectum iri quod percupimus. Idem 8. lib. Natura ipsa boni ad-
" hibita perseuerantia præliatur: qua minus est si quæ laude di-
gna iudicantur incipiamus, quàm quod consultò est incœptum
persequamur.

AD EMBLEMA 52.

De Actæone varia.

QVod narratur de Actæone in ceruum transformato, sunt qui fabulam putant, plerique historiam malunt, auctore maximè Plinio, qui Actæonem & Cippum cornutos editos memorat. Quin & Maximius Tyrius à veris canibus Actæonem laceratum fuisse dicit apud Corinthios, huiusque facinoris auctores Bacchiadas appellat. Ad quod apud Homerum legitur, Dianam per montium errantem iuga telis delectari, capras & ceruos fugaces venando persequi, sunt qui referant ad fabulam Actæonis: alij veterum sicuti philosophiam, sagittas eas quæ ceruum assequuntur, solares radios indicare volunt ἀφ' γλυφίδας, quorum nēpe radiorum re percussu, cornua ipsa pro conditione loci, vbi luna est, & apparent & obducuntur. Sed hoc in carmine Alciati illustrando, placet mythologia quam acceptam ferunt Anaximeni: nimirum quod Actæon periculo quæ multa venando pertulerat tandem expensis, ætate iam affecta timidior factus, in ceruum dicatur mutatus, cúmque canes nihilo secius aleret, suum omne peculium absumpsit, hinc que à canibus laceratum. Sed de his plus satis. Maluit Alciatus, & quidem ingeniosè torquere in eos qui latrones furésque recipiunt: aut etiam (vt verbis vtar Marcellini de deprauatis Romani populi moribus agentis lib. 14.) qui familiarium agmina tanquam prædatorios globos post terga trahunt, ne Sannionis quidem domi relicto, vt ait Comicus.

AD EMBLEMA 53.

Chamæleontem non solo vesci aëre.

QVæ de Chamæleonte adducta sunt à nobis ex Plinio, non probantur omnibus, & iis quidem eruditis. Linguam enim hoc animal (inquiunt) sesquipalmum longam habet quam porrò in insecta, quibus maximè vescitur, exerit ac vibrat

Ayuntamiento de Madrid

vibrat: eiúſque mucore ſcarabeos, locuſtas, formicas, muſcas ad ſe adducit: fatentur tamen ad multos menſes famem tolerare.

AD EMBLEMA 54.

CVm epigrapha huius Emblematis conuenit illud Senecæ de beneficiis 4.c.27. Quomodo malè filiæ conſulit, qui illam contumelioſo & ſæpe repudiato collocauit: quomodo malus paterfamilias habebitur, qui negociorum geſtorum damnato patrimonij ſui curã mandauerit: quomodo dementiſſimè teſtabitur qui tutorem filio reliquerit pupillorum ſpoliatorem: ſic peſſimè beneficia dare dicetur quicunque ingratos elegit in quos peritura conferat. Non fidẽdũ ei qui fidem fregerit.

AD EMBLEMA 56.

PLerique rotis fortunæ, &c.] Extat exemplum longè pulcherrimum apud Ammianum, hiſtoriarũ lib.26. de Cilice quodam Procopio, qui vana quadam modus ambitione deſciuit ab Imperatore Valentiniano: imò verò imperium mercatus, imperatórque appellatus leni paucorum ſuſurro illectorum precio, deinde tumultuariis ſuccłamationibus plebis, multos ad ſuam factionem cõcitauit, plurimas ſtrages edidit. Sed tandem victus poſt fædam ſuorum defectionem, captúſque Imperatori offertur reticens atque defixus: ſtatímque abſciſſa ceruice diſcordiarum ciuilium gliſcentes turbines ſepeliuit, ad veteris Perpennæ exemplum, qui poſt Sertorium inter epulas obtruncatum dominatione pauliſper potitus, è frutectis ſub quibus latebat extractus, oblatúſque Pompeio, eius iuſſu eſt interfectus. Miſerrimus Procopij Ciliacis caſus.

Poſt magnam humani generis.] Seneca epiſt. 95. Multi inueniuntur qui ignem inferant vrbibus, qui inexpugnabilia ſeculis, & per aliquot ætates tuta proſternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quaſſent. Multi ſunt qui ante ſe agant agmina, & tergis hoſtium graues inſtent, & ad mare magnum perfuſa cæde gentium veniant. Miſera principum quorundã ambitioſorum fortuna.

Ayuntamiento de Madrid

Sed hi quoque vt vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatique restiterant. Tunc enim alios agere visi sunt, agebantur, Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deuastandi, & ad ignota mittebat. Nec Cneo quidem Pompeio extrema inire bella, aut domestica virtus, aut ratio suadebat, sed insanus amor falsæ magnitudinis, modò in Hispaniam & arma Sertoriana, modò ad colligendos piratas ac maria pacanda vocabat. Hæ prætexebantur causæ ad continuandam potentiam. Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? gloria & ambitio, & nullus supra cæteros eminendi modus. Quidni C. Marium semel consulem (vnum enim consulatum accepit, cæteros rapuit) cùm Teutonicos, Cimbrósque concederet, cùm Iugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio. Ideóq; cum multis fuerunt mali, pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quoque senserunt. Et hæc quidem Seneca. Cæterum nolim hoc loco prætermitti, Phaëtontem hinc scitè ab Alciato comparari cum ambitiosis & improuidis principibus, vt tacitè alludaret, meo quidem iudicio, ad Tiberii de Caligula dictum, quod enim sagacissimus senex Tiberius naturam adolescentes Caij Caligulæ sæuam atque probrosam non poterat inhibere, aliquoties prædicabat exitio suo, omniúmque Caium viuere: & se natricem (serpentis id genus est) populo Rom. Phaëtontem orbi terrarum educare.

Alexãder. Pompeius.

Cæsar. Marius.

Cum Phaëtonte principes ambitiosi cõparati.

AD EMBLEMA 58.

In eos qui supra vires quicquam audent.

EPigrapha hæc respicit ad illud Hesiodi ex 1. ἔργων:

Ἄφρον δ' οὐκ ἐθέλοι πρὸς κρείονας ἀντιφερίζειν
Νίκης δ' ὀρθότατα, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Insipientis ait esse cum potentioribus velle congredi: qui ita se gerit, longè abest à victoria, & adhæc damna patietur atrocia.

Ayuntamiento de Madrid

AD EMBLEMA 59.

Τὸ τολμᾶν ἀδύνατον, κοὐδὲς οὐ σοφός : Conari quod fieri non potest non pertinet ad sapientem. Helenæ verba sunt ad Menelaum apud Euripidem. Nullâ, sapientiâ inquit, Seneca epistola vndecima, naturalia corporis aut animi ponuntur vitia: quicquid infixum & ingenitum est, leuiter arte non vincitur. Quædam nec disciplina nec vsus vnquam excutit, sed natura vim suam exercet, & illos vitij sui etiam robustissimos admonet. Hæc vt dixi, nulla sapientia abigit, alioqui haberet rerũ naturam sub imperio sui, si omnia eraderet vitia. Quæcunque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multùm se diúque animus composuerit, hærebunt. Nihil horum vitari potest non magis quàm accersiti. Vitia naturalia vix facilè tolli.

AD EMBLEMA 60.

Quo tempore vites &c.] Cum loco Horatiano supra citato à nobis, & Pliniano, coniungo illud Ausonij consentaneum in Mosella,

------- Inde viator.
Riparum subiecta terens, hinc nauita labens.
Probra canunt seris cultoribus.

AD EMBLEMA 63.

Qua stimulante iras concipit.] De leonis iracundo animo ter- Leonis ira
si sunt hi Lucretij versus:

------- Calidi plus est illus quibus acria corda
Iracundáque mens facilè effervescit in ira,
Quo genere in primis vis est violenta leonum,
Pectora qui fremitu rumpunt plerunque gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Horatius quo loco verba facit de excandescentia peritè dixit, Promethea insani leonis vim stomacho apposuisse nostro.

Furias excitat indomitas.] Philæmon Comicus:

Μανέντα πάντες ὀπόσαν ὀργιζόμεθα.
Τὸ δ' οὐ κατασχεῖν ὅτι τῶν ὀργῶν πένες.

Ayuntamiento de Madrid

Et Cicero Tuscul. 4. An quicquam est similius insaniæ quàm ira? quàm bene Ennius iram initium dixit insaniæ. Et furiarum tædas ardentes dixit in Paradoxis aduersus Clodium.

Ad emblema 66.

Ἀφὲτ τὰ φανερὰ, μὴ δίωκετ' ἀφανῆ, vt è Menandro citatur.

Ad emblema 71.

Inuidi rebus à Iuliano gestis impensè detrahebāt apud Constantium.

AD finem huius placet addi exemplum insigne inuidæ maledicentiæ ex Ammiano lib. 17. quo loco narrat quantum apud Constantium Augustum detraxerint assentatores rebus præclarè à Iuliano gestis: Omnes qui plus poterant in palatio adulandi professores rectè consulta, prosperéque facta vertebant in risum, talia sine modo strepentes insulsè, in odium venit cum victoriis suis capella, non homo: vt hirsutum Iulianum carpentes, eúmque talpam loquacem nominantes, & purpuratam simiam, & litterionem Græcum: & his congruentia plasma, atque vernacula principi resonantes, audire hæc taliaq; gestienti, virtutes eus obruere verbis impudentibus conabantur vt segnem incessentes, & timidum, & vmbratilem, gestaq; scitis verbis comptioribus exornantem: quod non tunc primitus accidit. Namque vt solet amplissima gloria obiecta esse semper inuidiæ, legimus in veteres quoque magnificos Duces vitia criminaque (etiamsi inueniri non poterant) finxisse malignitas spectatissimis actibus eorum offensam: vt Cimonem Milesiæ filium insimulatum incesti, qui propè Eurymedonta Pamphylium flumen Persarum populum deleuit innumerum, coëgitque gentem insolentia regis elatam, obsecrare supplicíter pacem. Æmilianum itidem Scipionē, vt somniculosum, æmulorum accusari maleuolentia, cuius impenetrabili vigilantia obstitit in pernicié Romæ duæ sunt potentissimæ vrbes excisæ. Nec etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa scrutātes, cum nihil vnde vituperari deberet, inueniretur, duo hæc obseruārūt ludibriosa & irrita, quod genuino quodā more caput de to vno scalpebat: quódq; aliquādiu tegēdi vlceris causa de

mis, fasciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare vt dissolutum: alterum vt nouarum rerum cupidum asserebant, nihil interesse oblatrantes argumento subfrigido, quàm partem corporis redimeret regiæ maiestatis insigni, in eum virum, quo nec fortior, nec cautior quisquam patriæ fuit, vt documenta præclara testantur.

AD EMBLEMA 72.

Index libidinis hircus.] Hinc puto torquẽdum Aristotelis verbum τραγίζειν, quod nonnulli vertunt, hirquitalire, id est in morem hircorum salacium clunes mouere & lasciuire quanquam ab hircino odore fæculento alij trahant. Non possum transilire quod retulit Pausanias de simulachro Veneris hirco insidentis. ad significandam nimirum coitus insanam petulantiam. Idem Atticis, narrat historiam de Satyris, eorúmque libidine valdè prodigiosam: quam se ait accepisse ab Euphemo Care. Is cùm nauigaret in Italiam vi ventorum pulsus ad extimum mare, quod nauigari non soleat, perlatus est. Insulæ ibi multæ sunt ac desertę, quarum incolæ sunt agrestes homines. Eæ insulę nominantur Satyrię, in quibus homines rubicundi, qui caudas in medio dorso habeant, equinis non multò minores. Qui statim vbi senserunt nouos venisse hospites, ad nauigium, quasi facto impetu, accurrerunt, nullámque vocem ediderunt, sed mulieribus vnà aduectis manus iniecerunt. Nautę metu perculsi, barbaram mulierem in insulam proiecerunt. Eam Satyri non solùm qua parte naturæ consuetudo permitrat, sed & toto corpore libidinosè violarunt.

Historia prodigiosa de Satyris.

AD EMBLEMA 74.

Vir gregis est aries.] Hanc loquendi formam vsurparunt auctores certè graues, vt missum faciam Ciceronem, qui Orationem in Pisonem, admissarium pro homine immoderatæ libidinis dixit. Papinianus enim de admissario Tauro,

-------stabulíque maritus.

Et Saluianus in 7. de Prouidentia: Hi verè vt emissarij equi,

Ayuntamiento de Madrid

non ad paucas tantùm, sed penè ad omnes vernulas suas, id est ad greges proprios irruebant, & in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, feruidæ libidinis debacchatione grassantes, in quancumque eos primam fœminam ardens impudicitiæ furor traxerat, irruebant.

AD EMBLEMA 76.

Et rationem animi perdere quisquis amat.] Simile est istud Menandri:

Ἀλλ' ὅταν ἐρῶντας νοῦν ἔχειν τις ἀξιοῖ,
Παρὰ τίνι τὸ ἀνόητον οὗτος ἔψηται;
Carere amantes mente si quis non putat,
Quos esse potius mentis expertes putet?

AD EMBLEMA 87.

Emblematis exemplar.

EX vno Pythagorico symbolo Emblemata duo finxit Alciatus: nam desidere in modico, &, in chœnice figere sedem, idem sonat, sed variè tamen accommodatur. Iam verò quædam licet paucula, sunt hîc adiicienda, non indigna cognitu. Docemur eo symbolo non debere nos in vitæ nostræ sportulis ita spem collocare, vt sede in eis statuta totum ætatis tempus ociosè traducamus, sed aliquam ineamus rationem, vt nostra industria victum comparemus, neque semper ab aliorum ope pendeamus, vti supra satis. In diuinis autem literis modus hieroglyphicum est doctrinæ Iudaicæ, veritatis lumen sub eo recondentes, sicuti explicat Hilarius in Matthæum.

AD EMBLEMA 88.

Iugum, pro legum symbolo.

Rectati legibus.] Cum superioribus isthæc adiungo: arctatos legibus pro iis qui legum nexibus, & quasi iugo continētur. Nam & iugum, legum symbolum fuisse interpretes quidam rerum sacrarum docent. Rectè apud Virgil. in 1. Æneid.

legisque

Ayuntamiento de Madrid

----- legésque viris, & mœnia ponet.

Qui enim legibus parent, similitudine quadam colla subdere iugo videntur: vt subire iugum inferiores, qui potentiorum parent imperiis.

AD EMBLEMA 89.

Vt ris rapimur, piscibus eripimur.] Cornel. Tacitus 3. hist. dixit, Valenti mare tutius, quàm littera, aut vrbes.

AD EMBLEMA 91.

Fœmina, iners animal.] Menander sic:

Γυνὴ τὸ σύνολον ἔστι δαπανηρὸν φύσει:
Mulier natura est omnino sumptuosa. Idem,
Γυνὴ πολυτελὴς ἐστ' ἐχλυρὸν, κἂν ἀφῇ
Σῶν τ' λαβεῖν θ' ἁπαξ ὡς βούλεται.

Res est per molesta sumptuosa fœmina quæ non sinit maritum arbitrio suo viuere. Huc spectat Hesiod. comparatio fucorum cum muliere, in Theogonia, quam lubens transilio, vt ad alia veniam.

AD EMBLEMA 92.

NOn est mihi dubium quin, cùm auctor hic suum carmen cuderet, vel memoriæ adiutus thesauro, egregiam Taciti descriptionem sibi tanquam archetypum fingeret. Sic enim ille lib. 15. Annal. vbi de Neronis lasciuis amplissimè: Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorbo, facetiis scurrilibus: primo in contumelias assumptus: deinde optimi cuiusque criminatione eoúsque valuit, vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis præemineret. Scurræ descriptio.

AD EMBLEMA 95.

Rabulam.] Ranę vox, rauca, inquit Festus, parúmque liquida, proximè canum latratum sonans: vnde causidicus pu- Rabula quis & vnde.

Ayuntamiento de Madrid

gnaciter loquens, rabuja. Nostri vernacula lingua numquam nisi cõtumeliosè chicanos appellãt rabulas, forte à verbo Græco κιχάνειν, corripere, offendere inuentum aliquod comparare ad decipiendum, malim tamen à voce σικανὸι, Siculorum enim gens querula, & controuersa natura.

AD EMBLEMA 98.

Globo cur fortuna insidet.

SPheræ seu rotulæ fortuna insidet ad eius instabilitatem significandam. Et quidem quæ primum fortuna dicebatur, à vortendo digammi mox mutatione in F. literam affinem, fortuna vocitata est: cuius nimirum præcipua vis est summa imis commiscere, rerúmque inducere mutationem.

Aduersus vim fortunæ est ars facta.

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνδρώποις τέχνη.

Ars hominibus est infelicitatis portus nempe sua cuique ars pro viatico est. Item illud,

Τύχη τέχνην σύρηκας, οὐ τέχνη τύχλω.

AD EMBLEMA 100.

Quatuor temporum symbola.

TEmporum anni quatuor alia esse apud alios symbola nemo nescit, vt veris, cista florum, quia vere cuncta floreſcunt. Cista vero spicis referta æstatem refert, vt est apud Eusebium. Et copiæ cornu vuis & pomis plenum autumni est index: sicuti mensa apud ignem parata hyemem significat.

Aduemisse hyemem.] Apud Hesiodum cornix habetur pro hyemis hieroglyphico:

Μή τοι ἐφεσσομένην πρώϊην λακέρυσα κορώνη.

Vere nouo.] Hirundines plures à mari conuolantes verni temporis indicium esse docent auctores. Sed ciconiam reperio etiam Veris esse notam. Ea enim adueniente hyeme migrat in regiones calidiores, vere nos inuisit. Sed & nonnulli addidere in ætatis pictura, quia constat esse ex erraticis æstatis. Adhæc Miluius eiusdem tẽporis verni ponitur indicium, quia verno primùm tempore incipit apparere, certúmque sit eius nuntium. Eiaui nomen ἰκτῖνος ab aduentu, quod magno rusticorum & pauperum desiderio exspectatus accedat.

AD

AD EMBLEMA 104.

Figit arundo.] Pro sagitta hic arundo sumitur: ob vsum enim quem sagittis conficiendis præbent arundines hæ pro illis accipi palam est.

AD EMBLEMA 105.

DE Hercule scribitur ab Ouidio:

Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis,
Non potuit luno vincere, vincit amor.

Scuticam tenet.] Scutica quid sit, fortè non omnibus notum. σκύτος pellis est, vnde scutica quia fiat è corio siue pelle: hinc scuta quia pellibus operta. Sed habeo penes me libellum membrana descriptum, in quo, præter alia quædam, commentarius est nunquam quod sciam, editus in Satyras Persij; scuticam ergo sic definit innominatus ille: Scutica erat quædam corrigia, habens in summitate nodos quosdam in modum fabæ: de qua Terentius: Hæc faba cudetur in me. hæc ille: huc ego prouerbium refero: Vnica scutica impellit omnes, Chiliad. 2. Cent. 10. Prouerb. 65. Scutica.

AD EMBLEMA 106.

APud Euripidem Hippolyto, nutrix Phædram heram alloquitur, eique amorem suadet, in quo si quid sit vitij, culpam omnem in Venerem confert,

Φοιτᾷ δ' αὖ αἰθὴρ, τῇ δ' ἐν θαλασσίῳ
Κλύδωνι Κύπρις, πάντα δ' ἐκ τούτων ἔφυ.

Viuit per æthera: estque in marino æstu Venus: omnia verò ex eo nata sunt.

Altera sed manu flores gerit.] Τὸ αὖθις, καὶ τὸ ῥόδον, promiscuè poni, apud poëtas solemne est. Sed non est hic prætermittendum lepidum Ausonij Epigramma: (quod iandiu tribui Virgilio cœptũ, inter eius appẽdices etiam nunc legitur) de Rosa: Rosa Veneri dicata.

Vidi Pestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo rosida Lucifero. deinde,
Ros vnus, color vnus, & vnum mane, duorum
Sideris & floris nam domina vna Venus.

Forsan

Ayuntamiento de Madrid

Forsan & vnus odor, sed celsior ille per auras
Diffiatur, spirat proximus iste magis.
Communis Paphiæ Dea sideru, & dea floris
Præcipit vnius muricis esse habitum.

Certè Philosophi quidam odorem rosæ & colorem à Veneris stella proficisci existimarunt, quare poëta Venerem semper ore loqui roseo dicit.

AD EMBLEMA. 107.

Amor omnium domitor,

ANacreon: Οὐ δὶ ἠχὰ θεῶν δωάστης,
Οὐ δὲ ἠχὰ βροτοὺς δαμάξει.
Menander: Δέσποιν', ἄρρητος ουδὲν ἰσχύει πλέον
Οὐδ', αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Χιὼς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντ' ἀναγκαῖος ποιεῖ.

Dicit nihil amore potentius, vt neque ipse Iuppiter, qui in cœlo diis aliis imperet, ab amore coactus ei obsequatur. In Troadibus Euripidis Helena factum suum excusans apud Menelaum maritum, confert omnem culpam in Venerem à qua coacta sit, his verbis:

Τὸν θεὸν κάλαξε, καὶ Διὸς κρείσσων γενοῦ,
Ὃς τ' μὴν ἄλλων δαμέντων ἴσχει κράτος
Κἄνης δὲ δοῦλος ὤν. id est:

Obiurga Deam: & fias Ioue potentior, qui aliis diis imperat, huius quidem (Veneris nempe) seruus est.

AD EMBLEMA 108.

Ἀφροδίτη Venus vnde dicta.

QVia de turpis amoris quibusdam affectis nonnihil attigi, iisque maximè quibus eruditi plerique, & qui sapientiam prontentur, argui nonnunquam solent, nescio an huc rectè audeam coniicere τῆς ἀφροσύνης, id est veneris, ἐτυμολογίαν, quam παρὰ τὸ ἀφραίνειν à desipiendo non ineptè quidam deflectunt. quod confirmat Euripides quo loco ait, τὰ μωρὰ πάντ' ἐν ἀφροδίτης βροτοῖς: hominum esse stultitias quæcunque veneris causa fiant. Et Cytheream, veneris nomen Grammatici deflectunt παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐν ἔρωτας, τοῦτ' ἔστι ῥᾴπτειν ἐν ἀκολασίαν: quia vt inquit Cicero 1. de Officiis, qui ad voluptatem corporis paulò sunt propensiores quamuis ea capiantur, occultant & dissimulant tamen appetitum propter verecundiam.

AD

AD EMBLEMA. 112.

Qui das tot noxia vulnera.] Athenæus lib.13.cap.4.dipnosop. numerat bella propter mulieres excitata.

AD EMBLEMA. 113.

Cur nudus agat?] Nudus pingitur amor, quia hic affectus tegi & dissimulari non potest : Ouid.in epistolis: Cur nudus amor.

Sed male dissimulo: quis enim cælauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo? &,
Qua licet & possum, luctor cælare furorem:
Sed tamen apparet dissimulatus amor,

Quo sensu dixit Antiphanes Comicus duo esse quę regi occultariue non possunt, amorem nempe & vinolentiam, quod si quis temerè neget, statim arguitur mendacij. Et ea imprimis causa factum puto vt obiter dicam, qua Bacchus in statuis omnibus pingatur nudus, sicuti supra docuimus.

Flectere corda iecur.] Philosophi libidinis vim & sedem præcipuam in iecore putant contineri, quod Lactantius in Opificio Dei tradidit. Sic etiam Mathematum professores censent à venere iecur ipsum regi: qua ratione sedem amoris, poëtæ iecur agnoscunt, Cupidinemque iecur sagittis appetentem vlcerantemque suis queruntur carminibus. Iecur, sedes libidinis.

Tænia cæco vtilis est.] Verrius Flaccus scribit tænias esse laneum honorati capitis ornamentum. Ennianum citatur illud: Tænia.

Volans de cælo cum corona & tæniis.

Iucundus labor est, lasciua per ocia.] Labor opponitur ocio: duoque hæc simul, eodemque tempore & eodem modo possunt in eodem hærere subiecto, vt loquuntur philosophi vnde illa sunt de amore vulgò etiam nota, ex ocio amorem nasci, ipsumque ocioſum esse : sed amatores ipsos laboriosam & ærumnarum plenam vitam trahere. Vnde illa Ouidiana : Ocia si tollas, &c. Tam Venus ocia amat, quia facilè solet amor irrepere in malè feriatos & desides animos, quique ferè nulli honesto labori dant operam. At vbi sunt amoris correpti vinctique laqueis, tum demum sentiunt sese laboriosam vitam agere. Ex quo hæc eiusdem poetæ. Amor ex ocio, & idē laborem creare dicitur.

Militat

Ayuntamiento de Madrid

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.

Item. — *Amor edit inertes,* &,

Militiæ species amor est, discedite segnes.

Glans pro mentula.

Cæterum quod primo commentario monui, glandem accipi pro mentula, obscœno nempe significato, confirmo Arcadum epitheto, qui βαλανοφάγοι dicti, ob luxus nimios & obscœnam Venerem legibus vetitam. Et id quidem symbolum glandis in nigra clypei planicie mihi suggerit eiusdem sensus hieroglyphicum. Veteres pingebant Venerem myrto coronatam. Myrtus pudendi muliebris significatum habet. Iulius Pollux Onomastico carunculam esse dicit intra muliebre pudendum lasciuo quodam motu nonnunquam subsaltantem. Hinc iocus apud Aristophanem, vbi chorus senum ait, ensem posthac se in myrti ramo gestaturum. Qua de re fabula hæc à Græcis circunfertur: Faunus Hecaten filiam solicitauit ad stuprũ: quem cùm auersaretur petulantem, ille virga myrtea fertur eam primum verberasse, deinde vini tormẽtum adhibuisse, mox in anguem conuersam spiris totam implicuisse, atque ita pudicitiam virginis rapuisse. qua fabula virga myrtea, nequitiæ est imaginatio, vinum mentis hilaritas, at angues multiplices modi voluptatis repræsentant. Innuit hoc poëta,

——*Quos durus amor crudeli tabe peredit*
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit.

Puncia glans clypeo.] Etiam clypei nomen, latens & arcanum habet significatum clypeum quidem à κλύειν, dici, volunt, quod cluere, i. morem gerere significat: vel eo quod clepat, & celet totum corpus, vt notat Sosipater Charisius: vel γλύπτειν, eo quòd imago & facies cuiusque redderetur: quas tamen originationes aliqui trahunt ad obscœnum sensum, de quo hic aliquid aperte dicere me pudor vetat. Vide Godestat ad veget. fol. 129.

AD EMBLEMA 114.

APud Euripidem Iphigenia, verba Menelai Agamemnoni mores mutatos obiicientis ob imperium & honorem ei delatum.

Α'νδρα σὺ χρεὼν
Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα
Τοὺς τρόπους μεθιὶς ἀναν.

Α'λλὰ

Ayuntamiento de Madrid

Ἀλλὰ καὶ βιέσιον εἶναι τότε μᾶλιστα τοῖς φίλοις,
Κρινὼ ὠφελεῖν μᾶλιστα δυνατὸς ἐστιν ἰυτυχῶν.

Virum bonum non decet, auctum rebus prosperis mores commutare: sed stabilem esse tunc amicis, cùm iuuare maximè potest, felix existens.

Aeternæ tantum te cepit vrbis amor.] Epitheton id vrbis æternæ, mirum quàm sæpe vsurpatur in historiis Marcellini, nam prætor locos à me in superioribus adductos commentariis, placet & alios quosdam sublegere. Sic enim idem Ammian. lib. 21. In locum Tertulij Maximum vrbi præfecit æternæ. Et 13. iisdem diebus legatos ad se missos ab vrbe æterna. Item 25. Tyberis intersecans vrbem æternam. At 26. Aphronianus regens vrbem æternam. Initio 28. sæuiens per vrbem æternam vrebat cuncta Bellona. Eodem: per hæc & alia quæ decolorabant speciē vrbis æternæ, deinde post: Funera deplorauit vrbs æterna. Quod elogium certè magnificum ne cui videatur omnino ridiculum, huc confero nummum veterem, in quo Romæ simulachrū est in sede cum ancili, & inscriptione, ROMAE AETERNITAS. Et quidem ipsum Romæ nomen, nationes nonnullæ ex patriæ linguæ significatione æternitatem interpretantur. Plutarc. libro de fortuna Romanorum, fortunam ait Tyberi traiecto, alis positis, exutis talaribus, abiecta instabili pila, ita Romam ingressam: quod iudicium esset eam ibi constanter permansuram, neque in posterum aliò non abuolaturam. Teneo tamen memoria quid de ea vrbis æternitate iam olim sensere Octauius Augustus, qui, vt Plutarc. retulit apopthegmatis, cum obseruaret Pisonem ita magnificè ædes excitantem, vt propter materiæ firmitatem quam adhibebat, videretur cum æternitate pacisci, aut ædificium nunquam interiturum cogitare, sic dixit: Pisonem ita ædificare quasi Roma foret æterna. Non repetam miseram Romæ deflagrationem sub Genserico barbaro principe, quamque fædè attritum fuerit id imperium sub Athalarico & Odoacre, id enim commodiùs ex Paulo Diacono & Orosio mutuandum est. Vrbs æterna, Roma.

AD EMBLEMA 115.

SIrenas semiuolucres appellat Lycophron in Cassandra, alij semiferas vertunt, quo loco Isacius meminit victoriæ Musarum,

Ayuntamiento de Madrid

rum, quæ se alis Sirenum coronarunt. Putat tamen fuisse portentosas, earumque fabulam trahit ad allegoriam, dicit enim nomine Sirenum τὰς ἡδονὰς intelligi: & scorta eas fuisse quæ lepôre suo nauigantes retinerent, tradit idem ex Plinio iuniore.

Sirenes quid.

Aspectu.] Huc pertinent illa Hecubæ ad Menelaüm verba ex Euripide Troadib. quo loco ei suadet vt Helenā de medio tollat.

Ὁρᾶν δὲ πλὸν δὲ φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ
Ἀϊδεῖ γὰ δέμασιν ἀνδρῶν, ἐξαιρεῖ πόλεις,
Πίμπρησι δ' οἴκους, ὧδ' ἔχει κηλήματα.

Cernere hanc fuge, ne te trahat sui desiderio: capit enim virorum oculos, ciuitates delet, accendit ædes, sic enim habet mulcimenta.

AD EMBLEMA 116.

HVc pertinet illud Menandri.

Γέρων ἐραστὴς, ἰσχάτη κακὴ τύχη.

Senex amator summum est fortunæ malum.

AD EMBLEMA 117. In colores.

DE coloribus iterum quędam, sed obiter, vt in mentem veniunt, placet addere, quo emblematis ratio omnis fiat illustrior, Plato itaque in Timæo dicit colorem, splendorem esse quendam defluentem sigillatim de corporibus, & talibus quibusdam partibus, quæ sunt aptæ ad oculorum sensum. Colorum autem sunt pene innumerabiles differentiæ, sed de notioribus, iisque maximè quas Alciatus hic attingit, agimus: primumque de colore pullo, luctibus & funeribus accommodato, eum obseruamus esse terræ colorem, quæ magna sui parte pulla est: quodque mortuis iniiciatur, instituto maiorum, qui iusta persoluunt mortuis, induuntur pullis palliis, terræ nimirum colore: indeque nominantur plærisque atrati pullati. Nam pullum sæpenumero cum atro confunditur: sic enim mors atra dicitur, eò quod cadauer extincto calore vitali, & exhaustis spiritibus

Color pullus.

Cur pullæ vestes in funeribus.

Mors atra cur.

Ayuntamiento de Madrid

ritibus atrum relinquitur. At differt ater à nigro, quoniam omnis ater niger est: at non omnis niger, ater est, ater enim horroris aliquid habet, estque visu tristis & iniucundus, proindeque lugentibus peculiaris, at niger non item: est enim nonnunquam lepidus & venustus. Ater à nigro differt.

Color Albus purissimus, quocirca pro sincero capitur, cùm transfertur ad animum, cum eo confundunt Candidum: inde Candor animi pro simplicitate puritateque non rarò accipitur. Itaque apud omnes ferè nationes mos inoleuit, vt ad Dei cultum indumentis Albis vt plurimum vtantur. Quo refero illud è Saty. 2. Persij: Albus. Candidus.

— Negato
Iuppiter hæc illi quamuis te albata rogarit.

Et flamen Ioui sacra faciens albatus erat, albóque pileo vtebatur. Magi etiam Persæ putabant Deum non delectari nisi in albis vestibus, fuit & Vestalium suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum. Itémque serui accepta libertate albis vestibus vsi memorantur, vti liquet ex Septimio Florente. Denique fuit iste color modestiæ signum, vt purpura ambitionis, sublimísque animi & elati. Huic illud Alexandri de Antipatro, quem quidem ob modestiam commendabat: foris Albo pallio vtitur, inquit rex, intus autē totus purpureus, notabat simulatam hominis ambitiosi, & summa appetentis parsimoniam. Flamen Iouis albatus. Vestales albatæ. Serui manumissi. Album & purpureū quid.

Color viridis, herbarum color est, & auis psittaci, & lapilli, quem smaragdum nominant, huic colori similis est Prasinus, qui nomen Prasinæ factioni dedit. Appellatur hic color etiam cæruleus, vt à Græcis glaucus, vnde Pallas γλαυκῶπις, à veteribus Latinis cæsia, quasi cælia, à colore cæli, ait Nigidius. Viridis. Prasina factio.

Flauum, alij venetum, vulgò blauum appellitant, colorem illum quidem à factione Circensi nobilitatum. Quidam eundem esse ac cæruleum volunt, quem Græci κυάνεον, nonnulli Lazurion. sed inter hos magnum discrimen. Flauiæ familiæ nomen dedit flaua cæsaries. Lucanus 10. belli Pharsalici, Flauus. Factio Veneta. Flauia familia.

— Tam flauos gerit altera crines
Vt nullas Cæsar Rhemi se dicat in aruis,
Tam rutilas vidisse comas.

Loquitur de Cleopatræ pedissequis. Sic Iuuenal. 13. Saty.

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro.

Ayuntamiento de Madrid

Achilles flaua coma, & Menelaus.

Legi alicubi flauam Achillis comam, caloris & iracundiæ fuisse argumentum: quoniam ij ferè sint ξανθοχόλοι, id est, flaua bile laborantes, & ad iram propensiores qui crines flauos habent. Sed tamen flauum fuisse Menelaum memorant, virum quidem mitem, proindéque mollem bellatorem.

Rubeus.

Rubeus, ex animantium sanguine, & quo lana inficitur, crocus, vnde coccineæ vestes. i. purpureæ, vestis autem rubicunda erat pugnæ acieiue committendæ apud Romanos symbolum, vt Plutarc. testatur multis locis.

Cæruleus.

De cæruleo nihil ampliùs, quàm à cælo denominari, nostri colorem cælestem dicunt, non quod cœlum particeps sit coloris alicuius, sed qa ita nobis appareat. Proinde sacerdotes Ægyptij Deum veste indutum cærulea, quia præcipua eius in cœlo sedes, effingebant. Non referam quæ notantur à Plutarcho de colore Isidis & Tiphonis cæruleo, hæc enim ἀπροσδιόνυσα. Hinc colorem cæruleum ἁλουργὲς à colore maris, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, dici volunt, vt enim cœlum cæruleum, sic mare cæruleum dicunt poëtæ. Cærulei coloris vestis nominatur etiam cymatilis, quia nomen ab vndis trahit. Ouidius.

Isis & Tiphon cærulei.

Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis.

Cymatilis.

Κῦμα enim fluctum sonat. Apud Plautum vestis cymatilis, est vndulata, nos camelotum vocamus.

Canus color ísque natiuus.

Çandido colori proximus est, quem canum nominant: qui color est albi nigriq; particeps. Græcis λευκόφαιος, qualis est capillorũ & barbæ in senibus, vnde canicies appellata. Is natiuus color est, vt qui non inficitur, sed ex ipsa ouis lana ita capitur.

Cinericius.

Quia verò cineri penè similes est, cinericius, inde vestes cinericiæ, quales Franciscanorum sodalium, huic colori proximus est rufus, quem penè refert giluus, seu heluus sic nominatus, à vini genere quod colorẽ habet inter rufum albúmque, russum barbari appellant, aut russeum: alij saginatum quasi sanguinatũ, qui sit cruentato similis. Est & ille qui dicitur impluuiatus pullo similis, sic nominatus quasi fumato stillicidio implutus. Sunt qui volunt suasum esse, à stillicidio factum fumoso in albo panno, & is color est peculiaris monachis, quos Minimos appellant, Parisini Bonos homines, eo fortasse sensu quo aurei homines seculi aurei ob morum vitæque simplicitatem, quam ipsi profitentur: vestis enim natiui coloris miniméque infecti, vitæ innocentis & ab omni alienæ luxu index est. Tum autem primùm cœpit hominum exundare luxuries, cùm natiuas lanas cœperunt ad cultum tingere.

Rufus.

Impluuiatus.

Fuluus,

Ayuntamiento de Madrid

Fuluus,est color cœli & stellarum : qua ratione sydera fulua dixit Tibullus. Sed hìc existimo intelligi maximè Rauum colorem,qui obtusus est quodammodo atque obscuratus. Gellius cap.20. lib. 2. ex Frontone docet fuluum videri de rufo atque viridi mixtum,& in aliis plus viroris, in aliis plus habere ruffi. Vide apud eundem reliqua. Fuluus.

Ianthinus qui & violaceus,ex quo Tirianthinus, è purpura factus & viola,vt nomen indicat, hinc vestis Ianthina Martial. in 2.Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ, significat vestimenti genus infecti purpura violacea, quo de colore perdoctè Bayfius c.3.de re vestiaria. Ianthinus.

Vt varia est natura coloribus in gignendis.] Vt sunt colores in infinita penè varietate,sic eorum nomina varia diuersaque:sicuti ab herbis seu floribus, hiacynthinus, violaceus,roseus,papaueratus,malachinus:à plantis,phœniceus,buxeus, prasinus, à virentis porri folio:à locis,Tyrius,Punicеus,Indicus:ab animantibus,vt ceruinus,mustellinus,colorinus, coracinus : ab aqua, aquilus,neque albus neque niger,ait Festus : Cæterum quia nihil absque luce possumus intueri, variéque ipsa mutetur lux, non est mirum si cum luce varient ipsi colores. Ea de re nonnulla Cælius Rhodig.antiquar.lectio.17.lib.cap.7.

AD EMBLEMA 118.

SOcratis sententiam de cornu Amaltheæ volo ita restitui τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἐξυγιάζων τοιαύτης τινὸς ἀναφορᾶς ἕνεκεν. Amaltheæ cornu explicans eò referri volebat, vt esset symbolum quo designaretur is qui minimè dissolutus esset,sed intentus operi,genus omne boni consecuturum. Vocabulum enim Amaltheæ loco μὴ μάλθων, hoc est non dissoluti poni: per cornu verò,bonis,&c.

AD EMBLEMA 119.

IN eos qui sibiipsis violentas manus afferunt lõgè plura peti possunt ex refertissimo tum sapiẽtum,tum historiæ scriptorũ

Ayuntamiento de Madrid

penu. sed prætermissis aliis ferè omnibus succurrit nobilis apud Hegesippum disputatio, quo loco Iudæi obsidione pressi à Tito Vespasiano, extra omnem spem coniecti mucrones iamiam in se parant, alióque ad simile adhortantur facinus. A qua sententia eos conatur reuocare Iosephus, multis iisque validis rationibus. Quis enim, ait, animam suam nollit ex ipso mortis corpore, si liceat, exsolui? At soluere non licet, nisi ei qui ligauerit. Iuncta est anima corpori, naturæ quodam quasi vinculo. Quis naturæ auctor nisi præponens Deus? Ecquis hoc animæ & corporis contubernium à Deo informatum intercidere aut dissociare audeat? Si quis seruus manibus suis imposita vincula, ita volente & iubente Domino, non exspectato eius arbitrio detraxerit, is damnabitur, vt qui Dominum iniuria certè graui affecerit. Nos verò Dei possessio sumus, ipsique seruitium debemus: itaque vt serui exspectemus imperia: vt vincti, nos in vinculis contineamus, vt fideles, depositum fide omni & religione asseruemus. Nō est recusandum vitæ istius munus quod à Deo nobis est permissum ac concessum, nec refugiendum istud profectò cæleste ac diuinum naturæ donum. Species est contumeliæ, si quis aspernetur ac reiiciat quod ab homine vel offertur, vel dono datur: quanta cura seruare debemus quod à Deo gratis accepimus? Eius enim munere ac dono viuimus & spiramus: ipsius ergo debet esse vt simus, quamdiu volet. Siquidem vtrumque ad ingratum hominem pertinet, & citiùs vita cedere quàm volet, & diutius velle vitam producere quàm volet qui vitæ auctor est. Optarunt permulti viri pij ex hoc corpore quasi è quodam carcere & vinculis excedere: nullus tamen ex iis vnquam fuit qui sibi necem inferret. Quod si quid est in morte lucri, furti est instar præripere quod exspectatur.

Locus Hegesippi. lib. 3. c. 17.

Ioseph nobilis adhortatio ad Iudæos ne sibi ipsis manus inferant.

Si viuere bonum est, sacrilegium est, vitam amittere antequá reposcatur. Si glorioſum est in bello, multò glorioſus est pro patria mortē oppetere. Malo hostium latrocinio perire, quàm meo. Latrocinium meum est si mihi manus intulero violentas: si hostes, beneficium erit. Vtque hanc mihi necem facilius persuadentis, ministras vestras manus pollicemini. Sed neque meo ipsius, neque vestro scelere perire volo. Nonnulli ex vobis asserunt suaue esse pro libertate mori: sed dico perinde esse suaue pro libertate viuere. Timidus est & qui mori detrectat cùm oportet, & qui mori cupit, cùm non oporteat. Nam quis nescit esse muliebre ne moriare mori velle? Constat enim aliquando vsuueniſſe vt perculsę metu mulieres, cum sibi aliquod

immi

Ayuntamiento de Madrid

imminere periculum præsentirent, sese de edito loco dedisse precipites. Reuera qui sunt animi anguſti & pusilli, quidquid timendum putant, horrent, ipsumque mortis metum perferre non possunt. At vir fortis, qui non metuit ea quæ instant, quæque futura sunt cogitat, non trepidat. Quid causæ est cur damnatur qui seipsum interfecerit? quia nihil est adeò alienum à naturæ legibus. Nullum est ex animalibus brutis quod nõ consentiat inter se mutua quædam cõcordia. Naturæ lex omnibus insita, vitã tutari, & à sui abhorrere interitu admonet. Informẽ leti laqueũ homines inuenerũt, feræ quanquã immites nesciũt. Quod si quis dicat ferarum morsus pro armis esse, dentésque vt gladios & sicas videri: quis, inquam, aliquando vidit belluam vel adeò ferocem quæ membrum sibi secuerit, séque vitæ muneribus priuarit? Nobis quid amicius vita, quid tam inimicum quàm mors? Denique qui vitam alterius ope consilióve tutatus erit, defensor est: qui vitam alteri tollere conatur, insidiator est. Si ergo necem tam miseram támque ab omni non dicam humanitate, sed vniuersa natura alienam censemus exsecrabilem, quid causæ est cur ipsi nobis inferre volumus? Iure insectaremur eum gubernatorem, qui commissam sibi nauem saxis illideret, vel eam quomodo ad naufragium faciendum perforaret: nos à Deo nobis nostri corporis gubernationem ferro exscindemus, & voluntario naufragio addicemus? Sed obiicitur mihi cita mors cùm peruenero in hostium manus, hoc si ita est futurum, quid faciam lucri, si quod ab hoste metuo, hoc mihi ipse inferam? fieri enim potest vt desequiat hostilis ira. Id non aliter se habet ac si quis gubernator metu tempestatis, quam præuiderit, nauem fluctibus obruendam curet. An verò quod supplicia grauiora sit exacturus hostis, ideò putatis auteuertendum: an quia fortis & intrepidi animi censetis argumentum mortem sibi consciscere? Sed ita se gerere imbecillitatis potiùs habendum est suffugium, nõ trophæum virtutis. Sit igitur apud nos cõstitutum, id neque esse fortitudinis, nec habere aliquod momentum vtilitatis. Quid enim adiungam, violare depositi religionem? Deus thesaurum dedit optimum, inclusum illud quidem in hoc fictili vase, idque custodiendum dedit pro arbitrio tempestiuè repetiturus. Nunquid in vtroque crimen, vel abiicere depositum non reposcenti qui dederit, vel negare reposcenti? Pœna infamiæ est si quis homini depositum non reddiderit: quanto magis violare Dei depositum? Anima in corpore depositum est, quam vt inutilem nobis remittimus, atque do-

Ayuntamiento de Madrid

mo pellimus, corpúsque ipsum sui gratia spoliamus atque in terram resoluimus. Cur hinc exeundi præceptum non exspectamus? Miles non discedit à castris, nisi accepta tessera: seruus imperio Domini retinetur: sin aliter fecerint, alter desertor, alter fugitiuus est. Qui seruus herum fugerit pœnę est obnoxius, quāquam improbum fugerit. Nos cum optimum omnium fugiemus, possumus non astringi impietatis flagitio? hęc ille longè præclarè & conditè, vt nihil apud Platonem vel sapientes alios eruditiùs. Vide Lactant. lib. 3. c. 18. & 23, initio.

AD EMBLEMA 121.

Acutum omni acie hoc signum, &c.] Mutationem repentè afferre occasionem Menandri docet monostichon.

Τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταβάλλει τὰ πράγματα.

Cuncta domans.] Voluit exprimere Græcum epitheton, παντα-μάτωρ ὁ καιρός, rebus enim permultis causam & initium dat occasio, vt etiam quæ potentem è paupere faciat, ait Menander,

Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος, Et,

Καιροῦ τυχὼν γὺ πίωχὸς ἰσχύϊ μέγα.

Fortunæ pilæ insistens cum nouacula.

Imo & strenuos facit qui non erant.

In dextra est tenuis dic vnde nouacula.] Fuit & fortunæ simulachrum pilæ insistens cum nouacula, cum nauali clauo, & copiæ cornu nouacula significat felicitatis amputationem: pila eius volubilitatem, clauus, vitæ nostræ cursum sub eius ditione: cornucopiæ, bonorum largitionem.

Pergula.] Plin. 35. de Apelle: perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. Lactant. 1. c. 22. ex Lucio.

Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.

AD EMBLEMA 123.

Stratagema Megarensium.

CVm hoc Antiochi stratagemate, coniungo historiam certè nobilem de Megarensibus, qui afflicti ab Antipatro ad exitium vsque, illéque vteretur Elephantis, excogitarunt porcos pice oblitos, & iniecto mox igne flammatos in Elephantorum gregem immissos, quo facto Elephanti statim in fugam conie-

Ayuntamiento de Madrid

conjecti victoriam Megarensibus reliquerunt. Et quidem nullum animal est æquè inuisum Elephanto atque porcus, adeò vt eius præsentiam nullo perferri modo possit, atque cum primùm audit grunitum, fugam elephas arripiat. Cæterum veteres in bellis multùm fuisse vsos Elephantis facilè est videre apud auctores rerum antiquarum. Ammianus Marcellin. lib. 19. Lux nobis aduenit mæstissima, Persarum manipulos formidatos ostentans, adiectis Elephatorum agminibus, quorum stridore, immanitatéque corporum nihil humanæ mentes terribilius cernunt: Idem eodem lib. Vbi de pompis funebribus filij Regis Chionitarum Grumbatis, in obsidione Amidæ vrbis balista perfossi: Occidentali portæ, inquit, oppositi sunt Segestani, acerrimi omnium bellatores, cum quibus elata in arduum specie Elephantorum agmina, rugosis horrenda corporibus, leuiter incedebant armatis onusta, vltra omnem diritatem tetri spectaculi formidanda. Idem lib. 25. vbi de Iuliani in Parthos expeditione: Post hos Elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculentos hiatus vix mentes pauidæ perferebant: ad quorum stridorem, odorémque & insuetum aspectum magis equi terrebantur: quibus insidentes magistri, manubritas cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisebin memores cladis, etsi ferociens animal vires exsuperasset regentis, ne reuersum per suos, vt tunc acciderat, collisam sterneret plebem, vertebram quæ caput à ceruice disterminat, ictu maximo terebrabant. De Elephantis ex Ammiano.

Barrus.] Ammian. sic lib. 16. Cornuti & Braccari vsu præliorum diuturno firmati excipiunt eos, iam gesturientes barritum ciere vel maximum: qui clamor ipso feruore certaminum à tenui susurro exoriens paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum. Idem lib 26. de Procopio agēs imperium fædè ac miserè mercato: pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum, nuncupatum imperatorem stipatúmque de more consentientes in vnum, reduxerunt ad castra. Lib. vero 31. sic: Et Romani quidem voce vndique Martia concinentes, à minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant. Barritus clamor quis.

AD EMBLEMA 124.

Τὰ μεγάλα δῶρα πῆς τύχης ἔχει φόβον,
Καὶ τὸ παῦν λαμπρὸν οὐκ ἀκίν δυνον κυρῆ. Fortunæ varietas.

Ayuntamiento de Madrid

Οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει,
Οὔ περιπτερυγωτὸν ἢ περόεσσα τις ἢ φθόνῳ,
Ἐ πᾶν ἐπ' ἄκρον τις τῶν καλῶς πράξειεν δράμῃ.

Ait Apollodorus Comicus. Sic verò Latinè,

Habent perampla dona fortunæ metum,
Periculoque non carent præclustria:
Nec vlla celsa tuta sunt mortalibus,
Quæ euertere vel tempus solet
Felicitatis culmen vbi quis attigit.

Eodem spectant verba Hecubæ ad Vlyssem ex Euripide.

Οὐ χρὴ τοὺς εὐτυχοῦντας, οὗ δοκεῖν πράξειν ἀεὶ
Κ' ἐγὼ γ' ἦν ποτὲ, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι,
Τὸν πάντα δ' ὄλβον, ἥμαρ ἓν μ' ἀφείλετο.

Non decet felices existimare se felices semper fore. Ego enim eram quondam, nunc non sum amplius: cunctas sed opes dies vnica mihi abstulit. Citatur illud Menandri,

Ὡς εὐμόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι:

Quàm facilè cadunt qui secunda fortuna vtuntur.

AD EMBLEMA 126.

Equus in ingressu itineris cespitans.

LEgi alicubi equum in ingressu itineris cespitantem, aut prioribus lapsum pedibus, pro inauspicato signo à veteribus accipi solitum fuisse. Cùm enim Sulpicius Galba in prouinciam exiens, ad portam ipsam Canterium suum cecidisse animaduertisset: Rideo, inquit, Canterie, te iam lapsum esse, cùm tam longum iturus iter, vix ingressus laberis. Quæ historia prouerbio locum dedit, in eos qui animo deficiunt ipso statim negocij principio. Multæ sunt eiusdem argumenti apud M. Tullium historiæ libris de diuinatione.

AD EMBLEMA 127.

Locus Gregorij Turon. de locustis,

DE locustarum depastione ferè quid simile narrat Gregorius Turonensis historiæ Franciæ lib. 6. cap. 33. sub regno Childeberti prouinciam Carpitaneam grauiter à locustis fuisse vastatam, vt non arbor, neque vitis, neque sylua, aut frutex, vel

Ayuntamiento de Madrid

vel quicquam viride remaneret quod non locustis euerteretur. Et cap. 44. locustæ de Campania prouincia, quam per quinque corroserant annos progressæ, quasi publicum tenentes aggerem, ad aliam prouinciam huic vicinam se receperunt. Harum spatia extendebantur in centum quinquaginta millia longitudinis: latitudo verò in centum milibus terminabatur. Hæc ille.

Castra Xerxis.] De Xerxis exercitu, si mauis habere fidem Isacio Tzetzi Lycophronis interpreti, hæc habe: Numerus exercitus Xerxis erat, quingentæ myriades: naues mille ducentæ & sexaginta: quadringentis talentis opus erat exercitui singulis diebus.

AD EMBLEMA 128.

EPigrapha huius è Plauto petita, refert illud Menandri, Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἀεὶ φέρει. & illud, Τὰ δ' ἀσχρὰ κέρδη συμφορὰς πολλὰς ἔχει. Quo sensu apte dixit Euripides, τὰ δὲ τοὺς ἀδίκως κεκτῆσθαι οὐκ ἔχειν σωτηρίαν. Hoc malum esse maximum dicit Menander, quia qui aliena volunt vndique corradere, spe sua excidunt, & ipsimet periclitantur: nam contrà quàm sperabant, bonis aliorum sua tandem adiiciunt, eáque admittunt. Comici hæc verba sunt:

Aliena corradere, lucrum non est.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν,
Οἱ γὰρ θέλοντες πρόσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας,
Ἀ ποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι.
Τὰ δ' ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

Refert Corn. Tacitus 1. historiarum grande gaudium Romanos inuasisse, quod ij tam pauperes forent quibus donasset Nero, quàm quibus abstulisset. Sed audiamus longè graue & cordatum Plauti monitum. Sic enim Rudente:

O Gripe Gripe, in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ vbi decipiuntur dolis.
Atque ædepol in eas plerumque esca imponitur:
Quam siquis auidus posci escam auariter,
Decipitur in transenna auaritia sua.
Ille qui consultè, atque astutè cauet,
Diutinè ei vti benè licet partum benè.

Viscera ab ore fluunt.] Notus est ex Syllana defensione M. Cic.

Ayuntamiento de Madrid

locus, de iis qui tanto amore suas possessiones amplexi tenent, vt ab eis membra diuelli citius & distrahi posse videantur. Ammian. vero Marcellin. lib. 17. Dum nullus obsisteret, &c. ex barbarorum viscеribus alimenta congesta sunt.

AD EMBLEMA 133.

CVm his quæ antea dicta sunt ad tumulũ Galeacij, déque inscriptione illa magnifica, *Quis parvis magnum me super imposuit?* Velim annecti quæ mihi nunc occurrunt ex aliis certè non pœnitendis auctoribus. Sic igitur Horatius Epod. Oda. 9.

---- Affricano, cui semper Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit.

Velleius Paterculus de Carthagine: Eam vrbem inuisam Romano nomini Pub. Scipio funditus sustulit, fecitq; suæ virtutis monumẽtum. Sed interea dum hæc meditor, nescio quo modo mihi præ cæteris placet Martialis sanè argutum & lepidum de Pompeio & filiis cenotaphium:

Pompeios iuuenes Asia, atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes, si tamen vlla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Dion Nicæus in Adriano: postquam venit in Græciam spectauit mysteria, cúmque per Iudæam in Ægyptum veniisset parentauit Pompeio, de quo hunc versum fertur dixisse,

Τῷ νεκύϊ ἐρίθοντι πίειν σπένδις ἐπλητο τύμβου,
Ossa viri magni tenui quàm clausa sepulchro.

AD EMBLEMA 135.

EVripid. Hercule furente:

Γενναίων ἀρεταὶ πόνων
Τοῖς θανοῦσιν ἄγαλμα.

Fortium laborum virtutes mortuis etiam decus existunt.

Hic Graium murus.] Scribit Hyginus exclamasse Achillem cum bigis illigatum Hectorem raptaret: Troiam expugnaui. In apendicibus Virgilianis hoc legitur:

Defensa

Ayuntamiento de Madrid

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat,
Occubuit telo violenti victus Achillis:
Occubuere simul spesque decusque Phrygum.

Scribit Ælian. duodecimo var. hist. Epaminondam, accepto mortifero vulnere in pugna Mantinensi, delatum in castra iussisse acciri Daïphantum, vt eum ducem sibi moribundo sufficeret: quem cum in acie cecidisse retulissent, rursum Iolaidem vocari imperasse, quem etiam interfectum cùm dicerent, nihil aliud habuisse, quàm vt suaderet pacem cum hostibus esse faciendam, nullo iam duce Thebanis superstite. In Euripidis Hecuba, sic loquitur vmbra Polydori, ἐπεὶ δὲ τροίαν Ἕκτορός τ' ἀπόλιτο ψυχὴ, πατρῴα δ' ἔρρι' ἀνατετρύφη: vbi Troia, & Hectoris animus periit, & patrij lares diruti sunt.

AD EMBLEMA. 136.

QVæ de arcadibus adduximus lumen capient ex iis quæ apud Tzetzem legimus in Cassadram. Ideo natos dici Arcadas ante Lunam, quia nutrirentur ante Lunæ coitum, coquendo glandes in igne. Vel προσέληνοι dicti, παρὰ τὸ προσελᾶν quod est afficere iniuria. Apud alios verò pro stultis habentur, quia putent se Luna priores esse. Sed sic se habet ratio, Annum, menses, æquinoctia, & his similia omnia quæ sunt artis Astrologicæ rex Arcadum, siue Atlas fuerit, siue Pœnus, à Luna supputans adinuenit, postea Thales.

Arcades cur dicti Luna antiquiores.

AD EMBLEMA 137.

DE cicadigeris Athenien sibus, deque Romanorum crepidis Lunatis superiore cõmentario quæ dicenda videbantur, attulimus. Non erit autem alienum ab huius carminis argumento, de iure imaginum quædam subiicere, est enim res non indigna cognitu, neque certè iniucunda studiosis. Fuerunt ergo imagines insignium virorum simulchra ad oris similitudinem: artificiosè ficta, coloribus & pigmentis adumbratum corpus referentia, eaque in domus parte aliqua celebriore posita, ligneoque armario inclusa. Licuit autem non omnibus habere imagines, sed iis tantum qui curules magistratus gessissent eæque valebant ad memoriam posteritatemque prodendam: & vt iis quasi insigniis nobiles ab ignobilibus distinguerentur.

Ius imaginum apud Romanos.

Vidi multa apud Ipsum i. Electorũ cap. 29.

Ayuntamiento de Madrid

guerentur. M. Cicero oratione 2. contra Rullum. Est hoc in more positum Quirites, institutoque maiorum, vt ii qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, quæ gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant. Item in Verrem actione postrema, Ob earũ rerũ laborem ac solicitudinem fructus illos datos, antiquioré in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius imaginum ad memoriam posteritatémque prodẽdam. Quod ideo dicitur à Cicerone, quia tunc ædilis erat, & quæstura iam perfunctus, nempe ius hoc imaginum non tam nobilitatis & generis, quàm virtutis insigne fuit, quanquam & generis etiam esset. Qui enim familiæ imagines & generi suo consequebãtur, non dubium est quin & nobilitatem afferrent: at nescit quid maius & excellentius fuit, posse vti imaginibus. In oratione verò Syllana sic: Ipse, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquę vitæ, quibus lætari & perfrui possit? Domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines, ipse ornatum ac vestitum recuperabit. Omnia iudices hæc amissa sunt, omnia generis, nominis honoris insignia atque ornamenta, vnius iudicij calamitate occiderũt. Hoc dicit Cicero, quia Publius Sylla conuictus ambitus cum P. Anthonio ius imaginum perdidit, non vt censeri desineret inter nobiles, sed vt eius mortui imago cũ maiorum imaginibus non portaretur, nec horum imaginibus eius ornaretur. Ad id ostendendum multò apertius, adduco in medium Plinij & Polybij auctoritatem certè locupletem. Plinius enim cap. 2. lib 35. Apud maiores, imagines in atriis erant quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera: semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus: Polybius verò lib. 6. scribit Romanos festis diebus, apertis armariis imagines exornasse: cumque ex domesticis mortuus esset aliquis, eas in funere extulisse, addito reliquo corporis trunco, vt magnitudine quamsimillimæ apparerent. Ius autem illud imaginum non sic transibat ad posteros, vt iis vti omnes & singuli possent: id enim vsurpabatur ab iis duntaxat, qui simile ius adepti erant. Asseruabantur autem domi, & in gentilitio funere efferebantur, ad exemplum rerum egregie gestarum. Occurrit Valerj Maximi dictum præclarè, lib. 5. cap. 8. vbi de

Man

Ayuntamiento de Madrid

Manlio Torquato Iurisc. agit: Videbat se in eo atrio consedisse, in quo illius Imperiosi Torquati seueritate conspicua imago posita erat: prudentissimoque viro succurrebat effigies maiorum cum titulis suis, idcirco in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur. M. Tullius Pisonem vellicat quod obrepserit ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum. fumosas imagines appellat bene antiquas, quibus opponuntur subitæ imagines apud Plin. lib. 8. Epistol. pro recenti & nuper nata nobilitate, aut certè non diu durata. Et hæc quidem hactenus de imaginibus, quarum vsum fuisse tum primum antiquatum puto, cùm Imperatores in Christi familiam transierunt, relictis superiorum temporum deliramentis, ob metum nempe superstitiosi cultus idolatriæ, quæ non minùs facilè insinuari potuit ea imaginum approbatione, quàm olim Deorum & simulachrorum inducta persuasio. Loco itaque imaginum nobiles & generosi vti cœperunt stemmatis gentilitiis, de quibus passim diximus.

AD EMBLEMA. 138.

Quam suggeret infans lac.] Historiam hãc bis reperi in Isacij Tzetzis cõmentario ad Lycophronis Cassandram, huic itaque refero acceptum Emblematis characterem: cuius ego quidem vim ac sententiam longe antè perspexeram, sed auctorem tamen satis idoneum laudare nondum poteram. Emblematis huius typus.

AD EMBLEMA 142.

PLin. lib. 17. cap. 10. vbi agit de arboribus quæ auulsione nascuntur: Omnia ea nõ statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam syluestres, siue arborum quoque, vt hominum natura, nouitatis ac peregrinationis auida est: siue discedentes virus relinquunt, mansuescuntque in tractatu, ceu feræ, dum radici auellitur planta.

Ayuntamiento de Madrid

Tu procul à patria in precio.] Apud Euripidem Hercule furente,

——οὐκ ἐσθ' ὅπη
ἐῶν λέν τι δρᾶσας, μάρτυρ' οὐ λάβοις πάρα.

Non est vbi strenuè quid agens testem habeas patriam. Verba sunt Amphitrionis ad Lycum, quibus docet magnorum Herculis operum testes esse gentes exteras.

AD EMBLEMA 146.

Valétiniani auaritia nimia.

AD illustrandum hoc tyrannicæ rapacitatis argumentum pulcher sese mihi locus offert ex Ammiano Marcellino, vbi sæuitiam auaram Valentiniani exagitat. *Auiditas plus habẽdi*, inquit, *sine honesti prauique differentia, & indagãdi quæstus varios per alienæ vitæ naufragia, exundauit in hoc principe.* Flagrantius adolescens: quàm quidem prætendentes Imperatorem Aurelianum purgare tentabant, id affirmando, quod vt ille post Galenum, & lamentabiles Reipub. casus exinanito ærario, torrentis ritu ferebatur in diuites: ita hic quoque post præcinctus Parthici clades magnitudine indigens impensarum vt militi supplementa suppeterent, & impendium, crudelitati cupiditatem

Themistoclis animꝰ moderatus.

opes nimias congerendi miscebat: dissimulans scire quod sunt aliqua quæ ferri non oporteat, etiamsi licet: Temistoclis illius dissimilis, qui cùm post pugnam, agminaque deleta Persarum, licenter obambulans armillas aureas vidisset humi proiectas, & torquem: Tolle, inquit, hæc (ad comitem quendam propè astantem) tu qui Themistocles non es: non quodlibet probans in duce magnanimo lucrum. Huius exempla continentiæ in Romanis exuberant ducibus: quibus omissis, quoniam non sunt perfectæ virtutis indicia (nec enim aliena non rapere laudis est) vnum ex multis constans innocentiæ vulgi veteris specimen ponam. Cùm proscriptorum locupletes domos diripiendas Romanæ plebi Marius dedisset & Cinna, vulgi rudes animi & humana soliti respectare, alienis laboribus

Romani continuerũt manus à bonis proscriptorũ, ciuilis belli tempore.

pepercerunt: vt nullus egens reperiretur aut infimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare pateretur sibi concessum. Hactenus Ammian. Apud Cassiodorum epistola est Theodorici Gothorum regis ad senatum vrb. Rom. qua Venantium laudat honore donatum Comitiuæ, moxque Præfectum prætorio, qui sic principis fisco consuluit, vt nihil priuatis videretur offecisse.

Ayuntamiento de Madrid

se. Sensimus auctas illationes, inquit, vos addita tributa nescitis. Ita vtrumque magnæ fuit admirationis, quod fiscus cresceret, & priuata vtilitas nulla damna perferret.

AD EMBLEMA 148.

OCcurrunt insignia exemplaclementiæ apud Suetonium, quæ quia longè plura sunt, hæc duntaxat ex Vespasiano: Offensarum, inimicitiarumque minimè memor, executorue, Vitellij, hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam & instruxit, &cæt. Non temerè quis insons punitus reperitur, nisi absente eo & ignaro, aut certè inuito atque decepto. Heluidium Priscum, quamuis relegatum primò, deinde & interfici iussum, magni æstimauit seruare quoquo modo missis qui percussores reuocarent: & seruasset: nisi iam periisse falso nunciatum esset. Cæterùm neque cæde cuiusquam vnquam lætatus, iustis suppliciis illacrymauit etiam, & ingemuit. Idem in Tito sic: Pontificatum maximum ideò se professus accipere, vt puras seruaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius, quamuis interdum vlciscendi causa non deesset: sed periturum se potiùs, quàm perditurum adiurans, &c. Ammianus verò Marcell. ad finem 21. lib. cum aliis comparans Imperatorem Constantium, ait immanitatem facilè superasse Caligulæ, Domitiani, Commodi & id vnum egisse maximè, vt quanquam sæuissimus esset, iustus tamen vellet & clemens æstimari, quique ex minimis causis malorum congeries excitabat, dissimilia Marci illius, principis verecundi, qui cùm ad Imperiale culmen in Syria Cassius surrexisset, epistolarum fascem ab eo ad consciosmissum perlatore capto sibi oblatum, illico signatum exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico, ne insidiatoribus cognitis inuitus habere quosdam posset offensos. Vtque rectè quidam sentientes arbitrantur, virtutis erat potius iudicium magnæ, imperio eundem comitantium sine cruore cessisse, quàm vindicasse tam inclementer: vt Tullius quoque docet, crudelitatis increpans Cæsarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quicquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. Vel vt alio modo definiam: Felicitas est fortuna, adiutrix consiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, felix nullo pacto esse potest.

Vespasiani cleuicus animus, & Titi filij.

Felicitas quid.

Ergo

Ayuntamiento de Madrid

Ergo in perditis, impiisque consiliis quibus Cæsar vsus erat nulla potuit esse felicitas : feliciorque meo iudicio Camillus exulans, quàm temporibus iisdem Manlius, etiamsi, id quod cupierat, regnare potuisse. Id Ephesius quoque Heraclitus asserens monet, & ab inertibus & ignauis, euentus variante fortuna, superatos aliquoties viros fuisse præstantes, illud verò eminere inter præcipuas laudes, cùm potestas in gradu, velut sub iugum missa nocendi, sæuiendique cupiditate & irascendi, in arce victoris animi trophæum erexit gloriosum hactenus Ammian. Addam etiam ex eiusdem 30. lib. vituperationem sanè acerrimã Valentiniani Imperatoris: Nonnunquam etiam clementiæ speciem præ se tulit, cùm esset in acerbitatem naturæ calore propẽsior, oblitus profectò quod regenti imperium omnia nimia, velut prærupti scopuli, sunt demittenda. Nec enim vsque reperitur miti coërctione contentus, sed aliquoties quæstiones multiplicari iussisse cruentas, post interrogationes funestas nonnullis aduſque discrimina vitæ vexatis. Et ita erat effusior ad nocendum, vt nullum aliquando damnatorum capitis eriperet morte subscriptionis elogio leui, cùm id etiam principes interdum fecerint sæuissimi. Atqui potuit exẽpla multa contueri maiorum & imitari peregrina, atque interna humanitatis & pietatis, quas sapientes consanguineas virtutes esse definiũt: è quibus hæc poni sufficiet. Artaxerxes Persarum ille rex potẽtissimus, quem Machrochira membri vnius longitudo commemorauit, suppliciorum varietates, quas natio semper cruda exercuit, leuitate genuina castigans, tiaras ad vicem capitum quibusdam noxiis amputabat: & ne secaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem cum fecit & verecundum, vt adnitentibus cunctis multos & mirabiles actus impleret Græcis scriptoribus celebratos. Prænestino Prætore, qui bello quodam Samnitico properare iussus ad præsidium venerat, segnius, ad crimen diluendum exhibito, Papirius Cursor ea tempestate dictator, securem per lictorem expediri, hominemque abiecta se purgandi fiducia stupefacto, visum propè fruticem iussit abscidi : hocque ioci genere castigatum eum absoluit, non ideo contemptus, vt ad resistendum aptus Alexandro magno, si calcasset Italiam æstimatus. Hæc forsitan Valentinianus ignorans, minimeque reputans afflicti solatia status semper esse lenitudinem principum, pœnas per ignes augebat & gladios: quod vltimum in aduersis rebus remedium pieta-

Valẽtiniani truculẽtia.

Artaxerxis animꝰ moderatus.

Ayuntamiento de Madrid

pietas reperit maiorum, vt Isocratis memorat pulchritudo: cuius vox est perpetua docentis, ignosci debere interdum armis superato rectori, quàm iustum quid sit ignoranti, vnde motum existimo Tullium præclarè pronunciasse, cùm defenderet Oppium: Etenim multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exilium, probro nemini fuit. Et hæc ille hactenus, tantò quidem libentius in eo sermone certè præclaro exspatiatus, quàm ægrè commemoraret multorum principum Romanorum nimiam sæuitiam ad sua vsque tempora impunè grassantem. Quia verò de conuitiis & probris in principes nõnihil diximus in prima nostra commentatione, placet attexere nonnulla ex Tacito quæ ad id faciant, sic enim ille oratione Cremutij Cordi apud Imperatorem Tiberium accusati, quod editis Annalibus, laudatóque M. Bruto, C. Cassium vltimũ Romanorum dixisset. Marci Ciceronis libro, inquit ille, quo Catonem cœlo æquauit, quid aliud dictator Cæsar quàm rescripta oratione, velut apud iudices, respondit? Antonij epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent: Carmina Bibaculi & Catulli referta cõtumeliis Cæsarum leguntur, sed ipse D. Iulius, ipse D. Augustus & tulere ista, & reliquere, haud facilè dixerim moderatione magis, an sapientia, namque spreta exoleſcunt: si irascare, agnita videntur.

Locus Taciti de Tiberio conuitia non curante.

Seueri numus.

Nos multa ex Seneca transilienda ducimus, tot enim penè sententiæ & decreta leguntur apud eundem, quot verba. Satis habemus hunc commentarium claudere oraculo Imperiali. Nihil tam peculiare esse Imperatoriæ maiestati, quàm humanitatem, per quam solum Dei seruatur imitatio, l. Imperialis, Cod. de Nuptiis. Nec arbitror aliam fuisse mentem Seueri, qui numo quodam suo simulachrum mulieris leoni exporrecto insidentis, altera manu hastam terræ affixam tenentis, altera fulmen abiicientis, ostentauit vt clementiam insinuaret, nam & eius id inscriptio declarat, INDVLGENTIA AVG. IN. CAR.

AD EMBLEMA 150.

SVppetunt exempla quam multa de pilei vsu & gestatione, & huc quidem pertinent numi veteres quamplurimi in

Ayuntamiento de Madrid

Pileus in numis.

quibus est pileus cum inscriptione, LIBERTAS, vt in numis Tiberij, est enim effigies hominis dextera pileum tenentis, læua expansa, cum inscriptione, LIBERTAS AVGVSTA: cõgum esset & alia eiusdem generis numismata percurrere. In Ser. Galbæ numo simulachrum est cum iaculo & pileo, inscriptio verò, LIBERTAS PVBLICA. Castores etiam Dioscuros fuisse pileatos legimus, quo habitu fuisse Lacones eos volunt, hi enim pileio instituto pugnabant pileati, vt animum in barbaros & tyrannos indomitum significatione libertatis ostenderent. Eadem fortè causa Græci illi qui nostrorum patrum temporibus tyrannidem Turcicam fugientes in Italiam se receperunt, ingenuam suam libertatem & priscam nobilitatem pilei sui gestatione professi sunt. Quid enim memorem pilei celebrem lauream iamdiu in scholis non temerè vsurpatam.

Dioscuri pileati.

AD EMBLEMA 153.

De iis qui sæuiunt in homines mortuos.

IN eos qui sæuiunt in humana cadauera locus est Platonis longè pulcherrimus 5. de Repub. ἀνελεύθερον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοχρήματον, νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας καὶ σμικρᾶς διανοίας, τὸ πολέμιον νομίζειν τοῦ σώματος τὸ τεθνεῶτος ἀποπεπαυκέναι τὸ ἐχθρόν, λιτὸν δὲ ὦ ἐπολέμει, καὶ ἵνα τι διάφορον δρᾷ τοὺς † τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, καὶ τοῖς λίθοις οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι, τῶ βάλλοντος οὐκ ἀπολωλέναι, οὐ δὲ σμικρὸν ἡγεῖται κέρδος ἄρα τὰς ψυχροσυλίας, καὶ τὰς τῶν ἀναιρέσεων διακωλύσεις. Nónne videtur illiberale, & animi planè sordidi, muliebris ac pusilli, cadauer spoliare, & mortui corpus hostem putare, cùm hostis ipse abierit eo relicto quo pugnabat? Quid putas eos qui ita se gerunt differre à canibus in iactos lapides sæuientibus, eo qui iecerit prætermisso? Nihil differunt profecto. Itaque ab eiusmodi prædatione abstinendum est, obsunt enim victoriæ. Cui quodammodo congruit quod in formula quadam Comitiuæ priuatorum non minus argutè, quàm piè inculcat Cassiodorus lib. 6. variorum: Defunctorum sacram quietem æquabilia iura tuæ cõscientiæ commiserunt ne quis vestita marmoribus sepulchra nudaret, ne quis columnarum decorem irreligiosa temeritate præsumeret: ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flamma consumptos, scelerata perscrutatione detegeret, ne corpus

* Οὕτως.

Locus Cassiodori.

Ayuntamiento de Madrid

corpus quod semel reliquerat molestias mundanas, humanas iterum pateretur insidias. Nam & si cadauera furta non sentiũt, ab omni pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur.

Sic cassi luce leonis.] Si quem præstantem dignitate & opibus hominem aduersa fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes insiliunt, quem nimirum non iam tunc mordere posse putant, quo pertinet iactatum vulgò, ligna quiuis colligit abscisso arbore, id est, δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Ad emblema 156.

Delphinesq; tui.] Pro amoris nota hîc delphinem poni admonui, supra dico adhæc à veteribus quibusdam delphinem Cupidini iunctum, pro amoris firmitate ἐρωγλυφικῶς exprimi solitum.

Ad emblema 157.

Cvm annotationes hasce meas in Alciatum relegerẽ, méq; multa transmisisse non tam dolerem, quàm nonnulla alia prætermissa conquererer, casu incidit in manus meas Iulij Scaligeri, acuti philosophi oratio in Erasmum, qua eum acutè trãsfixit, vt hominem qui Ciceronis luminibus voluerit obstruere, quò sua vnius scripta legerentur. Certè video à Ciceronianis omnibus, qui paulò antè nostram ætatem non parua sui laude Tullianam eloquentiam æmulati sunt, non alia causa vnum Ciceronem in Latinæ linguæ Capitolium inducere, conatos esse quàm vt Erasmianum inde terminum eiicerent. Et is potest videri fons ipsissimus Alciatini Emblematis, nisi me mea coniectura fallit.

Ayuntamiento de Madrid

AD EMBLEMA 159.

Verè amās semper amat.

Exemplo, monet, &c.] Euripid. appositè Troadib. ait eum non rectè amantis censeri nomine qui non semper amet.

Οὐκ ἐσ' ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.

Sed quia epigramma Græcum Antipatri de amica loquitur, quam nos vxorem possumus intelligere, lubens hic adiungi velim Menandri sententiam, qua vbi matrimonij incommoda enumerauit, commoda etiam subiungit, sed iis maximè verbis.

Αὐχμοῦντι συμπαραμένειν, ἀποθανόντα δὲ
Ἐᾶσαι, περιστεῖλαι δ' οἰκείως.

In rebus aduersis comes est, mortuum verò sepelit.

AD EMBLEMA 162.

AD locupletandam huius Emblematis commentationem, multa sunt apud Senecam de beneficiis passim, sed in primis c. 3. libri prioris. Cum hoc coniunge nobilem Lactantij disputationem, de vero cultu, cap. vndecimo. singula enim exscribere non vacat.

AD EMBLEMA 163.

Atulæ.] Et matula Iuuenali, toulla, σκαφίον, Græcis: Festo verò & Varroni, matellio.

Muscę improbitas.

Muscas pellere.] Inter Deorum prælia Homerus pertinacem muscæ improbitatem proposuit, vbi ferox hostis insultat hosti, neque quietem dat vllam, donec vulnus inflixerit. Sic enim.

Καὶ οἱ μήπω θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐπῆεν,
Ἦ τε μυῖ' ἐγρομένη μάλα πιπτ χοὲς ἀνδρομέοιο
Ἰθύσασ' ἁπαλὸν δαπίειν.

Cynicorũ impudentia.

Huc conferrem aliquid non inuitus de secta Cynicorum, quorum impudentia non toleranda mandata est omnium scriptis. „ Malim ex eo Emblematis argumento elicere id quod legitur „ apud Plinium iuniorem, Recta ingenia debilitari verecundiâ, peruersa confirmari audaciâ. etenim vsuuenire solet vt quo quis imperitior est, sit eò iactantior & sui confidentior. Meritò igitur viro forti est odiosa musca, & sapienti atque prouido temeritas.

Ayuntamiento de Madrid

temeritas. Qua ratione Hercules de suo sacello muscas dicitur abegisse.

Operosis flabris.] Flabellum, muscarium dicitur Martiali, quo muscæ abiguntur, μυιοσόβη, Græcè.

Ad emblema 164.

CVm iis quæ de cane diximus, iungenda hæc ex Suetonij Vespasiano: Demetrium Cynicum in itinere obuium sibi post dominationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit, canem appellare.

Ad emblema 165.

Quarum vna metallo, altera terrea.] Duplex hominum sors & conditio, diuitum nempe & pauperum totidem expressa symbolis quò ferè pertinet illud Ausonij.

Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,
Et misceret opes, pauperiemq; simul.

Ad emblema 166.

INfido mari.] Infidum mare, ἀνέγγυος θάλασσα, in Græco epigramm. i. cum qua nulla spõsio aut fides potest intercedere.

Ad emblema 170.

VEl post mortem formidolosi.] Suetonius: Tiberij morte ita lætatus est populus, vt ad primum nuncium discurrẽtes pars Tiberium in Tyberim clamitaret: pars terram matrẽ Deósque manes orarent, ne mortuo sedem vllam, nisi inter impios darent, &c. Cùm senatusconsultum actum esset, vt pœna damnatorum in decimum semper diem differretur, fortè accidit, vt quorundam supplicij dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia absente adhuc Caio, nemo extabat qui adiri interpellariq; posset, custodies

Iudicium de tyrãnis post mortem.

Ayuntamiento de Madrid

ne quid aduersus constitutum facerent, strangulauerunt, abiecerúntque in Gemonias. Creuit igitur inuidia: quasi etiam post mortem, tyranni sæuitia permanente.

AD EMBLEMA 171.

Dum residet Cyclops.] Fusissimè hanc historiam narrat Isacius Tzetzes in Lycophronẽ, quam ne huc traducam, me prolixitas reuocat.

Postremúmque Vtin viscera nostra ferent.] Non parui beneficij loco habitum, vt qui prior interficeretur: exemplum apud Corn. Tacitum primo historiarum, vbi Othonis facta crudelia percenset. Titus Vinius, inquit, ad hoc tantùm maiori fratri prælatus est, vt prior occideretur.

AD EMBLEMA 172.

Dolosi dolo capti.

Alios qui fata parabat ipse perit.] Corn. Tacitus 6. Annal. vbi de multis ob amicitiam initã cum Seiano periclitantibus, iustéque damnatis: quò lætus acceptum, sua exempla in consultores recidisse. Seneca Epist. 95. Ideóque cùm multis fuerunt mali (loquitur de Alexandro. Cn. Pompeio, C. Mario) pestiferã illi vim, qua pleriq; nocuerant, ipsi quoque sentiant. Claudian.

Quàm bene dispositum terris, vt dignus iniqui:
Consilij fructus primis auctoribus instet.

Chori verba sunt apud Euripid. de Iyco interfecto ab Hercule.

--- ἀντάποινα δ' ἐκτίνων
Τέλμα, δίδους γε τῶν δεδραμένων δίκλω.

Talionem persoluens sustine, dans pœnam ob patrata scelera.

AD EMBLEMA 173.

IN nefarios belli cõsultores & publicos regnorum incendiarios hoc esse tortum diximus. Ad id Ciceronianum illud pertinet in Lælio: Improbis est pœna statuenda: nec minor ij qui secuti erũt alterũ, quàm iis qui ipsi fuerint impietatis duces.

Lituo.] Horat. de bello ciuili:

------ *iam litui strepunt.*

Am

Ayuntamiento de Madrid

Ammian. Marcell. 31. libro: Cúmque arma ex latere omni concuterentur, & tela lituósque Bellona luctuosos infilaret.

AD EMBLEMA 174.

Arripit vt lapidem catulus.] Fons emblematis è Pacuuio sicuti à Nonio Marcello citatur: Nam canis quando est percussa lapide, non tam illum appetit qui se icit, quàm illum eum ipsum lapidem quo ea ipsa icta est, petit. Comparatio eadem est apud Platonem de Republ. 5. quo loco in eos agit qui sæuiunt in humana cadauera: ἤδιόν τι διάφορον ὀρῶν τοὺς οὕτως ποιοῦντας τῶν κυνῶν, ἃ τοῖς λίθοις οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι τῷ βεβλέντι οὐκ ἀπλήμονα. Non differre dicit eos à canibus, qui sæuiunt in iactos lapides, eum verò qui iecerit prætermittere.

Mutua damna facit.] Reprehenditur Alciatus ineptæ latinitatis è quodam, qui se suo iudicio, pro docto venditat, quod damnum facere non dicamus. Sed imperitus nugator non legerat hunc M. Tullij locum 5. act. in Verrem. Quid si docebo, iudices, eos qui quadraginta millia modium lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si tua iniquitas sit, vt ex cohorte Recuperatores non intercederent? Id dictum passiue nō actiue.

AD EMBLEMA 175.

REctè monuit Menander:

Vlciscere hostes, sed absque tuo damno.

Ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.

AD EMBLEMA 178.

Ex pace vbertas.] Inscriptio consentit cum hoc Euripidis, Supplicibus (vbi pacis commoda multa percensentur à præcone. Theseum mouente, ne bellum moueat in Thebanos.) Pacis commenda.

Ὅ,σῳ τε πολέμου πρέσσον εἰρήνη βροτοῖς,
Ἡ πρῶτα μὲν μούσαισι προσφιλεστάτη,

Ayuntamiento de Madrid

Ποινᾶσι δ' ἐχθρὰ, τέρπεται δ' ὑπαιδίᾳ,
Χαίρει δὲ πλούτῳ τοῦτ' ἀφίπτεσθαι κακοὶ
Πολεμοις ἀναιρούμεσθα, ἢ τὸν ἥσονα
Δουλούμεθ' αὔδρες, ἄνδρα ἢ πόλις πόλιν.

Quanto bello potior pax hominum generi? primum quidem ea Musis gratissima: cruciatibus inimica: delectatur felice sobole, ad hæc diuitiis abundat. Hæc tamen nos improbi contemnimus, belláque vltrò susci pimus, & minus fortem subigimus viri virum, & ciuitas ciuitatem. Citantur & isti Menandri senarij:

Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις τρέφει καλῶς,
Πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακῶς ἔφυ.
Art colonum pax vel in saxis bene:
At bellum in ipso noxium campo quoque.

Lætus erit Cerere.] Huc quodammodo refertur quod quidam Alcyonem pro iustitij forensis hieroglyphico ponunt. Qua ratione à Plauto dicitur, Alcyones esse iuxta forum: id enim commodi intelligitur de intermissis fori procellis & turbinibus: quò alluſit Horatius, cùm dicit, se mersari ciuilibus vndis: ita dies alcyoniæ nominantur in quibus fora conticescunt.

AD EMBLEMA 180.

An Galli veteres Græcæ linguæ periti.

SVperior ille locus quem adduximus ex Luciano de Hercule philosopho Gallo, rerum Græcarum perito, non est alienus ab eo quod legitur apud auctores haud quaquam aspernandos, nempe Gallos fuisse φιλελλήνας, hoc est, vt ego interpretor, Græcæ non modò linguæ, sed & doctrinæ peritos: idque primùm ex C. Cæsare confirmant priuatim publicéque Græcis literis vsos olim Gallos: & in castris Heluetiorum tabulas repertas Græcis elementis conscriptas. Massilienses quidem loquutos Græcè, Strabo Geographus primi nominis testatur, quo tempore incorrupta esset miniméque confusa Phocensium colonia. Nec verò prætermittunt Druidas illos veteres religionis Gallicæ antistites quos iisdem fuisse disciplinis imbutos atque sophos Græciæ, memorant. Imò etiam coniecturis quibusdam non inanibus asseuerant disciplinam Semnotheorum, Druidarum, Bardorum, Saronidarum, vetustissimorum in Gallia doctrinæ omnis liberalis professorum multis ante seculis apud Gallos floruisse, quàm Cadmus è Phœnicia veniſſet

Ayuntamiento de Madrid

nisset in Græciam; quam ad rem probandam citant Aristotelem in Magico, qui ait philosophiam à Celtarum Semnotheis duxisse initium, & Galliam fuisse magistram Græciæ. Longum esset percensere quàm doctis & eloquentissimis hominibus iam olim Gallia multisque seculis abundarit: hoc vnum adiicio nullum numen maiore quondam religione cultum apud Gallos, quam Picho fuerit quæ Suada siue Suadela est Romanis, illa vna non temerè dicta Ennio flexanima, id est ψυχαγωγόν. Colligimus etiam ex vetustioribus litterarum monimentis, priscos Gallos doctrinæ & facundiæ gloria fuisse insignes, eos inquam qui floruere temporibus priorum Galliæ principum, Samothis, Magi, Saronis, Bardi, Longonis, Celtis, Herculis, Galatis, Albonij, Lugdi, Belgij: ij enim memorantur inter eos qui legibus & moribus populum Gallicum excoluerunt. Et id quidem de Gallorum veterum cultu & disciplina eò est ignotius, quò à paucioribus traditum fuit, quia vel nihil aut parum admodū posteris reliquerunt maiores illi Galli, aut quia suam doctrinam non scriptis, sed per manus consultò tradi voluerunt.

AD EMBLEMA 193.

Aquila in stemmatibus.

Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite.] Vt Pertinax, Antoninus Pius, Iustinianæa familia, Herculiani iuniores, qui sub magistro militum Præsentiali militabant, Herculiani seniores id est Illyricæ legio, & Iouiani, alia legio: & quibus hæc sub Maximiano, illa sub Diocletiano meruit, aliique multi.

Sunt quibus aut serpens.] De quo symbolo satis primo diximus Emblemate.

Leo in stemmate.

Aut Leo.] In Antonini mimo facies Leonis horridè iubata conspicitur in morem histricis concitatæ. Traianus verò fortitudinem ita voluit exprimi, vt claua Leonino capiti insideret. Quò etiam spectat imago fortitudinis in C. Publicij mimo. Leo enim cernitur suffocatus claua à pedibus strata, pharetra cum sagittis anteposita. Nota est historia Lysimachi, qui coniectus ab Alexandro in claustrum ferocientis Leonis, belluam quanquam maximè terrificam strangulauit; quæ res admirationi fuit ipsi Alexandro, deditque ansam pictoribus id in clypeis & tabulis exprimendi. Prætermitto alia multa quæ

Ayuntamiento de Madrid

Symbola debent apta rebus esse.

passim leguntur apud auctores.

Dira sed hæc vatum fugiant.] Signa hæc ἀφωνα, symbola, notę rerum hieroglyphica debent hominum moribus, quibus tribuuntur, aut etiam rebus, quarum causa pinguntur, vel finguntur, conuenire. Quæ enim mitia sunt & quieta non debent terrificis & truculentis speciebus repræsentari. Et quidem rectè colligit Ælian. lib. 12. & 14. histor. variæ nullum neque pictorem aut statuarium ausum fuisse Musas iouis filias efformare falsis & alienis imaginibus: neque opificem fuisse repertum hactenus adeò rationis expertem qui eas armatas expresserit. Nempe veteres illi scitè voluerunt ostendere vitam eam quæ studiis liberalibus impenditur facilem, pacatam, & alienam ab omni Martis strepitu esse debere. Sic poëtis, quorum omnis vita est in ocio litterario, rectè tribuitur olor pro symbolo: Sed hęc satis.

Vsus imaginum.

Ceras.] De veterum imaginibus cereis: hæc addi placet; quanquam supra memini me ea de re nonnihil adnotasse. Vsus imaginum nobilitatis insigne fuit: quo honore donabantur olim qui aliquo gesto magistratu, suam virtutem Reipubl. probassent: quod quidem ius non ita transibat ad posteros, vt eo ipsi possent vti: nec qui familię suę imaginem inseruerat, aliud efficiebat, quàm vt in suo funere & suorum gentilium sua imago efferretur: quemadmodum hodie apud nos consuetudo inualuit insignia militaria præferendi, feretròque & sepulchris affigendi, sed eorum imprimis qui aut nobilitate donati, aut splẽdore generis, aut munere aliquo insignes extiterunt. Eiusmodi autem veterum imagines cera, aut ære, seu etiam ligno, saxóue efformabantur. Prudentius in Symmachum lib. 1. ad eum morem allusit:

Quamuis illustres meritis, & sanguine clari
Præmia virtutum titulis & honoribus aucti
Ardua retulerint, fastorúmque, arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære.

Appianus lib. 2. bell. ciuil. Vbi agit de funere Iulij Cæsaris, ait à Marco Antonio quasi lymphato vestem à pectore abscissam, eáque accinctum, manuum dexteritate lectum sub tẽtorio posuisse, Et deinde: Sic furente turba, cum ad manus se accingeret, quendam ex castris lecto imaginem eius extulisse cera fabricatam. Hic mos de cereis imaginibus in pompa funebri satis, pridem exoleuit apud eos qui nomen Christianæ religioni de

Ayuntamiento de Madrid

dederunt ob aliquam non ferendam superstitionis & idolomaniæ opinionem: inque eius locum ordinis ornamenta restituta.

AD EMBLEMA 185.

Mythologia de seminatis à Cadmo dētibus.

QVanquam satis multa de seminatis à Cadmo dētibus adduxerim, vt nihil sit quod studiosos remorari posse videatur, quia tamen iam ab instituta hac commentatione mihi proposuerim nullam illustrandi Alciati materiam prætermittere, adiicio hîc quod apud Isacium legi, ad hunc fermè sensum: Cadmus cùm draconem Martis interfecisset, aquam ad filiam portantes, euulsos illius dentes seminauit: ex quibus procreati sunt armati viri: & à quibus aiunt Thebanos suum genus duxisse, quæ tamen fabulosa esse constant. Palæphatus Stoicus (frigidè quidem sed tamen allegoricè) tradit Cadmum è Phœnicia venientem, dentes Elephantum habuisse, quibus humo mandatis, suppetias illi aduersus fratrem tulerunt. Sed Androtion historicus scribit, Cadmum cum quibusdam Palantibus veniisse Thebas. Existimat tamen idem Isacius, draconem illum prædonem fuisse, vel præfectum quandam, insidiatumque sacra facienti Cadmo, & aliquot ex suis sociis sustulisse: Deinde Cadmum instructis militum ordinibus eundem draconem & draconis socios interfecisse: quos dentes nominat, eo quod mordaces essent: ex iis autem multos fudit, alios sibi affinitate iunxit. Hæc ille. Cornelius Tacitus, vti alio loco admonuimus, lib. vndecimo annalium meminit Cadmi vt literarum inuentoris apud Græcos.

AD EMBLEMA 187.

QVid *Delphica littera posit.*] Philæmon Comicus ait hanc sententiam non temere laudem habuisse, in Delphis maximam.

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, οὐ μάτην τῷ ὄντι
Τὸ ῥῆμα τοῦτο δέξεν ἐν Δελφοῖς ἔχει.

Laurea.] Martialis in 8.

Non minor ista tuæ laurea pacis erit.

Item septimo libro:

—inuidet

Ayuntamiento de Madrid

——*inuidet hosti*
Roma suo, veniat laurea multa licet.
In secundo verò,
Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.

AD EMBLEMA. 188.

Locus mordax Ciceronis in P. Clodium.

CIcero in Oratione, quæ non extat, in Clodium & Curionem credo postquam tibi speculum allatum est, longè à pulcris abesse sensisti. Iocatur Tullius in Clodij formam, & ad cognomen familiæ Pulchrorum alludit. Eos proditum est fuisse prudentes, sobrios, continentes, modestos, reique publicæ suo tempore perstudiosos, à quibus longè aberat Clodius. Sed quia de forma corporis nonnulla attulimus, huc conferre placet dictum Iuliani Imperatoris, quod vt memorabile laudatur à Marcellino lib. 25. historiarum: Turpe esse sapienti cum habeat animum, captare laudes ex corpore.

AD EMBLEMA. 189.

Locus Taciti de Phryxi ariete.

PHryxi meminit Annal. 6. Tacitus, Parthi ferunt se Thessalis ortos, qua tempestate Iason post auectam Medeam, genitósque ex ea labores inanem mox regiam Æte, vacuósque Colchos repetunt. Multáque de nomine eius, & oraculum Phryxi celebrant. Nec quisquam ariete sacrificauerit, credito venisse Phryxũ: siue id animal seu nauis insigne fuit. Fabulam de Phryxo déque Helle copiosè narrat Isacius Tzetzes in Lycophronem.

AD EMBLEMA. 189.

Iulius Silanus, aurea pecus.

CVm Diogenis apophtegma, de quo ante, consentit illud C. Cęsaris, quod à Corn. Tacito memoratur lib. 13. Annal. Iulium Silanum auream pecudem appellabat C. Cæsar ob segnitiem, vel væcordiam potius. Certè ouis in hieroglyphicis tum felicitatem, tum stultitiam arguit: felicitatem quidem ex oue portendi Etrusca disciplina olim docuit. Maro diuitias ostentans suas ait:

Mille

Ayuntamiento de Madrid

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

idemque felicitatem aurei seculi sub Augusto reuiuiscentis attingens:

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti &c.

At de stultitia hæc pauca: Acciùs in somniis posuit ouilem fœtum in Tarquinium Superbum concitatum, tanto impetu irruentem vt regem solo prosterneret: quod Brutum indicabat, quem rex ille hebetem, & quasi pecudem existimabat. Fabius etiam Maximus, cùm prima ætate communi hominum iudicio putaretur hebetior, Ouiculæ cognomine appellatus est.

Mulieris probæ partes.

Coniugis quem regit arbitrium. Philæmon Comicus rectissimè scripsit vxoris probæ partes esse, vt se non superiorem marito putet, sed dicto audientem, adiungit enim magnum esse malum si mulier viro dominetur eumque superet. Ita ille.

Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρατεῖσθ' ὑπ' ἀνδρός, ἀλλ' ἰσάζειν.
Γυνὴ δὲ νικῶσ' ἀνδρὸς κακόν ἐστιν μέγα.

AD EMBLEMA 193.

φιλοτεκνία.

CIc. 2. de Oratore: Feræ partus suos diligunt, & nos in liberos nostros vti debemus indulgentia. Item 5. Tuscul. Bestiæ pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident. Is vehementissimus in filios amor, potissimum in Pelecano, aue Ægyptia, celebratur, quæ se neci potius dedere soleat, quàm paruuli capiantur. Ea igitur viatores fallit, eosque transuersos seducit: femora etiam vellicat vt excusso sanguine filij pascantur aliquandiu. Imò in ardentem ignem se coniicit, seque torreri citius in rapida flamma sustinet, quàm vt suos fœtus se superstite sibi abripi patiatur. In Pandectis iuris ciuilis animaduertimus id esse verum quod natura omnium parens singulis nostrum animis inseuit, pro affectu parentes magis torqueri in persona liberorum, l. 8. Quod metus causa. Ad id nobile est Arsinoes exemplum, quæ à Ptolemeo fratre insidiis & fraude decepta, cùm esset conspicata immissos percussores in filios impuberes, complexa eos ad se fugientes, ea parte qua vulnera filiis intendebantur diu corpus suum cædendum opposuit, multisque ita vulneribus acceptis, eorum saluti consulere non potuit, sed vna cum iis est miser

Pelicani auis pietas in suos.

" Arsinoes mira in liberos pietas.

Ayuntamiento de Madrid

miserrimè confossa. Legimus in expeditione Cyri minoris apud Xenophontem lib.4.à puero quodam, Dracontio nomine, per imprudentiam puerum interemptum fuisse, quamobrem in exilium pulsus quanquam puer & imprudens. Sed iudices non tam quidem iniuriam, quæ non potest esse sine animo nocendi, quàm parentum incuriam in filio vindicauerunt.

AD EMBLEMA 194.

SVb Vitellij nefarij hominis principatu mirũ dictu accidit, & non postremæ pietatis exemplum. Iulius Mansuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus inter Septimanos à Galba conscriptus, oblatum forte patrem vulnere stratum, dum semianimem scrutatur, agnitus, agnoscensque, & exsanguem amplexus, voce flebili precabatur piatos patris manes, neuè se vt parricidam adExemplum pietatis filij in patrem. uersarentur: publicum id facinus: & vnum militem, quotam ciuilium armorum partem: simul attollere corpus, aperire humum, supremum erga parentem officio fungi: Aduertere proximi, deinde plures, hinc per omnem aciem miraculum, & questus, & sæuissimi belli exsecratio. Hæc Tacit. lib. 3. historiar.

Quo loco dixi parentes esse nobis debere instar Dei quasdam vitas imagines addi hoc è Græco monosticho velim,

θεοῖ μίγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονῆς.

Parentes sunt instar deorum certè maximorum apud prudentes.

Adorea] Marcellin. lib. 25. historiar. Catilina claras gloriarum adoreas sempiternis maculis obumbrauit.

AD EMBLEMA 195.

Pudicę mulieris officium. PLutarchus in præceptis cõnubialibus, ait, mulieres à Luna oportere diuersas esse, quæ quo à Sole spectatur remotior, eò apparet esse clarior: eadem cum Sole, nullum habere videtur lumen. Nam vxor modesta & sapiens præsente tantùm viro à cæteris conspici, eodem absente, domi se debet continere. Porrò didicimus ex veterum historiis mulieres olim, testudineas

Ayuntamiento de Madrid

dineas imagines gestare solitas, quas veneri consecrarent. Apud Ægyptios tanta fuit pudicitiæ muliebris cura, vt patrio instituto calceorum vsus esset interdictus muliebris, ne tam sæpe palam conspicerētur, sed tanquam testitudines in sua coclea manere cogerentur. Ex quo intelligimus non postremam, fuisse matronarum laudem si domo non nisi necessario excederent, operaque muliebria tractarent. Legi epitaphium quoddam vetus pudicæ cuiusdam matronæ, Rom. quod ita se habet:

Aegyptiæ mulieres.

Pudicę matronæ epitaphium.

Hospes quod dico, paulum est, asta, ac pellege.
Hic est sepulchrum haud pulchrum pulchræ fœminæ,
Nomen parentes nominarunt Claudiam,
Suom mareitom corde dilexit suo.
Gnatos duos creauit, horum' alterum
In terra linquit, alium sub terra locat:
Sermone lepido, tum autem incessu commodo:
Domum seruauit, lanam fecit, dixi, abei.

Quæ postrema verba mihi in memoriam reuocant veterum morem, quo nouam nuptam in pelle lanata iubebant considere: quo gestu polliceri videbantur marito se adductas ad præstandam lanificii operam. Sed & hodie in plerisque locis Italiæ postero die quàm mulier est ingressa mariti domum, illi è geniali thoro prodeunti manè propinqui obuiam veniunt, eique offerunt fusum, colum, lanam, acum, forficem, omneque vas domesticum vt cuique promptum est, quò admoneatur officij mulieris, seque non ad delicias, sed ad ea curanda quæ domi necessaria sunt & accommoda vocari statim intelligat.

Veterum ritus.

Ausonius Parentalib. in Æmilia Ærnia matre.

De Lucretia Ouid. 2. Fastor.

Morigere vxoris virtus cui contigit omnis:
Fama pudicitiæ, lanificæque manus,
Coniugiique fides, &c.

Item in Veria Liceria.

Huius si probitas, si forma & fama, fidesque.
Morigere vxoris, lanificaque manus.

AD EMBLEMA 196.

Velat vultus.] huc pertinet nummus vetustus in cuius inscriptione legitur, SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. cuius in altera parte dea sedet velo faciem operta, indice digito dextrę admoto ad iugulum, cuius inscriptio PVDICITIA.

In

Ayuntamiento de Madrid

In alio quodam Herenniæ sigillum muliebre sedens cum conto in lænam vlnam iacente, dextra velum obducit ante faciem: huius inscriptio, PVDICITIA AVG. Præclarè Septimius Florens qui non solum velum virginum & mulierum, armaturam pudoris appellat, verecundiæ vallum: sexus fœminei murum, qui nec suos emittat oculos, nec admittat alienos, verum etiam modum præscribit ad quem veli huius forma produci debeat. Sic enim ille: Quantùm resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, vt ceruices quoque ambiantur, & quæ sequuntur. Adducit exemplum Arabię fœminarum quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem prostituere, mauult enim fœmina videre quàm videri.

Velum virginum & matrum.

AD EMBLEMA 197.

AD huius Emblematis sententiam puto spectare illud Senecæ ex 4. de beneficiis cap. 27. Malè consulit ille filio, qui illam contumelioso, & sæpe repudiato collocauit.

AD EMBLEMA 198.

IN ARBORES. *Vnesta est arbor.*] Reperio etiam pinum & myrtum pro mortis symbolis accipi solitas à veteribus, pinus, quia semel excisa numquam reuiuiscit, aut etiam repullulascit. Myrtus etiam funesta, cuius foliis Thebani vtebantur ad tumulum Iolay herois maximi, vt scribunt scholiastæ Græci.

AD EMBLEMA 199.

Pinus & myrtus, pro mortis symbolis.

Seruati ciuem.] Corn. Tacit. 12. Annal. M. Ostorius seruatis suis decus meruit. Et in 15. 81 singulis manipularibus prætoria seruari ciuis corona Imperatoria manu tribueretur, quis illud, & quantùm decus, vbi par eorum numerus adipiscerentur qui attulissent salutem, & qui accepissent? Sed quia fortè omnia

BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid